UNIV. OF
TORONTO
LIBRARY

Digitized by the Internet Archive
in 2009 with funding from
University of Toronto

http://www.archive.org/details/comoediae04aris

ΑΡΙΣΤΟΦΑΝΟΥΣ

ΚΩΜΩΙΔΙΑΙ

A716I

ΑΡΙΣΤΟΦΑΝΟΥΣ
ΚΩΜΩΙΔΙΑΙ

ARISTOPHANIS
COMOEDIAE

AVCTORITATE LIBRI PRAECLARISSIMI
SAECVLI DECIMI

EMENDATAE

A

PHILIPPO INVERNIZIO

IVRISCONSVLTO ROMANO

ACCEDVNT CRITICAE ANIMADVERSIONES SCHOLIA
GRAECA INDICES ET VIRORVM DOCTORVM
ADNOTATIONES

VOLVMEN IV

COMMENTARIOS INTERPRETVM COMPLEXVM

CVRAVIT

CHRISTIANVS DANIEL BECKIVS

LIPSIAE
IN LIBRARIA WEIDMANNIA
CIↃIↃCCCX

COMMENTARII
IN
ARISTOPHANIS
COMOEDIAS

COLLEGIT DIGESSIT AVXIT
CHRISTIANVS DANIEL BECKIVS

VOLVMEN II

PROLEGOMENA. COMMENTARII
IN NVBES

10-526

LIPSIAE
IN LIBRARIA WEIDMANNIA
CIↃIↃCCCX

21430
27/1/92
B

PRAEFATIO
C. G. DINDORFII.

Repetendis virorum doctorum in Ariſtophanem commentariis qui hactenus praefuit, Vir Illuſtris Chriſtianus Daniel Beckius, quum ab negotiorum multitudine, quibus Vir de literis et rebus Academiae noſtrae praeclariſſime meritus ac merens diſtrictus eſt, non quantum otii plurimi res laboris requirit ſibi relictum eſſe videret, librarii rogatu operis imperfecti curam in me recepi. Non diffiteor, paulo me alieniorem a Viri honeſtiſſimi conſilio futurum fuiſſe, niſi, quod nunc aliis ſtudiis detento non licuiſſet, diligenter olim, quanquam in alium vſum, collecta haberem quae ad rem non male gerendam pertinere videntur; commentariis autem maiore ex parte iam profligatis, eam operis partem perficiendam reſtare vidiſſem, quae ingratum aliorum obſeruationes deſcribendi, augendi, non recte dicta corrigendi laborem quodammodo compenſare

poterit, Fragmentorum Comici et Scholiorum Graecorum editionem. Breuiter igitur exponam quae ſcire Lectorum intereſt.

Commentariis in Equites et Pacem, qui ante hos quattuor annos cura Viri Celeberrimi typis exſcripti erant, quum initio nihil addere conſtituiſſem niſi veterum editionum ſcripturae varietatem, vt in praecedentibus voluminibus factum eſt, aliam rationem ineundam eſſe vidi. Quum enim his commentariis et aliquot codicum variae lectiones acceſſurae ſint et, vt facile aeſtimari poteſt, larga addendorum copia, eodem, quo Kuſterianam, Brunckianam aliasque, hanc quoque editionem praeuideri poterat incommodo laboraturam eſſe; pluribus locis fore vt conquirenda eſſent, quae ad vnum locum pertinerent, quod praeſertim in ſcripturae varietate perincommodum eſt. Quare haec omnia vno potius volumine complecti placuit: eodemque fine variae lectiones in priores fabulas, paucarum plagularum dispendio, fortaſſe recudentur, auctae editionum aliquot, quibus Editori tum vti non licuit, varietate, copiis Victorianis, quae ſerius editae ſunt, emendationibus Bentleii aliisque nouis acceſſionibus, quae ſuo quaeque loco aptius quam hic commemorabuntur.

Huic volumini, ita postulante inaequali fabularum numero et vt aequaretur voluminum moles, additi sunt commentarii in Ecclesiazusas, quae et breuissima est Comici fabula et minus copiosos nacta interpretes. Quod Inuernizius alium ordinem tenuit, non magnopere curandum erat: in illius enim editione, olim repetenda, alio hae fabulae et meliore, id est chronologico, ordine legentur, quem negligere, quum sequi liceat, peruersum est, et sequuturus haud dubie fuisset Brunckius, quod ex eius praefatione colligere mihi videor, nisi aliae quaedam rationes consilium mutare iussissent festinantem.

Interpretum obseruationibus quae de meo accesserunt, partim excerpta continent ex aliorum scriptis, partim editorum errores spectant, quorum tamen bonam partem, temporibus maxime, quibus illi scripserunt, imputandam, sine nota praetermittendam esse putaui. Et omnino, quod ad emendationem Ecclesiazusarum attinet, editores tam parum suo officio satisfecerunt, vt magnopere verear, ne eorum opera fabulae, quae est ex corruptioribus, plus nocuerit quam profuerit, quod inprimis de Brunckio intelligi velim. Cui incommodo vt, quantum quidem in me esset, mederer, satis nunc habui de locis

difficilioribus operam dare vt afferrem, quae saltem paulo propius a vero abesse viderentur, quam quae editoribus in mentem venissent: egregia quaedam accesserunt, quae Lectores mecum ei debent, cui ego nihil non in his literis debeo, Viro Summo Godofredo Hermanno: plurimum etiam mihi profuerunt Coniectanea Caroli Reisigii, in cuius coniecturis aliisque obseruationibus adnotandis hanc tenui rationem, vt, sententia eius breuiter commemorata, argumenta Lectoribus in libro egregio, quem in omnium manibus esse conuenit, legenda relinquerem. Alia plurima, quae tum ad emendationem tum ad interpretationem, abs qua parte editorum et in hanc et in plerasque reliquas Comici fabulas commentarii magnopere laborant, afferri potuissent, meis in Aristophanem animaduersionibus reseruaui, quae vltimum horum commentariorum volumen excipient.

Haec habui huic volumini praemonenda. Commentarii in Acharnenses et Vespas nunc ipsum prelum exercent, proximo anno prodituri.

CODICES, EDITIONES
ET
INTERPRETES HARVM FABVLARVM.

I. EQVITES.

Codices, vnde variae lectiones afferuntur, ſunt Vaticano-Palatinus, quo vſus eſt Kuſterus, tres codices Pariſini, A. membran. MMDCCXII. B. chartac. MMDCCXV. C. chartac. MMDCCXVII., de quibus dictum eſt a Brunckio initio notarum in Aues. De codice B. vid. Reiſig. Coniect. I. p. 76 ſq. 292.

Separatim Lugduni Bat. 1557. 4. prodierunt Equites, verſibus latinis et ſcholiis illuſtrati a *Lamberto Hortenſio.*

De Caſauboni notis in Equites vid. Kuſterum in Praefatione, quae recuſa eſt T. I. horum Commentarr. p. XLIX. *). Valckenarius ad Herodotum III. p. 213. (p. 37. Schweigh.) has notas ſic laudat „*in notis ad Equites Ariſt. ſub Caſauboni nomine vulgatis*“, vt dubitaſſe videri poſſit de earum auctore.

Gallicam verſionem continet *Theatre des Grecs* Tom. XI.

Die Ritter oder *die Demagogen*, eine Komoedie des Ariſtofanes, aus dem Griechiſchen ueberſetzt von C. M. Wieland, in dem Attiſchen Muſeum, herausgegeben von Wieland. Vol. II. Partic. 1.

*) Quod ibi lin. 6. legitur *tinearum* mutandum in *tironum*, vt recte legitur apud Kuſterum.

II. PAX.

Exacta eſt haec fabula a Kuſtero ad eundem codicem Vaticano-Palatinum. Brunckio duo ſuppeditati ſunt codices Pariſini, A. chartaceus MMDCCXV. B. item chartaceus MDCCXVII. Vide initium notarum in Veſpas.

Separatae editiones hae prodierunt: Pax. Graece. ex officina Seruati Saſſeni. Lovanii 1547. 4. — Graece, cum emendationibus aliquot et variis lectionibus e cod. mſto in bibliotheca reginae matris, apud Federicum Morelium. Lutetiae 1586. 4. — cum latina verſione et commentariis *Florentis Chriſtiani*, Lutetiae apud Federicum Morelium *). 1589. 8. — Pax. curante Henrico Rumpio. Hamburgi 1615. 8.

Gallica verſio exſtat in *Theatre des Grecs* T. XII.

Germanica *Goldhagenii* in eius Anthologia. T. II.

*) In quibusdam exemplaribus legi *e typogr. Steph. Prevoſteau*, adnotauit Fabricius B. G. T. II. p. 592. Egregiae Florentis Chriſtiani notae recuſae ſunt in A. Porti et Kuſteri editionibus, ſed inſigniter auctae. Hinc in commentariis ſaepius (vide, vt his vtar, p. 415. not. s. 427. n. a. 560. n. l. 605. n. o.) adnotatum video, *acceſſiſſe aliquid in Kuſteri editione, quo careat Pariſina.* Sed Kuſtero hoc nomine nihil debemus: additamenta enim illa iam in Porti editione leguntur, qui, vnde ea nactus fuerit, tacere, more illorum temporum, quam docere lectores maluit. Hoc mihi ſatis videor exploratum habere, has quoque acceſſiones Florentis Chriſtiani eſſe, fortaſſe ex eius ſchedis ad Aemilium Portum delatas. Kuſterus in reddendis Fl. Chr. notis non niſi Porti editione vſus eſt: Pariſinam non videtur inſpexiſſe. Innuit hoc in Praefat. (Commentarr. T. I. p. XLVIII.)

III. ECCLESIAZVSAE.

Codicibus, poſt primos editores, nemo niſi Brunckius vſus eſt his duobus: cod. membr. Reg. Pariſ. MMDCCXII., qui continet verſus 444. et alio cod. Regio MMDCCXV. qui deſinit in v. 1135. ed. Br. (1180. Inuern.) Vide quae de his libris a Brunckio et me initio notarum dicta ſunt. — Codicis Monacenſis (Hardt. Catal. T. 2. p. 101.) chartacei ſeculi XV. variis lectionibus vſus eſt Reiſigius. Vid. Praefat. ad Coniect. I. p. V. Nouas lectiones, aliunde non notas, codex ille non praebet.

Concionatrices. Graece. apud Chriſtian. Wechel. Paris 1544. 4. — Textum Graecum in paruas particulas diſſectum cum latina verſione et notis edidit *Tanaquil Faber* in Epiſtolis ſuis T. II. ep. 64. *). Repetitae ſunt hae notae in ed. Amſtelod.

*) Notis haec ſunt praemiſſa: *Eliae Boherello Amico ſuo* S. P. D. *Tan. Faber.* Recte iudicas: nihil ineptius reperiri poteſt, nihil imperitius illa interpretatione Ἐκκλησιαζουσῶν Ariſtophanis, quae circumfertur. Itaque et diu eſt, cum elegantiores homines expetiuerunt aliam de integro procudi, quae ſaltem intelligi poſſet: nam bonus ille Andreas Diuus vix alternos verſus Comici noſtri intellexit, qui nullum Hellenismi ſenſum haberet. Illud itaque eſt quod iam facturus ſum: quin et Notulas addam, quarum ope, ſi qua erant minus aperta, explanabuntur. Paucis agam quidem: ſed pauca illa ſatis erunt: quod reipſa expertus mecum fateberis. Caeterum ſi non integram fabulam dabo, ne me incuſes: nihil promiſi: et ſcis quae mihi vita ſit. Sed prodit Praxagora; illam audiſſe operae pretium eſt: nam quid facere ſoleant mulieres nouit callide. Itaque *Praeco*, *fac audientiam populo.* Sed tu prius accipe argumentum Dramatis. — *Ad Lectorem.* Quam lecturus es fabulam, ea prius paulo quam luciſceret, occepta eſt agi. *Praxagora* itaque princeps dramatis in ſcenam prodiens, lucernam, quae ibi pendebat, furtorum nequitiarumque muliebrium conſciam compellat, id quod ab Ariſtoph. tanta praeſtitum arte eſt, vt vel Euripides ipſe, mulierum oſor acerrimus, vt aiunt, nihil vnquam in eas ſcripſerit amarulentius. Arrige itaque aures, intende oculos:

1670. et Kusteriana. Quaedam in eius obseruationibus bona sunt, a Brunckio interdum neglecta: maior notarum pars futilissima, quae vt minus essent offensioni, plerumque minoribus typis reliquorum editorum notis subiectae sunt. Eodem ablegaui alia quorundam somnia. In Fabri notis aliquid est prorsus singulare: saepe, nondum finita sententia, ponit *etc.*, vt, quid voluerit, interdum vix possit intelligi. Monui, ne quis me, illarum notarum pertaesum, hoc compendio vsum esse putet.

Denique ante hos quattuor annos Aristophanem attrectauit homo supra quam credi potest Graeco scriptori edendo ineptus, *G. Ch. Rannerus*, cuius editio Ecclesiaz. (Norimb. 1815.) nihil continet nisi Graecum textum Inuernizii (seruatis etiam religiose vitiis typographicis v. c. 1153.) et, vt vocat, *breues aliquot variorum varii generis notationes*. Sed huiusmodi nugas vel verbo perstrinxisse, nimium est.

Gallica versio legitur in *Theatre des Grecs* Tom. XIII. Legi, sed nihil mihi profuit.

Dissertatio Galli *Le Beau* sur le vrai dessein d' Aristophane dans la Comedie, intitulée Ἔκκλησ. edita est in Commentarr. Societ. Paris. Inscript. Tom. XXX.

---

caue ne modo aliud. Huius Comoediae principium paulo assurgit altius quam Comoediae liceat: in eo enim versus omnes sunt tragicae maiestatis cothurnoque, non socco, ingrediuntur. Quamobrem bene cum Aristophane actum est, qui Donatum aliquem non nactus est Scholiasten: temerariae enim licentiae poenas largissime dedit. Cui enim id dubium sit, cum impune non fuerit Terentio, qui canon artis est, scripsisse, *nunquam tetulissem pedem?* Sed si viueret Aristophanes, rideret, scio. Hoc autem dedita opera a Comico nostro bipedum omnium nasutissimo factum fuit, quo Praxagora, dicacula mulier, et dux praeclari facinoris, quod hic leges, Euripidem deridendum populo propinaret. Quamquam extitere qui Agathonem poetam illum pulcellum et molliculum, cuius meminit Plato, aut Dicaeogenem putent: quod oportuit monitum, cum vt scriptoris nostri mens peruideatur penitus; tum ad reliqua pergenti fax accendatur.

COMMENTARII

IN

ARISTOPHANIS NVBES.

Nubium drama Aristophanem conscripsisse, inductum ab Anyto et Melito, inimicis Socratis, vt philosophum illum odio et ludibrio publico exponeret et hac ratione aditum quasi futurae accusationi, quam aduersus eum moliebatur, praepararet, non solum scribit Aelianus V. H. 2, 13. sed etiam Eunapius in Aedes. p. 35. Hanc tamen opinionem merito, vt quidem puto, reiicit Palmerius in Exercitt. p. 729. „Comoediam, inquit, quae Νεφέλη inscribitur, παλιγγενῆ fuisse, vt Bacchum, ad cuius festum recitata fuit, Προθεωρία nos docet, quae quidem ex plurium Scholiastarum scriptis confuta, varie de eius tempore loquitur; sed id etiam ex ipsa fabula colligi posse quibusdam videtur. Nunc autem antequam natalia sua ei assignemus, refutanda est quorundam antiquorum sententia, qui eam comoediam volunt ab Aristoph. compositam suasu Anyti et Meliti, accusationem Socratis praemeditantium, vt ex ea iudicii Athenn. experimentum facerent. Eorum familiam ducit Aelianus II, 13. qui quidem asserit, Anytum et Melitum data pecunia subornasse Aristophanem, vt Socratem ad populum traduceret. Eum secutus est Eunapius in Aedes., quibus adstipulatur etiam Thom. Magister in huius fabulae argumento et alii Scholiastae: et sic videntur innuere eam comoediam prodiisse paulo ante Socratis accusationem et condemnationem. Nam si ea fuit praeparatio et veluti prolusio accusationis, ex ratione consequens erat,

vt recentibus odiis, quae illud drama excitauerat, vorsis armis accusationem instituerent. Sed eorum sententiae ipsa fabula valide repugnat. Nam ex eius quibusdam locis patet, eam compositam fuisse, Cleone adhuc viuente. At Cleon occisus est anno 10. belli Pelop., teste Thucyd.: quo tempore Aminias erat archon secundum Diodorum anno 2. Olymp. 89. Socratis vero accusatio et condemnatio facta est archonte Lachete a. 1. Ol. 95. annis post Cleonis mortem 23. Itaque annis 24. vel 25. praecessisset parasceue haec accusationem Socratis, quod omnino absurdum est. Facessat igitur Aelianus, qui φιλοσωκράτης potius quam φιλυλήτης transuersus rapitur odio Aristophanis, in eo solo excusandus, quod eam Aristophanis corruptelam tamquam verisimilem tantum et veluti coniecturam proposuit. Multo probabiliorem causam huius Socratis infectationis reddit vetus quidam Scholiastes in protheoria huic fabulae praemissa, scilicet contentiones quae subinde nascebantur inter philosophos et Comicos poëtas, quod idem et Scholiastes antiquus procul dubio et de meliore nota pluribus probat ad v. 95. s. vbi ait, et Cratetem comoedum acrius multo tetigisse Hipponem philosophum, et Diphilum acriora scommata in Boedam philosophum iecisse, et Eupolin etiam ipsum Socratem sale comico mordaciori inspersisse. Ergo Aristophanis in Socratem maledicentiae causa non fuit corruptela et pecuniarum acceptio ab Anyto et Melito, vel denique odium, sed studium partium et disidia philosophorum cum poëtis dramaticis, quod notare non erit inutile." Haec Palmerius. *Kuster.* Causa, quae in limine primae veterum Criticorum didascaliae redditur conscriptae editaeque aduersus Socratem huius fabulae, contentiones, quae vulgo inter Comicos et philosophos intercederent, et quam inde protulit Palmerius, haud spernenda omnino videtur. Verum dum is acerbe satis in Aelianum inuehitur, qui Aristophanem, accepta ab Anyto et Melito pecunia, Socratem ad populum traduxisse dixerat, haud dissimulare debuit alteram illam, et quidem verisimilem seu veram potius conflati Aristophanis in Socratem odii causam eamque prius ab eodem Aeliano traditam. Dixerat nempe V. H. II, 13. adactum aliquando vel inuitum ab Alcibiade Socratem, vt in theatrum progrediens comoedos audiret; additque: ὁ δὲ αὐτοῖς οὐκ ἤρέσκετο, ἀλλὰ δεινῶς κατεφρόνει (ἅτε ἀνὴρ σώφρων καὶ δίκαιος καὶ ἀγαθὸς καὶ ἐπὶ τούτοις σοφὸς) ἀνδρῶν πεπτόμων

καὶ ὑβριστῶν καὶ ὑγιὲς λεγόντων οὐδέν· ὅπερ ἐλύπει δεινῶς αὐτούς. καὶ ταῦτα οὖν τῆς κωμῳδίας ἦν αὐτῷ τὰ σπέρματα, ἀλλ' οὐ μόνον ἃ παρὰ τοῦ Ἀνύτου καὶ Μελίτου ὡμολόγηται. E quibus vtique fat liquet, non ob eam ſolum, quae inter philoſophos in genere et Comicos verſaretur, ἀντιλογίαν, Ariſtophanem ad hanc componendam edendamque contra Socratem comoediam impulſum, ſed ſpeciale contra eumdem odium, a quo Comici in genere et ipſe nominatim contemtu et opprobrio digni demum iudicabantur. Aliae enim ante has Nubes editae fuerant ab Ariſtophane, quod monuerunt iam Viri docti, comoediae, vt e deperditis Δαιταλεῖς et *Babylonii*, e ſuperſtitibus vero *Acharnenſes* et *Equites*. *Spanh.*

Haec eſt omnium Ariſtoph. Comoediarum nobiliſſima et artificioſiſſima, cuius in inueniundo argumento et disponendis partibus vim comicam exſeruit admirabilem. Sed ingenii laudem paene exſtinxit inuidia, quam auctori apud bonos multos conflauit Socratis deriſio, quum praeteritis aetatibus, tum maxime hac noſtra, qua tam multi perhibentur ſapientes, quia nihil magis quam ſapientiam crepant. Scilicet imperitis hominibus perſuaſum eſt, ab accuſatoribus Anyto et Melito, periculum ſuae in illum calumniae facere cupientibus, pretio ſubornatum fuiſſe Comicum, vt ſophiſtam in ſcena exagitaret, eiusque maledictis populi odium in Socratem iramque iudicum ita exarſiſſe, vt ſtatim poſtea capitali iudicio condemnatus fuerit *a)*. Ineptam hiſtoriolam neſcio cuius fide in farraginem ſuam retulit Aelianus, cum aliis quibusdam ad huius comoediae fata pertinentibus, quae itidem falſi ar-

a) Praeter Elingium, aliosque laudatos a Fabricio B. Gr. T. II. p. 362. refutarunt eam opinionem *T. C. Tychſen* (über den Proceſs des Sokrates, Bibl. d. alt. Litt. u. Kunſt I. p. 52 — 55. qui tamen oſtendit praeparari his criminationibus Socratis accuſationem potuiſſe) et *Th. Chr. Harleſs* (Prr. IV. de argumento comoediae Ariſtoph. Nubes inſcriptae, ſcopoque Comici, Erl. 1787. ſ. fol.) qui quidem non ſatis recte opinatur, Ariſtophanem quum Socratem tum *inprimis Sophiſtas* exponere riſui et ludibrio ſpectatorum voluiſſe, quod quidem recte negat *Wielandius* Att. Muſeum II, 2. p. 51. ſ. Cfr. etiam Anonymi Commentatio in nouiſſ. edit. Theatri Graec. Brunoei T. XI. p. 162. ff.

guuntur. Ignorant quoque boni iſti Ariſtophanis obtrectatores, exſtitiſſe illius aetate acerrima iurgia inter philoſophos ſcenicosque poëtas, maxime vero comicos: Sophiſtas plurimos in ſcena traductos fuiſſe a diuerſis poetis, ipſumque in primis Socratem. Fabulae, quam contra eum fecerat Amipſias, memini ad Ran. 13. Eis commiſſae fuerunt Nubes. Primo a. 1. Ol. LXXXIX., archonte Iſarcho. Aſpere acceptae fuerunt: iis praetulere iudices Cratini *Pytinam* et Amipſiae *Connum*, quam Menagius admodum probabiliter eam eſſe autumat fabulam, in qua Socratem traducebat, ita vt bis vno die a duobus poëtis comico ſale defricatus fuerit Socrates. Quocirca miror egregium illum ſcriptorem, e quo ſua hauſit Aelianus, non potius de Amipſia victore cogitaſſe, quam de Ariſtophane victo, vt in eum crimen conferret praeparatae Socratis condemnationis. Sequenti anno, archonte Aminia Pronapi filio, Nubes emendatas iterum docuit *b)*, verum euentu haud feliciori: nec amplius poſtmodo eas produxit, licet ſubinde eas expoliuiſſe videatur. Iam vero Socratis accuſatio et mors incidit in a. 1. Ol. XCV. quo Laches fuit archon. Itaque inter primam huius fabulae commiſſionem et Socratis condemnationem interceſſere anni XXIII. Quo tempore vero actae fuerunt Nubes, hominem natum Athenis non exſtitiſſe credo, cui praeſagire animus potue-

b) Opinionem hanc multorum editorum, bis terue (v. Corſin. Falt. Att. III. p. 140.) ab Ariſtoph. editas eſſe Nubes, idoneo deſtitui argumento contendit *Wieland.* Att. Muſ. II, 2. p. 59 f. Nam ſi bis edita fuiſſet fabula, ſecundam editionem ad nos peruenturam fuiſſe, non primam, quae tamen ſupereſſe videatur, quum ſecundarum Nubium, auctore Schol. quodam vet., alius fuerit exitus, quam eius quae ſupereſt fabulae. Quam ipſam ob cauſam etiam *Dacieriae* opinionem, quae ſtatuebat ſecundas Nubes hodie legi, repudiat. Scilicet cum Brunkio in Chronol. Ariſt. Com. (v. T. I. Comm. p. LXIV.) cenſet, in animo quidem Comicum habuiſſe, rurſus anno poſt (Ol. 89, 2.) edere fabulam emendatam, id quod colligi poſſit e Parabaſi chori 518. ff., ſed non perfeciſſe; etenim 1. easdem querelas de iudicum iniquitate in Veſpis repeti, 2. in parabaſi illa de Cleone mortuo dici, qui tamen Ol. 89, 3. demum caſus fuerit; quare etiam hanc parabaſin exiſtimat aut ſerius ab Ariſt. adiectam eſſe, aut ab aliquo Ariſtophanis amico additam. Fieri tamen potuit, vt, quemadmodum in Pluto factum eſt, e duabus editionibus noſtra fabula componeretur.

rit, fore, vt poſt XXIII. annos impietatis reus ageretur Socrates. Sane ſi tum illas cum eo ſimultates geſſiſſent eius accuſatores, ſtatim eodem anno diem ei dixiſſent, nec populi et iudicum exaſperaſſent animos in hominem poſt XXIII. annos demum deferendum. Sed quid pluribus calumniam iſtam confutem, quam ſua ſatis refellit abſurditas? Et haec tamen ratio eſt, cur tot hodie ſapientiae amatores infenſi ſint Comico noſtro, quem Socratis condemnationis vel cauſam vel inſtrumentum fuiſſe opinantur, qua de re ne cogitare quidem potuit vmquam. Euripidem eodem quo Socratem defricuit ſale, quod ad Thesm. 451. obſeruaui, nec tamen eum vmquam in capitis periculum adducere voluit. Comicorum procacitatem, obſcenam laſciuiam vituperabant Sophiſtae: horum Comici deridebant exiles disputationes; inde eorum iurgia et perpetuae concertationes, ab ira tamen et odio longe remotae. Singuli, vt ſolent agyrtae, artem ſuam prae aliorum arte laudibus euehebant, quod apparet ex Comici loco Ran. 1491. ff. Ranae eodem anno exhibitae fuere, quo Socrates, prytanis quum eſſet, pro optimo ciue ſe geſſit in cognitione cauſae praefectorum claſſis ad Arginuſas c): quod ob factum Ariſtophani carus eſſe debuit: nihilo tamen minus eum ſugillauit ob diſſerendi de rebus futilibus conſuetudinem, et quia auditores ſuos a ſpectandis ſcenicis ludis auertebat. Sed non obſtabat haec ſophiſtarum et poëtarum aemulatio, quin vna conuerſarentur officiisque ſibi reſponderent mutuo. Ni vera iſta ſunt, philoſophos iſtius aeui eorum, quos hodie videmus, longe diſſimiles fuiſſe oportet, prorſusque immutatam exinde fuiſſe hominis indolem. Quis enim animum inducat, Platonem in Sympoſio Comicum noſtrum cum Socrate eidem menſae accumbentem repraeſentaturum fuiſſe, ſi credidiſſet Ariſtophanem aliquid momenti ad Socratis condemnationem adtuliſſe, idque *pretio ſubornatum?* Si Socratis morte gauiſus fuiſſet Ariſtophanes, quis non miraretur, eumdem Platonem epigramma hoc feciſſe Comici inſcribendum ſepulcro?

Αἱ Χάριτες τέμενός τι λαβεῖν, ὅπερ οὐχὶ πεσεῖται,
ζητοῦσαι, ψυχὴν εὗρον Ἀριστοφάνους.

---

c) v. *Luzac.* de Socr. ciue p. 125.

Id eſt, interprete Raymundo Cunichio:

Quaerebant Charites templum, quod nulla vetuſtas
Solueret: inuentum eſt pectus Ariſtophanis.

Voltario haec noſtro perſpecta non fuere, quo iniquiorem Ariſtophani noui neminem. Multa ille in Comicum, quem graece nunquam legerat, temere et ſiniſtre ſcripſit, quae in vaſta et indigeſta operum mole quaerere non vacat. Vnicus mihi ſuccurrit locus in Lexico philoſophico, cui poſtmodum titulum fecit: *La Raiſon par Alphabet*, in voc. Athée, Athéisme. In vna pagella, vbi de Ariſtoph. agit, multi ſunt errores, quos ingenioſo ſeni lubens condono; at iſta nollem ibi legi: *Ce poëte comique, qui n' eſt ni comique, ni poëte, n' aurait pas été admis parmi nous à donner ſes farces à la foire St. Laurent.* Iſta, ſi quid ſapiunt literati, illi qui editionem integram ſummi viri operum, ab omni interpolatione purgatam digerunt, quae in Germania ad Rheni pontem, quo Alſatiae noſtrae ſub hac vrbe committitur *d)*, — typis deſcribitur, iſta pro ſpuriis habebunt facillimeque eiicient. Niſi enim Ariſtophanes poëta eſt, nobis dicant, quem comoediarum ſcriptorem poëtae nomine dignari oporteat: niſi *comicus* idem eſt, rurſus nobis dicant, vbinam gentium vberior ſalium, iocorum, facetiarumque fons reperiri queat. Quam facile iſta in Voltarium retorqueri poſſint, ſciunt qui antiqua et noua perinde intelligunt, eoque pollent ſenſu, qui ad eorum comparationem bene inſtituendam requiritur. Sane Ciceroni idoneo iudici nominatur Ariſtophanes *facetiſſimus poëta veteris comoediae.* Voltario fraudi fuit prauum Plutarchi iudicium, qui in mutilo illo fragmento, quod exſtat, comparationis Ariſtoph. cum Menandro, philoſophiae amorem partiumque ſtudium magis ostendit quam criticum acumen. Iſtius criminationes perite refutauit Nicod. Friſchlinus. Si apud Comicum multa occurrunt, quae noſtris moribus repugnant, id illi vitio vertendum non eſt: popularibus enim ſuis, non nobis, ſcripſit. Quae autem diuino Platonis ingenio valde accepta fuiſſe compertum eſt, ſi cui hodie illa placeant, is ſtulte ſapere mihi non videtur. Plato enim, vt refert Olympiodorus

d) Kehlam Brunck. ſignificat.

in eius vita *e*), ἔχαιρε πάνυ καὶ Ἀριστοφάνει τῷ Κωμικῷ καὶ Σώφρονι, παρ' ὧν καὶ τὴν μίμησιν τῶν προσώπων ἐν τοῖς διαλόγοις ὠφελήθη. λέγεται δὲ οὕτως αὐτοῖς χαίρειν, ὥστε καὶ ἡνίκα ἐτελεύτησεν, εὑρεθῆναι ἐν τῇ κλίνῃ αὐτοῦ Ἀριστοφάνην καὶ Σώφρονα. Haec forte olim alio in opere vberius exſequar: nunc vero disputatiunculam hancce Quintiliani, magni illius eloquentiae magiſtri, cui neminem arbitror Voltarium in hac arte parem eſſe cenſere, iudicio concludam *f*). *Brunck.* Quibus rationibus adductus fuerit Ariſtophanes, vt Socratem, innocentiſſimum hominem, in ſcena traduceret, inter veteres magis videtur, quam inter recentiores, dubitatum eſſe. Ab imperitiſſimis hominibus fictum eſſe, quod ab Anyto et Melito corruptum eſſe Ariſtophanem nonnulli Grammatici vett. ſcribunt, ex eo intelligitur, quod Socrates 23. annis poſt Nubes editas eſt mortuus. Itaque quidam alia, ſed non minus inepta ratione vſi, iratum crediderunt Socrati fuiſſe Ariſtophanem, quod Archelaus, Macedoniae rex, eum ipſi praetuliſſet. Verum iam inter vett. fuerunt (Schol. ad 97.) qui nullam ſimultatem Ariſtophani cum Socrate interceſſiſſe exiſtimarent. Qui argumentum primum ſcripſit, perpetuis comicorum et philoſophorum iurgiis factum putat, vt Socratem irrideret Ariſtophanes. Nimirum, quod vere Scholl. obſeruant, quae philoſophorum vitia in Nubibus irridentur, ab iis Socrates vnus omnium maxime immunis fuit: quo clarius intelligitur, non hunc, ſed caeteros philoſophos in Nubibus traduci. Quem ſi quis non ſine aliqua veri ſpecie vellet laceſſere, illud rectius reprehendiſſet, quod in ſutrinis et tonſtrinis ſapientiam ſuam expromeret; quod nullam doctrinam diſciplinamque ſequeretur; quod quaeſtiunculis vti, quam demonſtrationibus, mallet; quod de rebus disputaret, quas minime cognitas haberet; quod omnino non ſolum ſuo ſed etiam aliorum iudicio nihil ſciret. Horum perpauca tantum tetigit Ariſtophanes, omninoque in moribus et indole Socratis ſui ita ab illo Sophronisci filio diſceſſit, vt, praeter nomen, nullam prope relin-

e) P. 78. ed. Fiſch. in Quatuor Plat. dial. Eutyphr. etc. ab eo editis.

f) Inſt. Orr. X, 1. p. 896. ſ. T. I. Burm. Verba ſcriptoris ipſa repeti non fuit neceſſarium.

queret similitudinem. Non odio sed sola ridendi libidine Socrates eo tempore, vbi nondum cuiusquam iniuriae obnoxius fuisse videtur, ab Arist. Eupolide et Amipsia lacessitus est. Fuit haec poetarum veteris comoediae consuetudo et libertas, vt non modo, quo quisque vellet, studia populi impelleret, vnde autem vellet, deduceret, sed etiam vt, quidquid in quoque ridiculum inueniretur, id oblectationis tantum causa, sine vlla acerbitatis suspicione in scena notaret. In quo genere largam ridendi materiam suppeditabat Socrates, qui propter morum vitaeque insolentiam notus esset omnibus. — Inde factum est, vt Aristophanes, quum vellet philosophos irridere, nulla re magis placituram putaret fabulam suam, quam si illi partes philosophorum tribueret, qui vel sola personae specie risum spectatoribus commouere posset. Eamdemque causam fuisse arbitror, quare Eupolis et Amipsias Socrati illuserint. Tres versus ex Amipsiae fabula, qua Socratem traduxit, seruauit Diogenes Laert. II, 28. iique summam videntur continere opinionis eius, quam tum vulgo de Socrate homines habebant. Quod ex Eupolide affert Scholiastes Arist.: Σωκράτης οἰνοχόην ἔκλεψεν, simillimum iis, quae Arist. v. 180. dicit: ἱμάτιον ὑφείλετο — tum etiam sine acerbitate dictum videtur. Finxerunt enim talia poetae, vt paupertatem Socratis notarent. Quodsi alia adhuc exstitisse causa videatur, quare Socratem potissimum in scenam produceret Aristophanes, ea in odio Euripidis quaerenda erit, cuius Socratem amantissimum fuisse constat. v. Aelian. V. H. II, 13. Diog. Laert. II, 19. *Herm.*

Wielandius, qui Socratem, non Sophistas, a Comico in hac fabula traduci censuit, singulari commentatione g) de eius rei causis et rationibus ita fere disputauit: Difficillimum intellectu est, qui fieri potuerit, vt homo, quo sapientiorem melioremque vix nouit antiquitas, a praestantissimo Comico et homine, qui nemini (praeter Socratem et Euripidem) faceret iniuriam, tamquam impostor, iuuentutis corruptor, religionisque publicae aduersarius, cuius

g) *Versuch über die Frage: ob und in wiefern Aristophanes gegen den Vorwurf, den Sokrates in den Wolken persönlich mit behandelt zu haben, gerechtfertigt oder entschuldigt werden könne? Attisches Museum* III, 1. p. 57 — 100.

omnis ſapientia nugis et quaeſtiunculis inanibus ineſſet, traduceretur? Si, quod Panaetium, Stoicum philoſophum, cenſuiſſe tradidit Schol. ad Ariſt. Ran. 1539. ff., alius Socrates, non Sophroniſci filius, petitus eſſet in hac fabula, de ea re aliter poſſet ſtatui. Verum aut Scholiaſtes Panaetii ſententiam non recte intellexit, aut certe ea aduerſatur Xenophonti et Platoni et per ſe eſt parum probabilis. Quamquam autem alii tribus rationibus efficere ſtudent, Socratem loco omnium Sophiſtarum eſſe traductum, 1. quod Socrates a plebe Attica habitus fuerit pro ſubtiliſſimo Sophiſta; 2. quod non licuerit Ariſtophani ridere nobiliſſimos Sophiſtas, quorum magna eſſet auctoritas; 3. quod Socrates magis, quam alii philoſophi, licentiam Comicorum vituperauerit, eorumque odia ſibi contraxerit: tamen nec illae rationes verae ſunt (nam Ariſtophanes nobiliores etiam et potentiores homines in ſcenam produxit, et Socrati, notiſſimo Sophiſtarum aduerſario, non potuit eorum partes tribuere) nec acerbiſſimae inſectationis probabilem reddunt cauſam, nec ad excuſandum poëtam, imo grauius vituperandum, faciunt. Repetenda potius eius rei et cauſae explicatio eſt ex natura temporum et locorum et hominum illorum. Scilicet I. antiquae comoediae, quam Epicharmus Pythagoreus, vt corruptos aulae Hieronis I. mores grauius notaret, effinxerat, Magnes, Cratinus, Crates atque Eupolis ante Ariſtophanem expoliuerant, ea fuit indoles, id conſilium, vt populum, liberum, ingenioſum, leuem et petulantem, traducendis hominibus varii ordinis et generis, iocisque etiam illiberalibus, oblectaret. Concedebatur autem hoc oblectationis genus plebi, vti tragoediam conſtat cultioribus hominibus inſeruiiſſe. Inde factum eſt, vt comici minoris aeſtimarentur, quam tragici poëtae. Neque vero illi tantum, quidquid ridiculum eſſet, ſed peccata etiam et crimina ea, quae publicis poenis non coercerentur, inſectati ſunt, quam quidem licentiam ipſa forma ciuitatis publica ita adiuuit, vt nec optimatibus ea nec demagogis improbaretur. Degenerauit autem ea ſenſim ita, vt ad mores magis corrumpendos, quam emendandos, faceret. II. Ariſtophanis ingenium maxime accommodatum fuit et temporibus illis et populi indoli atque libidini. Primus enim fuit, qui nobiliſſimos homines et principes ciuitatis, atque ipſum adeo populum, acerrime et liberrime notaret; et fabulae eius omnes quum nouam ſequerentur hanc ratio-

nem vt ad rempublicam eiusque administrationem spectarent, non potuerunt non magis quam aliae superiorum Comicorum placere; si quae enim essent quae populum offenderent, ea facile mitigarunt blanditiae, quibus plebi adulabatur. Quo autem facilius populus ipse tulit Comici dicteria, eo maior ipsi licentia notandi alios quosque concessa est, nec, qui in Equitibus Demon eiusque ducem, Cleonem, perstrinxerat, prohiberi potuit, quo minus anno post idem in Socrate faceret. III. Accessit, quod ea libertas homines cuiusuis ordinis in scenam producendi deridendique tanto minus attulit damni, quanto magis morum creuit peruersitas et quiduis faciendi licentia. Neque enim existimatum est, ingenia et mores hominum a Comicis vere describi, qui quo magis ad risum omnia convertebant, eo et certius populo probabantur et minus nocebant iis, quos produxissent. IV. Et Aristophanes, quamquam ingenio et arte excelluit, neque indignus ea, quam ipse sibi in Nubb. et Vespp. tribuit, laude est, tamen animo et moribus minus probari, neque *bonus vir* dici potuit. Nam etiamsi interdum saluberrima honestatis praecepta fabulis inseruerit, moresque antiquos defenderit: tamen et haec non nisi aliis consiliis dedit, et multo plura, quae morum honestati aduersentur, leguntur, ita vt ad emendationem Athenn. spectasse eius fabulae dici non possint. Neque vero ita recte potest excusari, vt popularibus suis, non nobis, scripsisse dicatur. Etenim tum quoque homines probi et liberales omnes certissime improbarunt multos eius iocos, qui plebem vehementer delectarent; et Aristophanes ipse sibi in his obscoene dictis placuisse ita videtur, vt qui eius mores fuerint, quae animi indoles, quae viuendi ratio, quae educatio, quae consuetudo cum hominibus sordidis et plebeiis, concludi inde recte possit. V. Hinc facile intelligitur, eum Socratis ingenium penitius non cognouisse, (nam conuiuium illud, cui cum Socrate interfuisse traditur in Plat. Symp., fictum esse videtur) nec cognoscere potuisse, quam ipsam ob causam etiam de Socrate non aliter, quam vulgus, statuit, Sophistam eum esse, facie et vestitu aliisque eius generis rebus insignem, atque verba eius et facta facile potuit calumniari. VI. Neque vero is constituerat Socrati hac fabula nocere, sed id vnum agebat, vt spectatoribus, risum mouendo, valde placeret aliosque Comicos, quibuscum certabat, vinceret. Etenim hactenus iam saepius victoriam reportauerat, et

Cratinum adeo ſuperauerat: igitur elaborandum ei erat, vt populum detineret eiusque fauore, qui nouitate argumenti et iocorum varietate erat retinendus, non excideret; hoc viſus nunc ſibi eſt ita optime efficere poſſe, ſi eam, quae tum erat, philoſophiam riſui exponeret. Cum vnus aliquis philoſopherum deligendus eſſet, Socrates, multis non ignotus de facie, poëtae inuiſus, aptiſſimus habitus eſt quem in ſcenam produceret; cuius quidem imaginem, vt tanto maiorem excitaret riſum, non ad naturam depinxit, ſed pro lubitu deformauit. Ita intelligitur, qui fieri potuerit, vt Socrati, quem ipſe non vere cognouiſſet, tantam faceret iniuriam, quantam inferre ipſe non exiſtimaſſe videtur. *Wieland.*

Ad argumentum graecum (p. 105.). Eſt hoc *tertium* argumentum in ed. Kuſt. aliisque; auctius e codd. edidit Brunck. et ſolum retinuit, caeteris omiſſis.

Lin. 1. τις poſt πρεσβ. olim defuit. Adiecit *Br.*

L. 3. φοιτήσαντα. Ed. Ald. φοιτήσαντος. *Herm.*

Σωκράτην. Ita Br. Antea Σωκράτη, quod recte reſtituit *Herm.*

L. 4. ff. εἴ πως δύναιτο — ἀποδ. Haec, olim omiſſa, acceſſerunt e Br. codd.

L. 6. οὐ βουλομ. κ. τ. λ. Pro his olim lectum: μὴ πειθομένου δ. τ. μειρακίου, αὐτὸς ἐλθ. μανθάνειν, μαθητὴν — διαλ.

L. 8. Verba ἐκλυθ. δ. τ. διατρ. redduntur ab intpp.: *cum ſchola aperiretur*, et verba ἐπὶ κρεμ. αἰωρουμ. *in qualo ſuſpenſus.*

L. 12. τελεῖ. Cod. C. ap. Br. διδάσκει.

L. 17. περὶ πλειόνων. Sic Brunck. et Ald. ἐπὶ πλ. Kuſteri ed. *Herm.*

L. 20. ἄγων. Antea erat διάγων.

L. 21. ἐξαγαγ. In Ald. et Kuſt. ἐξάγοντος.

L. 23. Perperam vulgo pro παραλαβὼν legitur περιλαβών. *Br.*

L. 26. Olim: κατωρθωκότα, vt et Ald.

L. 30. f. σύγκρουσιν. Ita iam Kuſt. vidit, vulgatum σύγκρισιν, quod ineptum eſſe dixit Br., emendandum eſſe.

L. 32. Σωκρατιστῶν. Ita diſerte *Br.* Vulgatum Σωκρατικῶν reſtituit *Herm.*

πάνυ δυνατῶς. Sic infra in Argum. Auium: τὸ δρᾶμα τοῦτο τῶν ἄγαν δυνατῶς πεποιημένων, id eſt, *valde docte*, vel *ingenioſe*. Δυνατὸς enim Graecis interdum idem ſignificat quod δεινός, i. e. *peritus*. *ingenioſus*, *eloquens* etc. Schol. infra ad Ran. 892. τῶν γὰρ δυνατῶν (*ingenio pollentium*) καὶ μετὰ θάνατον ᾄδονται τὰ ποιήματα. Sic δύναμις Syneſio in Dione p. 40. ed. graecolat. eſt *facultas dicendi*, vel *vis eloquentiae*. Ibi enim de hac ipſa fabula Nubium ait, nulli comoediarum Ariſt. maiorem eloquentiae vim, quam huic, ineſſe. θαυμάσας ἔχω, inquit, εἰ μήτε κωμῳδία τῶν Νεφελῶν μᾶλλον εὐδοκιμεῖ. οὐδὲ γάρ ἐστιν, ἥντινα μετὰ τῆς ἴσης δυνάμεως Ἀριστοφάνης ἀπήγγελκε. Haec pulchre conueniunt cum iis, quae Anonymus hic de eadem fabula ſcribit. Notandum autem eſt, Graecismum hunc eſſe inferioris aeui. Nam veteres Graeci dicere quidem ſolent, δυνατὸς λέγειν, δυνατὸς πράττειν etc. at numquam vocem δυνατὸς ſolam et nude poſitam eo, quo hic, ſenſu ab illis accipi videas. Latini recentiores voc. *potens* et *potenter* eodem ſignificatu interdum vtuntur. Vt Sidon. Apoll. V. epiſt. vlt.: *Cum caetera potenter, tum potentiſſime condidit verſus:* qui locus huc praecipue facit. Sic alibi legas: potentiſſimus *orator*, *potens facundia*, *fandi potens* etc. vt pluribus exemplis demonſtrat *Ios. Waſſius* in Notis nondum editis ad locum illum Salluſtii *h*): *Memmii facundia clara pollensque. Kuſt.*

Praeter hoc leguntur in Edd. Argumenta haec:

ΑΡΙΣΤΟΦΑΝΟΥΣ ΝΕΦΕΛΩΝ ΠΡΟΘΕΩΡΙΑ.

I.

Τὸ δρᾶμα τὸ τῶν Νεφελῶν κατὰ Σωκράτους γέγραπται τοῦ φιλοσόφου ἐπίτηδες, ὡς κακοδιδασκαλοῦντος τοὺς νέους Ἀθήνησι τῶν Κωμικῶν πρὸς τοὺς φιλοσόφους ἐχόντων τινὰ ἀντιλογίαν· οὐχ, ὥς τινες, δι' Ἀρχέλαον τὸν Μακεδόνων *i*) βασιλέα, ὅτι

h) Ingurth. c. 52. extr. vbi Waſſii nota edita eſt in ed. Hauerc. T. I. P. II. p. 120. f. Add. Cort. ad Iug. 1, 3.

i) Is etiam pecunia iuuare Socratem voluit, quam tamen hic non accepit. v. Diog. Laert. II, 25.

προὐκρινεν αὐτὸν τοῦ Ἀριστοφάνους. Ὁ χορὸς δὲ ὁ κωμικὸς εἰσήρχετο ἐν τῇ ὀρχήστρᾳ. τῷ νῦν λεγομένῳ λογίῳ. καὶ ὅτε μὲν πρὸς τοὺς ὑποκριτὰς διελέγετο, εἰς τὴν σκηνὴν ἑώρα· ὅτε δὲ ἀπελθόντων τῶν ὑποκριτῶν τοὺς ἀναπαίστους διεξῄει, πρὸς τὸν δῆμον k) ἀπεστρέφετο· καὶ τοῦτο ἐκαλεῖτο τροφή. ἦν δὲ τὰ ἰαμβεῖα τετράμετρα. εἶτα τὴν ἀντίστροφον ἀποδόντες, πάλιν τετράμετρον ἐπέλεγον l), ὅσων σίχων. ἦν δὲ περὶ τὸ πλεῖστον ις'. ἐκαλεῖτο δὲ ταῦτα ἐπιῤῥήματα. ἡ δὲ ὅλη πάροδος τοῦ χοροῦ ἐκαλεῖτο παράβασις. Ἀριστοφάνης ἐν Ἱππεῦσιν·

εἰ μέν τις ἀνὴρ τῶν ἀρχαίων κωμῳδοδιδάσκαλος ἡμᾶς m)
ἠνάγκαζεν λέξοντας ἐπὶ πρὸς τὸ θέατρον παραβῆναι.

II. Ἄλλως.

Φασὶ τὸν Ἀριστοφάνην γράψαι τὰς Νεφέλας ἀναγκασθέντα ὑπὸ Ἀνύτου καὶ Μελίτου, ἵνα προδιασκέψωνται, ποῖοί τινες εἶεν Ἀθηναῖοι, ἀκούοντες κατὰ Σωκράτους n)· ἠνλαβοῦντο γὰρ ὅτι πολλοὺς εἶχεν o) ἐρασὰς καὶ μάλιστα τοὺς περὶ Ἀλκιβιάδην· οἱ ἐπὶ τοῦ δράματος τούτου μηδὲ νικῆσαι ἐποίησαν τὸν ποιητήν. ὁ δὲ πρόλογός ἐστι τῶν Νεφελῶν ἁρμοδιώτατα καὶ δεξιώτατα συγκείμενος. πρεσβύτης γάρ ἐστιν ἄγροικος, ἀχθόμενος παιδὶ ἀσυνέτῳ φρονήματος γέμοντι, καὶ τῆς εὐγενείας εἰς πολυτέλειαν ἀπολε-

---

k) καὶ πρὸς τὸν δῆμον edd. ante Kuſt. *Harl.* Quod ferri poteſt, ſi legatur ὁτὲ δέ, et antea ὁτὲ μέν — *Herm.*

l) Sic Ald. Vulgo ἀπέλεγον. *Herm.*

m) Legebatur olim: ἦν μ. τ. ἀ. τ. ἀ. κωμῳδιδάσκαλος, ὃς ἡ. Emendauit ex Eqq. 506. *Herm.*, qui et obſeruat, Grammatici lectionem in ſecundo verſu confirmari auctoritate cod. Rau.

n) Videtur deeſſe διαβολὰς vel ſimile quid. *Kuſt.* Decantata eſt fabula, ab Aeliano quoque V. H. II, 13. et Eunapio in Aedes. p. 35. prodita, hoc Nubium drama conſcripſiſſe Comicum ab Anyto et Melito, qui Socratem maieſtatis reum egerant, pretio precibusque inductum, vt philoſophum in ſcena fugillaret, et maledictis iudices populumque ad iram et condemnationem Socratis impelleret. At viri docti ad h. l. et *Meiners* in Geſch. d. Urſprungs, Fortg. und Verfalls der Wiſſenſch. in Griech. II. p. 470. ſſ. ſatis refutarunt illam hiſtoriolam. Atque res ipſa illius falſitatem abunde declarat, qua de re in ſingulari comm. diſſerui. *Harl.*

o) Perperam ed. Kuſt. εἶχον. Nam ad Socratem refertur, inepte tamen dictum eſt.

λαυκότι. ἦ γὰρ τῶν Ἀλκμαιωνιδῶν p) οἰκία, ὅθεν ἦν τὸ πρὸς μητρὸς γένος, ἐξ ἀρχῆς, ὡς φησὶν Ἡρόδοτος q), τεθριπποτρόφος ἦν, καὶ πολλὰς ἀνῃρημένη νίκας, τὰς μὲν Ὀλυμπιάσι, τὰς δὲ Πυθοῖ, ἐνίκα δὲ Ἰσθμοῖ καὶ Νεμέᾳ καὶ ἐν ἄλλοις ἀγῶσιν. εὐδοκιμοῦσαν οὖν ὁρῶν ὁ νεάνισκος, ἀπέκλινε πρὸς τὸ ἦθος τῶν πρὸς μητρὸς προγόνων.

IV. Ἄλλως, διὰ στίχων.

Πατὴρ τὸν υἱὸν σωκρατίζειν προτρέπεται·
Καὶ τῆς περὶ αὐτὸν ψυχρολογίας διατριβὴ
Ἱκανή, λόγων ἀπόνοια πρὸς τοὐναντίον.
Χορὸν δὲ Νεφελῶν ὡς ἐπωφελὴς r) λέγων,
καὶ τὴν ἀσέβειαν Σωκράτους διεξιών·
ἄλλαι δ' ὑπ' ἀνδρὸς s) . . κατηγορίαι πικραί.
καὶ τῶν μαθητῶν εἷς t) πατραλοίας ἀτόπως.
εἶτ' ἐμπυρισμὸς τῆς σχολῆς τοῦ Σωκράτους.

V. v)

Τὸ δὲ δρᾶμα τοῦτο τῆς ὅλης ποιήσεως κάλλιστον εἶναί φησι x), καὶ τεχνικώτατον y).

---

p) Male ed. Kuſt. Ἀλκμαιονιδῶν.

q) L. VI. c. 125. ibique Valcken. et Pind. Pyth. VII.

r) Ita vulg. ἐπωφελῆ correxit *Herm.* Participia ad Ariſtophanem ſpectant: λέγων ὡς ἐπωφελὴς ἴσι.

s) Excidit ἔτι aut ſimile quid, niſi ὑπὸ τἀνθρώπου ſcripſit. *Herm.*

t) Legebatur ante Herm. εἰς, ſed vertebatur tamen *vnus*.

v) Hoc et duo ſequentia fragmenta vulgo ſuperioribus adiuncta legebantur. Separauit Herm.

x) Sic recte Ald. Spectauit Scholiaſtes Nub. v. 518. Vulgo φασι. *Herm.*

y) Magnum eſt et ſingulare neque praetereundum hoc teſtimonium de praeſtantia huius dramatis. Cui addi poteſt aliud ſub finem alterius [tertiae, aut vnius in ed. Inu.] didascaliae. Quam vtique laudem prae caeteris compoſitis a ſe fabulis eidem tribuit ipſe Ariſtoph. in Parabaſi huius fabulae 522. καὶ ταύτην σοφωτάτην ἔχειν τῶν ἐμῶν κωμῳδιῶν. Immo cui comoediae prae omnibus, quae ab aliis etiam Comicis fuerant Athenis editae, etſi eadem a ſpectatoribus fuiſſet explosa, palmam adiudicandam, adfirmare haud veretur in Veſp. Parabaſi v. 1014.

VI.

Αἱ πρῶται Νεφέλαι ἐδιδάχθησαν ἐν ἄστει z) ἐπὶ ἄρχοντος

ὄμνυσι τὸν Διόνυσον Μὴ πώποτ' ἀμείνον' ὅπη τούτων κωμῳδικὰ μηδέν' ἀκοῦσαι. Cui ſimile Syneſii de eadem hac fabula iudicium occupauit iam Kuſterus. *Spanh.*

z) Ex his intelligimus, quod et aliunde, vel ex ipſo Ariſt. in hac fabula conſtat, quum πρώτας tum δευτέρας ſeu recentatas ab eodem Comico Nubes exſtitiſſe. Vnde etiam quum e πρώταις tum e δευτέραις Νεφέλαις adducuntur ab Athenaeo verſus, e προτέραις l. IV. p. 171. quinque verſus, qui exſtant etiamnum in hac fabula 1198. πῶς οὐ δέχονται etc., e δευτέραις VII. p. 299. huius fabulae 559. τὰς εἰκοὺς τῶν ἐγχέλεων etc. Cuius elaboratae denuo ſeu διασκευασθείσης, vt loquuntur ea in re vett. Critici, fabulae haec erat peculiaris Ariſtophani cauſa, quod earum prior editio, etſi ingenioſe adeo ac ſolerter elaborata, quaecumque fuerit eius rei ratio, ſucceſſu caruerat, qua de re ipſe, velut de inſigni iniuria ſibi facta, quum in huius dramatis tum in altera Vesparum parabaſi, grauiter queritur. Vnde etiam pro more in illis elaboratis denuo fabulis recepto, retenta in his ſecundis Nubibus loca de Cleone tum mortuo, ſed dum primae agerentur, adhuc ſuperſtite, vt 599. vbi v. Schol. Ἐν ἄστει vero additur, nempe, et quod hic ſupplendum eſt, Διονυσίοις. Comicorum enim vel Tragicorum apud Athenn. dramata *Dionyſiis*, ſeu ſacris Bacchi feſtis, edebantur; quae (praeter ea, quae dicebantur *Antheſteria* ſeu ἐν λίμναις) vel ἐν ἄστει ſeu ἀστυκὰ, vel κατ' ἀγροὺς Διονύσια, aut Λήναια vocari conſueuerant *). Hanc Nubium fabulam Διονυσίοις ἐν ἄστει actam adſtruitur inſuper chori in hac fab. v. 609. Πρῶτα μὲν χαίρειν κ. τ. λ. Horum enim Dionyſiorum ἐν ἄστει ſ. ἀστυκῶν, quae menſe Elaphebolione ſ. ineunte vere agebantur, tributa ab Athenienſium ſociis deferri in vrbem conſueuerant, vt alibi ab ipſo Ariſt. tangitur, ſicut Acharn. 505. κοὔπω ξένοι πάρεισιν etc. Quod firmat inſuper Aelianus, a quo, dicto iam loco, agitur de huius fabulae editione: καὶ ἅτε ὄντων Διονυσίων, πάμπολυ τὸ χρῆμα τῶν Ἑλλήνων σπουδῇ τῆς θέας ἀφίκετο. Ad illa enim ἐν ἄστει Διονύσια ſeu ſolennes illas tum Athenis theatrales dramatum editiones conſpiciendas, non Athenienſium ſolum eosque tributa ferentes, ſocios ſed ſpectatores inſuper ex vniuerſa Grae-

*) Locum de Dionyſiis tribus, et Lenaeis non iisdem cum ruſticis Dion. (quod Spanh. etiam, vt olim vulgo, cenſet) ſed cum Antheſteriis ſubtilius pertractauit Ruhnkenius Auct. ad Heſ. T. II. quae eius disputatio *de feſtis Dionyſiorum apud Atticos* repetita nuper eſt in eius Opusculis a Kiddio editis (1807.) p. 37 — 47.), eique fruſtra aduerſatus eſt Odericus in Epiſt. de marmorea didaſcalia, Rom. 1777. v. quae ſcripſimus in Bibl. philol. Vol. II. (L. 1780.) p. 123. ff. et Ruhnk. ad Mureti Opp. II. p. 334. et Wyttenb. Bibl. Crit. II, III. p. 69.

Ἰσάρχου a), ὅτε Κρατῖνος μὲν ἐνίκα b) Πυτίνῃ, Ἀμειψίας δὲ Κόννῳ c). διόπερ Ἀριστοφάνης διαῤῥιφεὶς παραλόγως, ᾠήθη δεῖν ἀναδιδάξας τὰς δευτέρας καταμέμφεσθαι τὸ θέατρον d). ἀτυχὼν δὲ πολὺ μᾶλλον καὶ ἐν τοῖς ἔπειτα e) οὐκέτι τὴν διασκευὴν

---

cia confluxiſſe, conſtare poteſt ex Aeſchine adu. Cteſiph. p. 429. ed. gr. lat. Frſ. Eadem vero Διονύσια non ἐν ἄστει ſolum vel ἀστυκά, ſed μεγάλα etiam dicta, vt ap. Demoſth. de Cor., tum κατ' ἐξοχὴν Διονύσια, de qua re nos alibi. *Spanh.*

a) Id eſt, anno primo Olymp. LXXXIX. V. Schol. ad 549. *Sam. Petit.* Miſcell. I, 6. et *Caſaub.* ad Athen. V, 18. *Kuſt.* Quo nempe Athenis archonte *Iſarcho* actae ſint πρῶται Νεφέλαι h. e. Ol. 89, 1. ex Diod. Athen. et Schol. ad 549. adde et ad v. 552., monuerunt iam viri docti et nuper in Annal. Thucydd. p. 161. *Dodwellus:* ac proinde, vt vidit iam *Palmerius*, ante Socratis obitum eumque ab Anyto et Melito accuſatum, annis XXIV. vel XXV. Vnde haud immerito ſuſpecta eidem Palmerio, quae paullo ante de Ariſtophane pecunia corrupto ab iisdem Anyto et Melito, vt hac fabula Socratem coram Athenienſibus proſcinderet, ſunt ab Aeliano, Eunapio, priscisque aliquot, et qui in hac Προθεωρίᾳ leguntur, Criticis adſerta. *Spanh.*

b) Quae h. l. dicuntur de victo a Cratino et Amipſia, aliis Comicis Atticis, in editione huius fabulae, Ariſtophane, iis adverſantur, quae tradit (vt vidit iam Petitus Miſc. I, 6.) d. l. Aelianus, vbi Athenienſibus illas Nubes ἥδιστον ἀκρόαμα exſtitiſſe dicitur, eosque poëtam tanto plauſu proſequutos, quanto numquam antea, et illo victore proclamato iuſſiſſe, vt iudices Ariſtoph. nomen ſummo loco, non vero aliud, ſcriberent. Vnde vero id hauſerit Aelianus, haud liquet; cui ea in re non refragantur ſolum hi veteres Critici, ſed ipſemet Ariſtoph. qui ſe praeter fas omne victum, in ſecundis hisce Nebulis, et quas ideo retractauit, queritur 525., ac praeterea in Veſp. 1039. πέρυσι καταπρούδοτε, *praeterito anno prodidiſtis me*, quo nempe primas ediderat Nubes: quod etiam Scholia firmant ibid., de victo tum in fabulae illius editione Ariſtophane, ac paullo ante ad eiusd. dram. v. 1007. Quod vero in hac Προθεωρίᾳ additur, quaſi haud felicius eidem Ariſtophani ceſſerit ſecunda huius fabulae editio, id vna illius Critici fide hactenus nititur. *Spanh.*

c) Priores Edd. minus recte Κόνῳ per vnum ν. Vide Caſaub. ad Athen. loco laud. *Kuſt.*

d) Vertuntur haec: „quare Ariſtophanes quum praeter rationem reiectus eſſet, exiſtimauit, oportere ſe, poſterioribus Nubibus in ſcena repetitis, cum ſpectatoribus expoſtulare."

e) ἐν τοῖς ἔπειτα eſt ſimpliciter *poſtea* (non *deinceps*, vt vulgo eſt redditum), ne quis putet ἐν ταῖς ἔπ. ſcribendum eſſe.

εἰσήγαγεν. αἱ δὲ δευτέραι Νεφέλαι ἐπὶ Ἀμεινίου ἄρχοντος f). τοῦτο δὲ ταυτό ἐστι τῷ πρωτέρῳ g). διεσκεύασαι δὲ ἐπὶ μέρους,

---

f) Id eſt, anno ſecundo Olymp. LXXXIX. vno tantum poſt priores Nubes anno. V. Sam. Petit. l. laud. *Kuſi.* Quod ab Ariſtoph. Schol. obiter traditum itidem ad Nub. 31. nempe: τότε γὰρ ἦρχεν Ἀμυνίας. Quibus tamen repugnare videtur, quod Cleonis vt iam defuncti meminit 549. (αὐτῷ κειμένῳ.) Cleon vero non ſub *Aminia* archonte, vt poſt Schol. ad Nub. 552. a Palmerio dicitur, ſed vt ab alio Schol., idque ex Androtione, quum ibi ad eundem v. 552. tum ad v. 549. verius traditur, et adſtruit etiam Dodwellus Ann. Thucyd. p. 162. [p 676. f. T. II. ed. Thucyd. Lips. add. Corſini Faſt. Att. III. p. 240. f.] ſub ſequente demum archonte *Alcaeo*, anno proinde Ol. LXXXIX, 3. ſit mortuus. Adde, vt viderunt alii, quod *Eupolidos Maricae* in ead. fab. v. 553. meminerit, quae tamen Cleone mortuo demum ſit acta. Accedit, quod a Palmerio ad v. 550. harum Nubium adnotatur: nempe Ariſt. Vespas prodiiſſe *Dionyſiis Lenaeis*, ſub Aminia archonte, vnde non potuerint ſecundae illae Nubes agi eodem illo anno, et quidem vere, Dionyſiis ἀστυκοῖς ſ. vrbanis, et ita ante editas easdem Vespas; quum tamen, vt ab eo additur, e Scholl. ad easdem liqueat, *ſecundas Nubes* nec probatas nec reiectas ante Vesparum editionem. Verum quod poſtremum vellem Viro eruditiſſimo indictum, quod is ad Attici anni rationem ibi haud attendit, qui quum a XXV. Hecatombaeonis ſ. Iunii, aeſtiuo nempe ſolſtitio, vt aliunde notum, inciperet, *Dionyſia* autem *Lenaea* ſ. κατ' ἀγρούς agerentur in autumno, quibus editae ſunt Vespae, praecederet proinde eadem editio ſequens *Dionyſiorum* ἐν ἄστει tempus vernum, quo actae dicuntur in hac προθεωρίᾳ *ſecundae Nubes*. Neque vero mirum aut inſolitum videri poteſt, quod vtique non nouam, quod forte exemplo caruiſſet, ſed recentatam demum fabulam, hasce nempe δευτέρας Νεφέλας, altero anno poſt priores et infelici ſucceſſu actas ediderit denuo Ariſtophanes. Verum grauius hanc ſecundam Nubium ſub *archonte Aminia* editionem premunt, quae de morte Cleonis et Eupolidis Marica poſt eiusdem obitum edita in eadem hac fabula leguntur. Vnde id omnino ſtatuendum venit, aut ſequenti demum anno, ac ſub *archonte Alcaeo*, in cuius initiis obiit in Thracia Cleon, ac Dionyſiis vernis δευτέρας hasce Νεφέλας prodiiſſe, aut, iuxta Petitum, emendatam adhuc fuiſſe et interpolatam denuo, etſi non productam in ſcenam hanc fabulam, et quod ex ſequentibus in hac didaſcalia verbis etiam licet colligere. *Spanh.*

g) Senſus eſt: Fabula haec emendata ab auctore eadem eſt, quod ſcil. ad argumentum et primarias partes attinet, cum priori; vnde ſequitur, partim eam emendatam eſſe.

ὡς ἂν δὴ ἀναδιδάξαι h) μὲν αὐτὸ τοῦ ποιητοῦ προδυμηθέντος, οὐκέτι δὲ τοῦτο δι' ἣν ποτε αἰτίαν ποιήσαντος. καθόλου μὲν οὖν σχεδὸν παρὰ πᾶν i) μέρος γεγενημένη διόρθωσις· τὰ μὲν γὰρ περιῄρηται, τὰ δὲ πέπλεκται k) καὶ ἐν τῇ τάξει καὶ ἐν τῇ τῶν προσώπων διαλλαγῇ l) μετεσχηματίσαι. ἃ δὲ ὁλοσχερῆ τοιαῦτα ὄντα τετύχηκεν m), αὐτίκα ἡ παράβασις τοῦ χοροῦ ἠφάνισται καὶ ὅπου ὁ δίκαιος λόγος πρὸς τὸν ἄδικον λαλεῖ καὶ τελευταῖον, ὅπου καίεται διατριβὴ Σωκράτους.

Τὴν μὲν κωμῳδίαν καθῆκε n) κατὰ Σωκράτους, ὡς τοιαῦτα νομίζοντος, καὶ Νεφέλας καὶ Ἀέρα καὶ τί γὰρ ἄλλ' ἢ ξένους o) εἰσάγοντος δαίμονας. χορῷ δὲ ἐχρήσατο Νεφελῶν πρὸς τὴν τοῦ ἀνδρὸς κατηγορίαν, καὶ διὰ τοῦτο οὕτως ἐπεγράφη. δίτται p) δὲ φέρονται Νεφέλαι· οἱ δὲ κατηγορήσαντες Σωκράτους, Μέλιτος καὶ Ἄνυτος.

---

h) Obſcurius et hic et in ſeqq. loquitur Anonymus. Videtur enim dicere velle, τὰς δευτέρας Νεφέλας non fuiſſe in theatrum productas: qua in re tamen non ſolum ipſe ſibi h. l. contradiceret, ſed etiam Scholiaſtae ad v. 546. Quare cenſeo verba διεσκεύασται δὲ ἐπὶ μέρους etc. intelligenda eſſe de *Nubibus* poſterioribus, non prioribus: vt ſenſus ſit, voluiſſe quidem Ariſtophanem Nubes poſteriores quoque recentare, hinc fabulam illam tertium in ſcenam producere, ſed cauſis quibusdam ab incepto illo reuocatum eſſe. Niſi enim locum hunc hic accipias, Anonymus manifeſtae ἀντιλογίας reus erit. *Kuſt.* Hanc Kuſt. interpretationem repudiat orationis ſeries, not. antecedd. declarata. Immo videntur hic coniunctae eſſe excerptae variorum Grammaticorum obſeruationes, et haec τοῦτο δὲ ταυτό etc. alius eſſe, quam ſuperiora.

i) Ed. Kuſt. παράπαν.

k) Vertitur: quaedam aliter connexa; immo: quaedam implicita (magis) ſunt: die Handlung wurde verwickelter.

l) *Perſonarum diſtinctionem* reddunt; immo eſt ratio, qua ſe in agendo excipiunt et alternatim prodeunt.

m) Senſus: quod ad ea attinet, quae prorſus ita fere immutata ſunt, ipſa chori parabaſis, exempli cauſa, eſt mutata.

n) Verbum hoc eſt proprium ea in re, *in ſcenam mittere, exhibere.*

o) H. e. *et quid enim aliud* (facientem) *quam nouos* inducentem deos h. e. potiſſimum nouorum deorum cultus auctorem.

p) Haec ſeptimum fragmentum efficiunt ap. Herm., ſed puto ea cum antecedd. cohaerere, et potius in verbis τὴν μὲν κωμῳδ. noui fragmenti initium eſſe conſtituendum.

VII.

Ἄλλως. Θωμᾶ τοῦ Μαγίστρου.

Ἄνυτος καὶ Μέλιτος Σωκράτει τῷ ΣωΦρονίσκου βασκήναντες q), καὶ αὐτὸν μὴ δυνάμενοι βλάψαι ἀργύριον ἱκανὸν Ἀριστοφάνει δεδώκασιν, ἵνα δρᾶμα κατ' αὐτοῦ συσήσηται. καὶ ὃς πεισθεὶς r) γέροντά τινα Στρεψιάδην καλούμενον ἐπλάσατο ὑπὸ χρεῶν πιεζόμενον, ἃ δὴ ἀνηλώκει s) περὶ τὴν τοῦ πωλοῦς Φειδιππίδου ἱπποτροφίαν. οὕτω δὲ τούτων ἐχόντων, μὴ ἔχων ὁ Στρεψιάδης τί ποιήσει περὶ τὰ χρέα, βουλεύεται προσαγαγεῖν τῷ Σωκράτει τὸν ἑαυτοῦ t) παῖδα, ἵνα παρ' αὐτοῦ τὸν ἄδικον μάθῃ λόγον, καὶ οὕτω τοὺς δανειστὰς ἀποπρούσηται v). Φειδιππίδης μὲν οὖν, πολλὰ δεηθέντος τοῦ πατρός, προσελθεῖν οὐκ ἐπείσθη x). ἀποτυχὼν δὲ ὁ πρεσβύτης τῆς ἐπ' ἐκείνου y) ἐλπίδος, καὶ οὐκ ἔχων ὅσις z) καὶ γένηται, εἰς δεύτερον εἶδε a) πλοῦν. οὐδὲν γὰρ τῆς ἡλικίας φροντίσας, οὐδ' ἐνθυμηθείς, εἴ τισιν ἄτοπος

---

q) h. e. *inuidentes.* Vertitur vulgo: *infenſi,* ad ſententiam recte.

r) i. e. *pretio inductus,* corruptus.

s) Eſt h. l. praegnans verbum: quae debita contraxerat ſumtibus in equos factis, quos Phidippides alebat.

t) Ita vulg. τούτου corrigendum eſſe vidit Erneſt. praef. ad Nub. (p. XV.). [Recepi cum Herm.] In cod. Bau. poſt παῖδα inſertum eſt gloſſema: τὸν Φειδιππίδην δηλονότι· et verba ſequentia ſic poſita ſunt: ἵνα μάθῃ παρ' αὐτοῦ τὸν ἄδικον λόγον. *Harl.* In Mſ. L. deeſt τούτου. *Ern.* qui mox coniicit: ἵνα παρὰ τούτου.

v) Redditur *eludere.*

x) Reizius πρεσελθεῖν ad δεηθέντος referebat. Cod. Bau. οὐκ ἐπείσθη πρεσελθεῖν. Nimirum qui hunc codicem ſcripſit, ineptam emendabat Thomae Mag. elegantiam. *Herm.* [Mſ. L. εἰσελθεῖν, improbante *Ern.*

y) Legebatur ἐπ' ἐκεῖνον. Cod. Bau. ἀπ' ἐκείνου. *Herm.* ἐπ' ἐκεῖνον debetur librario, qui ſtructurae huius voc. in N. T. adſueuerat.

z) Reizius coniiciebat ὅ τι, vt ap. Thuc. II, 52. *Herm.*

a) Erneſti loco mem. coniecit: ἦλθε [non probante Reizio ap. Herm.]. h. e. *aliam rationem tentauit.* Cod. Bau. πλεῖν εἶδε. Idem mox: οὐδὲν οὖν. *Harl.* εἶδε eſt: *ſpectauit,* reſpexit. Mſ. L. poſt πλοῦν addit ὅ φασιν, improbante Ern., qui de prouerbio laudat Gatak. ad M. Anton. p. 264. Doru. ad Char. p. 287.

δόξειεν ἀνὴρ ἐπὶ b) γήραος οὐδῷ μανθάνειν, καθάπερ κομιδῆ νέος ἀρχόμενος, ἀλλ' εἰς ἓν ἀφεωρακὼς μόνον ἐκεῖνο, ἐὰν ἄρα οἷός τε γένηται τοὺς δανειστὰς διὰ πειθοῦς c) ἀποστερῆσαι τὰ χρήματα, αὐτὸς πρόσεισι τῷ Σωκράτει. οὐκ ἔχων δὲ ὑπηρετοῦντα τῇ βουλήσει d) τὸν νοῦν, ἀλλὰ τοιοῦτος ὢν οἷς ἐμάνθανεν, οἷος καὶ πρὶν τῆς παιδείας ἐφῆφθαι, αὐτὸς μὲν ἀπέγνω παιδεύεσθαι, προσελθὼν δὲ τῷ παιδὶ καὶ αὖθις e), πολλαῖς πέπεικε f) ταῖς δεήσεσιν ἕνα τῶν Σωκράτους ὁμιλητῶν γενέσθαι g). ὁ δὲ καὶ γέγονε καὶ μεμάθηκε. συνίσταται δὲ τὸ δρᾶμα ἐκ χοροῦ Νεφελῶν· ἔχει δὲ κατηγορίαν τοῦ Σωκράτους, ὅτι τοὺς συνήθεις θεοὺς ἀφεὶς καινὰ ἐνόμιζε δαιμόνια, Ἀέρα καὶ Νεφέλας καὶ τὰ τοιαῦτα.

---

b) Vulgo praepositio abest, quam recte Ern. ex Homero [Il. χ, 60. vbi v. Eustath.] addendam censet. *Herm.* ἐν γήρα^ος cod. Bau. Idem mox ἓν ἑωρακώς. — *Harl.* Ernestius putabat ἐπὶ subintelligi posse, vt Nub. 271. vbi v. Schol. etsi semper hanc praep. in hac formula addunt Hom. et alii.

c) persuadendo, i. e. fallaciis et calumniis.

d) Ita e cod. Bau. reposui pro vulg. τῇ νοήσει, quod facile exstitit, errore librarii, haec memoria tenentis quae scriberet, e seq. νοῦν. *Ingenium eius voluntati* (consilio) *non inseruiebat,* h. e. propter ingenii tarditatem consilium tenere non potuit. Sequentia valent: talis in iis quae didicit fuit, qualis antequam institueretur, h. e. imperitus. Vulgo vertitur: cum ingenio esset indocili et talis post traditas disciplinas maneret — Mox ἀπέγνω παιδ. est: spem abiecit discendi.

e) Vulgo post παιδὶ commate interpungitur, vt καὶ αὖθ. ad sequentia trahatur.

f) Sic (pro vulg. πεποίηκε) coniecerat Ernest. p. XVI. et sic clare scriptum est in cod. Bau. *Harl.* Recepit etiam *Herm.* Si vulgatum defendatur, pro ἐνεχείρησε ποιεῖν dici Ern. monet.

g) Ita cod. Bau., pro vulg. γεγενῆσθαι, et reposuit *Herm.* Post γεγενῆσθαι in cod. Matrit. addita sunt: διὰ τούτων δὲ δείκνυσι Ἀριστοφάνης ἄθεον τὸν Σωκράτην, ὡς ἀφέντα τοὺς συνήθεις θεούς, καὶ νομίζοντα Νεφέλας καὶ Ἀέρα. ὅθεν καὶ Νεφέλαι ὠνομάσθη ἡ παροῦσα κωμῳδία. In codice nempe regio Matrit. (teste Iriarte in Reg. bibl. Matrit. codd. graecis Mspp. Matrit. 1769. p. 236.) legitur haec fabula cum argumento, quod a vulgg. est diuersum (v. paullo post) et cum Scholiis ab iis, quae Kust. vulgauit, plerumque diuersis, quippe quae (ait Iriarte) nunc breuiora, nunc fusiora, modo alios locos, modo eosdem aliter explanantia. Habet is praeterea nonnullas adnotationes ad oram adscriptas. *Harl.*

VIII.

Aliud Argumentum e codice Matrit. ap. Iriartum l. l.

Πρεσβύτης τις Στρεψιάδης ὑπὸ δανείων καταπονούμενος διὰ τὴν ἱπποτροφίαν τοῦ παιδὸς h), δεῖται τούτου, φοιτήσαντα i) εἰς τὸν Σωκράτην μαθεῖν τὸν ἄδικον λόγον, ὅπως μηδενὶ τῶν δανειστῶν μηδὲν ἀποδώσῃ. μὴ βουλομένου δὲ τοῦ παιδός, εἰσέρχεται αὐτός· καὶ μὴ δυνάμενος μαθεῖν διὰ τὸ γῆρας ἐκδιώκεται. ὑποστρέψας δὲ καὶ τῷ υἱῷ πείσας, ἤγαγεν αὐτὸν τῷ Σωκράτει. ὃς καλέσας τὸν δίκαιον λόγον καὶ ἄδικον, καὶ αἵρεσιν τῷ νέῳ δοὺς ἐκλέξασθαι, διδάσκει ἐκεῖνον τὸν ἄδικον λόγον. μαθὼν δὲ ὁ υἱὸς ὅπερ ἐβούλετο ὁ πατήρ, καὶ τὴν παχύτητα ἐκείνου μὴ καταγνούς k), τύπτει τὸν πατέρα αὐτὸν ἐσιῶντα. ὁ δὲ ἀλγήσας διὰ τὴν τοῦ παιδὸς ἀσέβειαν, ἀπελθὼν κατακαίει τὸ φροντιστήριον, νομίσας Σωκράτην αἴτιον τῆς ἀσεβείας τοῦ παιδὸς εἶναι. κατηγορεῖ δὲ ἐντεῦθα τοῦ Σωκράτους, ὡς ἀσεβοῦς καὶ ξένους θεοὺς εἰσαγόντος, ἀφέντος τοὺς συνήθεις. ἐπιγράφεται δὲ Νεφέλαι, διότι παρεισάγεται χορὸς Νεφελῶν ὁμιλῶν τῷ l) Σωκράτει, ἃς ἐνόμιζε θεάς, ὡς Ἀριστοφάνης κατηγορεῖ. ὁ γὰρ Ἄνυτος καὶ Μέλιτος φθονοῦντες Σωκράτει καὶ μὴ δυνάμενοι ἄλλως βλάψαι ἢ φανερῶς κατηγορῆσαι μεγάλου ὄντος, ἱκανὸν ἀργύριον δεδώκασιν Ἀριστοφάνει ταύτην τὴν κωμῳδίαν κατ' ἐκείνου γράψαι. τὰ δὲ πρόσωπα Στρεψιάδης, Φειδιππίδης, μαθητὴς Σωκράτους, Σωκράτης, χορὸς Νεφελῶν, δίκαιος λόγος, ἄδικος λόγος, Πασίας δανειστής, μάρτυς.

---

h) Defunt verba τοῦ παιδὸς in cod. Addidit poſt Harl. *Herm.*

i) Ita φοιτήσαντος, vt in cod. ſcriptum, recte emendauit *Herm.*

k) Vertitur ab Iriartio: *eius ſtupiditatem minime obiurgans*; in ed. Herm. μὴ omiſſum eſt, neſcio an editoris conſilio: ita certe ſenſus melior exiſtit: eius ſtuporem contemnens.

l) Articulus in ed. Herm. omiſſus eſt.

Oeconomia fabulae *m).*

Strepſiades primo diluculo, poſt noctem inſomnem, cruciatus ſollicitudine, quam ſumtus immenſi et debita et inſtans vſurarum ſolutio crearunt ei, accenſa lucerna computat debita et vſuras, interea dum Phidippides, filius, de equeſtri re ſomnians loquitur (1 — 39.). Deteſtatur autem et filii ſtudia inſana et ſuum coniugium cum nobili puella initum (— 80.). Excitat deinde filium e ſomno eique proponit conſilium, noctu excogitatum, de adeunda ſchola Socratis, a quo diſcere poſſit, quomodo dicendo iuſta iniuſtaue ſint efficienda (— 99). Sed filius nec obſequi huic conſilio nec deſiſtere a rei equeſtris ſtudiis vult (— 125.). Itaque Strepſiades ipſe adire illam ſcholam conſtituit pulſatque eius fores, ſed non bene a diſcipulo Socratis excipitur (— 139.), qui tamen ridiculas quasdam Socratis, ſed fictas, quaeſtiunculas exponit, aperitque cupido fores, et quae in ſchola conſpiciantur explicat (— 215.). Tandem Socrates ipſe ſublimis aduocatur, cui Strepſiades, quum aduentus cauſam expoſuiſſet, hic initiatur ſolemni cantico, quo Nubes inuocantur (— 273.), quarum quidem chorus nunc adeſt per aerem vectus hymnosque decantans (— 312.). Iam Socrates Strepſiadem lepide docet, quanta poteſtas ſit et vis Nubium, dearum ſcilicet, quae muliebri habitu theatrum ingrediebantur (— 356.). Salutant igitur illae ſenem atque Socratem, qui ipſas ſolas eſſe deas dicit, tonare atque fulgurare (— 410.). Tum eaedem interrogant Strepſiadem, quid fieri ab ipſis ſibi velit, et ille facultatem dicendi eam petere ſe oſtendit, qua creditores effugere poſſit; quam quidem Nubes ei promittunt (— 437.). Hic ſe paratum eſſe profitetur ad omnia perferenda (— 455.). Itaque Socrates a choro, qui rurſus Strepſiadi fauſtiſſima promiſerat, monitus explorare ſenem incipit et ingredi eum iubet ſiue potius cogit, congratulante choro (— 517.). Hactenus enim ad oſtium ſteterat. Inter-

---

m) Nolui integrum Argumentum (Summarium) ex *Friſchlino* (quod ap. Kuſt. et Harl. legitur), vtpote iuſto verbolius, nec eiusdem Disputationem de occaſione fabulae, qua longum Aeliani locum vertit, iudicio in alium locum reiecto, et laudatis Xenophonte atque Plutarcho, e quibus defenſio Socratis peti poſſit, repeti.

posita hic est chori parabasis, quae ad spectatores pertinet, et poetam illis atque fabulam commendat (— 562.), et, interpositis hymnis rursus se ad spectatores conuertit eosque variis de causis increpat (— 626.). Reuersus in scenam Socrates, queritur de hebeti Strepsiadis mente, et palam instituere eum incipit, vbi quum primum valde indocilem se praebuisset, ineptis quaestiunculis grammaticis vexatus, neque meditari et comminisci aliquid voluisset, postea autem, vix spe aliqua ingenii sui excitata, obliuiosum et ineptum se exhibuisset, tandem a Nubibus discedere et filium potius in scholam mittere iubetur (— 801.). Filium igitur ille primum docet Iouem non esse, id quod in Socratis schola didicerat, dein eum suo loco discere iubet atque ad ipsum Socratem adducit, cui eius ingenium laudat (— 885.). Prodeunt cum choro Iustus et Iniustus Sermo et inter se acriter altercantur nec a conuitiis abstinent, donec chorus eos interpellet et disputationis modum praescribat (— 957.). Nunc Iustus veterem disciplinam exponit probam illam et scueram (— 979.), et Phidippiden cohortatur, vt eam sequatur, contraria suadente Iniusto (— 1019.), choro assentiente (— 1029.). Iam Iniustus longiori oratione aliam viuendi rationem adolescenti commendat, quam ipso iuuante inire possit, frustra obloquente Iusto et tandem aufugiente (— 1102.). Nunc Socrates promittit Strepsiadi suam operam in filio instituendo (— 1112.), chorus autem cum iudicibus fabulae agit (— 1128.). Strepsiades proxime instantem vltimum mensis diem, quo vsurae soluendae essent, valde metuens, rursus scholam adit, et filium euocat, cogniturus an hic dicendi artem bene addidicerit (— 1143.). Quod quum Socrates affirmasset, eique filium reddidisset satis praeparatum (— 1170.), atque hic etiam specimen artis suae edidisset, pater valde sibi et filio gratulatur (— 1215.). Iam adest foenerator Pasias, in ius vocaturus Strepsiadem, comite teste, sed a Strepsiade, quod grammaticam artem non calleret, abigitur (— 1260.). Idem euenit Amyniae, alteri debitori, qui et ipse cum teste adest, et propterea quidem quod coelestium rerum ignarus sit (— 1305.). Chorus auguratur, Strepsiadi ob has artes et fraudes mali quid euenturum esse (— 1323.). Atque statim post redit Strepsiades male a filio tractatus in scenam, et de accepta iniuria valde queritur, ipsumque filium, qui sequutus eum erat, obiurgat; verum hic, noua sapientia quam didicerat fretus, ostendit se patri persua-

ſurum eſſe, recte a filiis parentes verberari (— 1347.). Itaque poſtquam Strepſiades choro expoſuit, vnde haec certamina exſtiterint, ſcilicet ex laudibus Simonidi et Aeſchylo tributis, Euripidi denegatis (— 1392.), a choro admonitus (— 1400.) Phidippides, argumentis petitis a verberibus quibus pueri a parentibus caſtigentur, et ab exemplis gallorum, probare ſtudet, non modo patrem a filio caſtigandum ſed etiam matrem verberandam eſſe (— 1449.). Iam tandem Strepſiades et Nubes et Socratem accuſat (— 1477.), et ſolus deinde ſuam deplorat inſaniam, ſeruum Xanthiam hortatur, vt euertat domum Socratis, ipſe cum face accenſa accurrit (— 1494.), in quo conatu et ſermonibus cum diſcipulo Socratis, Socrate atque Chaerephonte, fabula deſinit (— 1512.).

Mores perſonarum ita ſunt compoſiti: *Strepſiades* ruſticus eſt homo obaeratus, litteris non excultus, hebes atque indocilis, pronus tamen ad deos non minus quam leges et iura ſpernenda et ſophiſtarum malas artes probandas, e quibus tamen tandem ad ipſum redundant maxima damna; duxerat vxorem nobiliſſimae gentis, cui obſequi cogebatur et filio nimium indulgere. Hic, *Phidippides*, leuis erat (vt plerique Athenn. adoleſcentes, nobiliores inprimis), rei equeſtris ita ſtudioſus, vt patrem cogeret aes alienum contrahere, alienus primum a litterarum ſtudiis, poſtea ſophiſtarum praeceptis ita imbutus vt pietatem omnem abiiceret. Vtrumque ingenium vere deſcriptum et conſtanter propoſitum eſt. Sed in *Socratis* perſona fingenda omnem non modo veritatem ſed etiam probabilitatem poëta neglexit. Exhibuit enim et ineptum rerum futilium ſpectatorem, et inanem ſapientiae ſuae oſtentatorem, et nugacem impietatis et iniuſtitiae doctorem; quae omnia ne in Sophiſtas quidem plerosque cadebant, etſi fuerunt in quibus ſingulis ſingula vituperari poſſent. *Iuſtus Sermo*, in perſonam mutatus, eſt homo antiquiorum et ſeueriorum temporum, probus, modeſtus, verecundus; *Iniuſtus* contra id exhibet ingenium, quo nomen ipſum impoſuit. *Chorus Nubium* quamquam deditus eſt Socrati eiusque diſciplinae, tamen antiquam ſeruat rationem ſalubriter nonnulla praecipiendi. Prior Socratis diſcipulus magiſtri diſciplina ſuperbit, inurbanus et inſolens; alteri non ſunt partes quaedam praecipuae datae. Pallas et Amynias foeneratorum referunt ingenia.

Quum in vicinia scholae Socraticae res agantur, scenam exhibere necesse fuit et Strepsiadis aedes et Socratis domum cuius ostium ita aperiri posset, vt quae intus essent conspicerentur, machinis autem quibusdam et Socrates primum et Nubes erant sublatae. Actionis initium in matutinum tempus incidit.

De fabula omni ita fere disputauit *Hermannus* p. XXXIV — LII. „Si quis vere rem aestimare velit, nihil est in ipsa quidem dramaticae poeseos natura, quo veterum Graecorum fabulae a nostris differant, nisi vsus chori, in quo vestigia quaedam originis tragoediae comoediaeque reperiuntur, sed tenuia illa, nec quae magnum in iudicandis fabulis momentum habeant. Reliqua omnia in antiquis iuxta ac recentioribus eadem sunt. Sane quidem quasdam Aristoph. comoedias partes magis fabularum, quam fabulas censere oportet: nec Supplices Aeschyli aut Persae quidquam sunt, quam recens natae artis nobile rudimentum. At enim vero non poëtas iudicamus, sed scripta eorum; nec, quare alia recte, alia male fecerint, quaerimus, sed, quaecumque scripserint, quare placeant vel displiceant, inuestigamus. Ipsa fabularum natura continetur argumenti inuentione et tractatione poëtica. Argumentum certis notionibus comprehendi definirique potest. Tractationis poeticae autem alia ratio est; haec enim, quia vnice ad animi commotionem pertinet, quae non potest claris notionibus explicari, in singulis fabulis sensu spectatorum lectorumue aestimanda est. Verum tamen ne in hoc quidem genere nihil est, quod cogitatione possit et definitione comprehendi. — Argumentum quum contineatur actione aliqua exponenda, haec duo spectanda sunt, primum omnis actio per se qualis esse debeat, deinde qualis actio ad poeticam tractationem accommodata sit. Omnis actio posita est in contentione virium in contraria tendentium. Haec contentio nodus, euentus eius solutio nodi finisque dicitur actionis. Inde nascitur ea, quae suprema est fingendae actionis regula, actio vti vna sit. Censetur autem vnitas actionis eo, vt neque ab initio fabulae nodus contentioque absit, neque in media fabula fortuita atque aliena admisceantur, nec denique vltra solutionem nodi prolongetur fabula. — Tractatio poetica quum in sola accessione pulcritudinis posita sit, videndum est, qui fontes in actionibus reperiantur pulcritudinis. Itaque primum necesse est, vt vniuersa cuiusque fabulae actio in eiusmodi re versetur, quae natura sua ad animum pulcre commouendum idonea sit. Pulcritudinis autem quum duo genera sint, formositas et sublimitas, quoque actio aut formosa esse debeat aut sublimis. Sublimis quum est, fabula tragoediae nomen habet. Formosa autem quarum fabularum actio est, eae nunc latius patente dramatum nomine vocantur: e quo genere Terentii fabulae sunt, quae nullo pacto comoediis adnumerari possunt. Etenim ridiculum, in quo comoediae natura posita est, non pertinet ad pulcritudinem, quamuis cum ea consociari queat. Possunt autem ridicula et formosa esse et sublimia. — Quum ii, qui in fabulis contendunt, homines sint, ea pars humanae naturae ad contentionem adhibenda est, in qua exprimi cerni-

que pulcritudo poſſit. Itaque non nudae conſiliorum deliberationes et frigida voluntatis decreta inter ſe opponi poſſunt, ſed ſtudiis hominum cupiditatibus, animi motibus in diuerſa tendentibus res omnis agenda eſt. Iſtae autem res quoniam totae nituntur ingeniorum diuerſitate, moribus opus eſt in fabulis. — Finis autem actionum hic eſſe debet, ut de fortuna perſonarum decernatur. Sed quum non omnes cupiditates eiusmodi ſint, vt pulcritudinis ſocietatem admittant, facile patet, in iis tantum cupiditatibus finem actionum collocandum eſſe, quibus aut explendis aut non explendis pulcre commoueri animus poſſit. Denique quod ad tractationem poeticam attinet, ea continetur ipſa conformatione pulcritudinis. — Pulcritudinis natura haec eſt, vt omnis rerum varietas ad vnum quiddam ac totum apte conſpiret. Haec autem vnitas longe diuerſa eſt ab actionis vnitate. Neque enim ad rationis iudicium ſpectat ſed ad ſenſum, neque in eo poſita eſt, vt ne cauſis effecta aut effectis cauſae deſint, ſed vt earum rerum, quae pulcritudinis in hoc genere elementa ſunt, aliqua ita emineat, ad eam vt reliquae omnes referantur, ex eaque pendeant. Quum autem omnis fons fabularum pulcritudinis denique a perſonis repetendus ſit, harum vnam intelligitur prae caeteris ornari extollique debere. Neque vero perinde eſt, quam poeta prae reliquis ornandam putet. Quae perſona, ſi argumentum ſpectes, primas partes agit, eamdem etiam in eo genere pulcritudinis, quod proprium cuique fabulae eſt, eminere oportet. Et haec dicetur perſona principalis, qua nulla poteſt fabula carere."

„Iam qui partes argumenti *Nubium* in vnius actionis deſignationem cogere vellet, fruſtra profecto laboraturus eſſet. Adeo poſtrema a primis diſſentiunt. Nam quae in prima fabulae ſcena ſatis clare deſcripta eſt actio, ea haec eſt: ſenex filii cauſa in aes alienum illapſus creditores fraudibus circumducere ſtudet ad eamque rem Socratis vtitur auxilio *). Hinc intelligitur nodum, quem vocant, in repugnantibus ſtudiis debitoris et creditorum poſitum eſſe. Quare quae poterit alia nodi ſolutio, aut quis fabulae euentus eſſe quam qui in fortuna ſenis cernatur? At quae deinceps ſequuntur, ſpectantibus tria maxime occurrent, quae a poeta male inſtituta videantur. Primum enim quum ſenem introduxiſſet, aeris alieni onus fallacia ab ſe depellere ſtudentem, ea ipſa res bene an male ipſi cederet, oſtendendum erat. Ac quum Ariſtophanes

*) Ad ipſam tamen actionem videtur, ex Ariſtoph. quidem conſilio, hoc etiam pertinuiſſe, vt, illud auxilium e Socratis diſciplina ſperatum, vtrum a filio an a patre petendum, et quo euentu petitum eſſet, ſpectaretur. Hinc nodus in contrariis patris filiique ſtudiis et ſolutio eius in triſti diſciplinae illius effectu potuit quaeri. Qui quum vel ad creditores vel ad debitorem vel ad ipſum philoſophum referri poſſet, patet, quomodo, quae ad haec omnia ſpectant, coniungere poeta potuerit. Quamquam quae de poena philoſophi afferuntur, omitti rectius debuerant.

philosophorum disciplinam in contemtum adducere vellet, facile intelligitur, senem vinci, non vincere, in ius rapi, causa cadere, bonis exui, in carcerem coniici debuisse, vt, quibus fraudibus alios circumducere voluisset, iis ipse circumuentus ostenderetur. Quae quum omiserit poëta, ea ille omisit, quae in omni fabula maxime necessaria sunt, solutionem nodi finemque actionis. Deinde illud etiam reprehendendum erit, quod filius patrem contumelia afficit. Nam quum vniuersae actionis hic tantum finis sit, vt adolescens, Socratis institutione eruditus, creditores pecunia defraudet, eius rei is debet euentus esse, vt creditorum accusatione malum inueniat senex, non a filio vt ei iniuria fiat. Vnde patet, illam partem fabulae, quae Phidippidae contumelias complectitur, prorsus ab actionis cohaerentia alienam esse. Quamquam ea delendi posset, si ad condemnationem senis et reliquas calamitates, in quas Socratis disciplina incidisset, filii impietas velut cumulus accederet. Nunc Phidippidae impietas in iis rebus numeranda est, quae, quod casu accidere videantur, a fabulis segregandae sunt. Denique ad idem genus etiam incensio aedium Socratis pertinet. Nihil enim vsquam est in omni actione, vnde puniendos esse philosophos colligi queat. Quidquid praeter senis infortunium euenire posset, quum non pertineret ad actionem ipsam, excludendum erat. Quod si philosophos puniri vellet Aristophanes, aut in hac ipsa re finem fabulae ponere debebat (tum vero omnis actionis ratio ita mutanda erat, vt Socrates primas sustineret partes), aut certe vna cum Strepsiade puniendi erant. Hoc autem commode potuit fieri, idque duplici ratione, vel initio hac facta conditione, vt Socrates puniretur, nisi viciset senex, vel mercede pacta, quam victis creditoribus ab sene acciperet: quod si factum esset, aut iudicum sententia Socrates vna cum Strepsiade condemnari poterat, aut, si solus Strepsiades ab iudicibus multatus esset, hic deinde illa ipsa fallacia, quam ab Socrate didicerat, hunc poterat defraudare. Praeter illas autem, quae primariae sunt totius fabulae partes, etiam in eo peccatum videtur, quod initio Strepsiades, deinde filius eius ad Socratem discendi causa accedit. Non enim poterant personarum officia in medio cursu fabulae permutari, nisi tali quadam causa, quae necessario in ipsa actionis natura inesset. Ac Strepsiadae quidem indocile ingenium hanc tantummodo vim habet, vt, quare senex disciplinam Socratis relinquat, non vt continuo filium pro patre ad philosophos iturum verisimile sit, praesertim quum hic ne antea quidem, vt hoc faceret, compelli potuerit. Itaque poeta remedii inopia Nubium voluntate mentem eius mutari voluit. At hoc vero est illud, quod vocant deum ex machina aduenire. Quin ne ipsis quidem Nubibus quidquam causae est, quare studium adolescentis illo impellant: quae in ea re Aristophani magis, quam Strepsiadae, adiutrices sint."

„Quae horum omnium causa sit atque origo vitiorum, facile potest intelligi. Aristophanes enim quum philosophorum studia vellet perstringere, primas partes Socrati videtur destinasse. A qua re quum in prima fabulae descriptione, in qua omnia ad Strepsiadem referuntur, aberrasset, fieri non potuit, quin deinceps isto fine persequendo nonnihil ab ea, quam inierat, via abduceretur. Itaque primum senem ipsum ad Socratem adduxit, quo magis phi-

Iosophorum inepta subtilitas rustici hominis admiratione et stupore eluceſceret. Quum autem etiam impietatem philoſophorum reprehendere vellet, poſtea adoleſcentem quoque in Socratis diſciplinam committi fecit, ſed caute docteque nec Socratem docentem neque adoleſcentem diſcentem ſpectatoribus oſtendit, verum quae iſtius diſciplinae ratio et quis euentus eſſet, iuſti atque iniuſti oratoris colloquio indicare ſatis habuit. Eruditum denique philoſophorum artibus Phidippiden eadem doctrina aduerſus patrem vti voluit, quo conſequeretur id, in quod cogitationem intenderat, vt puniretur Socrates. Quamquam igitur Ariſtophanes in Socrate potiſſimum ridendo videtur elaboraſſe, opportune tamen factum eſt, vt in ea re ipſe ſe falleret. Etenim etſi in Socratem multa eruditius et facetius, quam in Strepſiadem, dicta ſunt, ille tamen non minus ornatu poetico, quam argumenti deſignatione perſona primarum partium habetur."

„Reliquum eſt, vt dicatur etiam de tractationis poëticae virtutibus. Conſideranti omnem comoediae rationem, ea, quae apud Graecos veteris comoediae nomen habet, virtute poëtica primum locum videtur obtinere. Nam ſi id, quo poetae a caeteris ſcriptoribus differunt, in ſenſuum pulcra conformatione, in cogitationum liberiore nexu, in orationis inſolentiore ornatu, in verborum apto delectu, in numeris denique et metris poſitum eſt, in quonam genere comoediae haec omnia facilius, quam in veteri illa Graecorum inueneris? Illa quidem, quae deinde ſequuta eſt comoedia, in eo maxime elaborauit, vt vitam moresque hominum quam diligentiſſime imitaretur, quo omnis ratio comicae poeſeos ad quotidiani ſermonis tenuitatem delapſa eſt. Quamquam autem omnis comoedia quotidianae vitae quaedam imitatio eſt, tria tamen maxime ſunt, quibus in vetere illa Graecorum comoedia poeſis naturam ſuam et vim prodat, fictionum audacia, chororum cantiones, denique quas vocant, παραβάσεις. Ac primum inſolentia fictarum rerum hanc vim habet, vt a quotidiana vita animos ſpectatorum abducat, in eoque collocet rerum ordine, qui quod ſummam cogitationibus libertatem concedit, proprius eſt poetarum. Ex quo genere in Nubibus primum ipſe chorus eſt, e fictis deabus conſtans, deinde iuſtus et iniuſtus ſermo, quo nomine poeta non oratores, ſed ipſas orationes perſonis indutas in ſcenam produxit. Cuiusmodi perſonae quum nusquam niſi in mentibus hominum et cogitationibus reperiantur, a verarum rerum ignaua contemplatione ad ſe ipſum animus redeat neceſſe eſt, ſuamque perſentiat vim, quae in illis demum rebus infinita eſt, quas ipſe fingit formatque. Chori autem comici duplex eſt virtus, qui, quoniam natura ſua ad poeſin factus eſt, quum omnino, quoties ad canendum accedit, ad altiorem orationem extollitur, tum hymnis etiam deorum, qui cum reliquo eius officio non ſunt coniuncti, grata quadam interruptione curſum actionis ſuſpendit. Ac tantum abeſt, vt iſta carmina propterea quod cum reliqua actione non cohaereant, reprehendenda ſint, vt in ea ipſa re magna quaedam eorum vis ac praeſtantia expromi videatur. Eo enim, quod idem chorus, qui inter fabulae perſonas eſt, etiam alio longe diuerſo munere fungitur, admonentur ſpectatores, vt omnia, quae in ſcena agantur, non vera ſed ficta eſſe meminerint. Qua recordatione

non modo nihil de voluptate ſpectantium detrahitur, ſed augetur ea etiam remotis iis, quibus impediri ſolet. — Eadem vis ineſt in iis orationibus, quae παραβάσεις dicuntur. Nam in his quoque quum chorus, ab agendis partibus ſuis ad ſpectatores conuerſus, alieniſſima loquendo ludos, non feria, agi oſtendat, illam aequabilem animis hilaritatem inſpirat, quae ad pulcritudinem percipiendam maxime neceſſaria eſt. Ad haec inſignia veteris comoediae ornamenta qui animum aduerterit, is in Nubibus, praeter infinitam facetiarum vrbanaeque dicacitatis copiam, terminos quotidianae vitae, quae non ſatis apta ad poeſin eſt, vsque in ea loca promotos videbit, in quae ſola mens imperium exercet. Inde inauditum prodire chorum cernet, nunc magnifica oratione partes ſuas recitantem, nunc ſpectatoribus poetae ſtudia purgantem, modo hymnos canentem deorum, mox denique rurſus ad ſpectatores verba facientem, donec in priſtinam viam fabula reducatur. Inde orationes corpore indutas exoriri mirabitur, quarum altera victrix ſua ipſius turpitudine vitium in contemtum adducat, altera autem, licet euentu certaminis inferior, honeſtate ſua ad virtutem animos excitet. Ex eodem denique fonte paſſim in rebus, in ſententiis, in dictione efferueſcentem animaduertet poeſeos vim, vt facile appareat, veritati perexiguam fabulae partem, pleraque omnia poetae deberi ingenio."

Nubes drama quando et quo ſucceſſu commiſſum?

Ex *Samuelis Petiti* Miſcell. lib. I. c. 6. *n*)

Argumentum huius dramatis notum eſt vel ex iis, quae refert Aelianus V. H. XII, 13. Quo maximam apud omnes bonos inuidiam ſibi creauit Ariſtophanes, qui illud docuit contra antagoniſtas, Cratinum et Amipſiam, Dionyſiis, praetore Athenis Iſarcho, Olymp. LXXXIX. anno 1. Anonymus in deſcriptione Olympiadum ad h. a.: Αἱ πρῶται Νεφέλαι Ἀριστοφάνους ἐδιδάχθησαν ἐν ἄστει. Didaſcaliae praefixae huic dramati: Αἱ πρῶται Νεφέλαι ἐδιδάχθησαν ἐν ἄστει ἐπὶ Ἄρχοντος Ἰσάρχου. Quidam in Diodori Siculi codicibus legunt hoc archontis nomen Ἴπαρχος. Etſi autem haec fabula neque inuentionum acumine, neque iocorum ſalibus deſtitueretur, tamen, neſcio quo fato, exacta eſt nec ſtetit. Quare miror, quid in mentem venerit Aeliano, et a quo acceperit, quum narrat Ariſtophanem cum plauſu fuiſſe a populo exceptum, et iuſſos iudices, victorem eum renunciare. At contra legimus in veterum Critico-

n) Contraximus eam disputationem, Kuſteri et Harl. editionibus quoque praemiſſam, omiſſis verbis poetae et Schol. quae integra laudantur.

rum Didaſcaliis. Anonymus in deſcriptione Olympiadum, loco laudato: Κρατῖνος νικᾷ Πυτίνῃ· Ἀμειψίας δὲ τὸ δρᾶμα Κόννον διδάσκει. Victus eſt ſcilicet Ariſtophanes in commiſſione huius fabulae a Cratino et Amipſia. Qua re commotus vix ſibi temperauit, quin populo conuitium faceret, iterata anno ſequenti editione huius dramatis *o)*, ideo inſcripti:

ΝΕΦΕΛΑΙ ΔΕΥΤΕΡΑΙ.

quae eadem paene eſt fabula cum priore: pauca quippe ſunt immutata, quaedam expuncta; alia vix interpolata, idque vel in ſerie et ordine vel in perſonis. Acta eſt igitur haec fabula anno 2. Olymp. 89., archonte Aminia. Anonymus in deſcriptione Olympp. ad h. a.: Αἱ δευτέραι Νεφέλαι Ἀριστοφάνους ἐδιδάχθησαν, idque rurſum Liberalibus, ſi quid iudico. Nam quando Vespas docuit, nondum τὰς δευτέρας Νεφέλας ediderat Ariſtophanes, quia dramate *Vespis* conqueritur tantum de infelici commiſſione fabulae anno praeterito, quo τὰς πρώτας Νεφέλας docuerat, V. 1037. ſſ. vbi Schol. Πέρυσι γὰρ τὰς Νεφέλας ἐδίδαξεν κ. τ. λ. Docuit igitur Ariſtophanes τὰς δευτέρας Νεφέλας poſt editionem Vesparum. Docuit autem Vespas anno hoc ſecundo octogeſimae nonae Olympiadis, Aminia archonte, Liberalibus Lenaeis. Quare ſi hoc eodem anno τὰς δευτέρας Νεφέλας edidit, vt certum eſt edidiſſe, omnino eas Liberalibus κατ' ἄστυ edidit. Nam non eſt, quod aliquis ſuſpicetur, Ariſtophanem docuiſſe iſtud drama Antheſteriis, quae τὰ κατ' ἄστυ praecedunt: nondum enim erat inſtitutum, vt Antheſteria Dionyſia celebrarentur agone Comicorum. Inſtitutum id demum anno 3. Olymp. 93. praetore Athenis Callia, qui in praetura excepit Antigenem, vt conſtat ex Ariſtotelis Didaſcaliis et a nobis alibi dicetur. Quamquam paulo poſt mutauit hic mos, neque amplius datae ſunt comoediae Antheſteriis Liberalibus, Cineſia Ariſtophanis aequali auctore: donec tandem obſoletum hunc morem Rhetor Lycurgus renouauit. Sed ad rem. Drama iſtud igitur recentatum a ſe, τῶν δευτέρων Νεφελῶν nomine docuit Ariſtophanes hoc anno 2. Olymp. 89., archonte Aminia, Dionyſiis, verum non meliore ſucceſſu, quam ante illud τῶν πρώτων. Exactum enim quoque eſt, vnde animum omnino abiecit hanc fabulam rurſum limandi et recentandi, vt de nouo in ſcenam produceret. Veteres Critici in Didaſcaliis poſtquam obſeruarunt Ariſtophanem victum fuiſſe in commiſſione τῶν πρώτων Νεφελῶν, addunt: Διόπερ Ἀριστοφάνης ἀποῤῥιφεὶς παραλόγως — τὰ μὲν γὰρ περιῄρηται — μετεσχημάτισται. Putem in hunc cenſum venire, quae leguntur etiamnum hodie ἐν Νεφέλαις, quae ſuperſunt, de Aminia. Nam obliquo tectoque nomine ridet archontem illius anni, qui Aminias vocabatur, quo praeturam gerente, poſteriores docuit Nebulas. Quum enim lege eſſet vetitum, ſummum magiſtratum ὀνομαστὶ in comoedia traducere, mutauit literulam Ariſtophanes, vt poſſet impune τωθάζειν. v. Schol. ad v. 32. Hinc liquet, tum nomen huius praetoris apud Diod. Sic., Anonymum in Deſcript. Olympp. ad h. a., alios, vitioſe ſcribi Ἀμυνίας, quum verum ſit Ἀμινίας, tum etiam haec eſſe e poſterioribus Ne-

---

o) Hanc tamen non in ſcenam eſſe datam, antea demonſtratum eſt.

bulis, vt et illa verba, quae cum Strepſiade commutat Amynias daniſta.

Nam quod exſtat hodie *Nebularum* drama, nobis videtur eſſe ex vtrisque Nebulis, prioribus et poſterioribus, conflatum atque vel hinc colligi poteſt, quod in poſterioribus Nebulis immutata ſit chori parabaſis, vt docent veteres magiſtri ad hoc drama. Atque haec eſt, quae hodie legitur, diuina certe; cuius initium: ὦ θεώμενοι (518. ſqq.). Nam niſi ad ſecundam *Nebularum* editionem haec referri non poſſunt: Πρώτους ἤλπιν' — ἐπραγματευόμην. Conqueritur namque de infauſta priorum Nebularum commiſſione, in qua victus eſt a Cratino et Amipſia, et iniuſta iudicum ſententia. Itaque Scholia notant ad haec verba: ὑπ' ἀνδρῶν φορτικῶν· τῶν κριτῶν. κ. τ. λ. Et id verſus eiusdem Parabaſeos (543.) oſtendit: οὐδ' εἰςῆξε δᾷδας κ. τ. λ. Haec de ſe dicit poëta, qui extrema fabula in priori commiſſione docuerat, (quod et hodie legitur) Socratis aedes incendi, eo fruſtra eiulante. Scholia: τὰς δὲ δᾷδας κ. τ. λ. Luculentus eſt locus et inſignis, ſed quem deformat poſtremis verbis negatiua particula οὐ. Refcribo: ἐν δὲ ταῖς πρώταις Νεφέλαις τοῦτο ἐοὺ [pro vulg. οὐ] πεποίηκεν. Idque ſatis oſtendunt Scholiaſtae praecedentia verba: et obſeruare nos iubent vett. Critici in Didaſcaliis mutatum et recentatum fuiſſe a Comico ἐν ταῖς δευτέραις Νεφέλαις, quod ἐν ταῖς πρώταις legebatur. Quaedam etiam eſſe videntur a tertiis curis, vbi ſcilicet meminit fabulae illius Eupolidis, cui titulus Μαρικᾶς. Nam docuit Eupolis Maricam biennio poſt priores Nebulas, ſcilicet poſt mortem Cleonis, hoc eſt, anno 3. Olymp. LXXXIX., archonte Alcaeo. Ideo notant Critici ad Nebulas: Δῆλον οὖν ὅτι κατὰ πολλοὺς τοὺς χρόνους διεσκεύασε τὸ δρᾶμα. Eratoſthenis verba ſunt e Libro περὶ ἀρχαίας κωμῳδίας, vt puto: Καλλίμαχον ἐγκαλεῖν ταῖς διδασκαλίαις, ὅτι Φέρευσιν ὕστερον τρίτῳ ἔτει τῶν Νεφελῶν τὸν Μαρικᾶν, σαφῶς ἐνταῦθα εἰρημένου, ὅτι πρότερον καθεῖται. λανθάνει δὲ αὐτόν, inquit Eratoſthenes, ὅτι ἐν μὲν ταῖς διδαχθείσαις οὕτω τοιοῦτον εἴρηκεν· ἐν δὲ ταῖς ὕστερον διασκευασθείσαις εἰ λέγεται, εὐλόγως ἄτοπον. αἱ Διδασκαλίαι δὲ δῆλον, ὅτι τὰς διδαχθείσας φέρουσι. E quibus verbis colligimus varie interpolatum fuiſſe, variisque temporibus, a poëta hoc drama Νεφέλας. Nam primo illud docuit, archonte Iſarcho: recentatum anno ſequenti, Aminia Athenis praetore, actum eſt et commiſſum titulo τῶν δευτέρων Νεφελῶν. Demum poſtquam docuiſſet Eupolis Maricam, Alcaeo archonte, tertium correxit tantum, ſcripſitque, non autem produxit in ſcenam. Itaque mirum non eſt, ſi in didaſcaliis locum non habuit haec fabula tertium correcta; eam quippe poëta non habuit. Atque in hac tertium interpolata meminit Maricae, quam fabulam edidit Eupolis paulo poſt mortem Cleonis: καὶ γὰρ Εὔπολις μετὰ θάνατον Κλέωνος τὸν Μαρικᾶν ἐποίησεν. Atqui Alcaeo Athenis archonte, vt teſtantur hiſtorici, ſupremum in Thracia Cleo diem obiit. Addo, videri et quartum correctam fuiſſe hanc fabulam poſt nauale illud praelium, quo Athenienſes anno tertio Olymp. 93., Callia archonte, Lacedaemonios ad Arginuſas vicerunt, ſi ſtandum eſt interpretationi vett. Grammaticorum ad hos e Nubb. verſus (6. f.): Ἀπέλαυε δῆτ' etc. Φασὶν ὡς Ἀθηναῖοι — ἐνίκησαν. Sed vix iſta nobis perſuadent Magiſtri. Ratio autem, cur haec dicantur a Comico, non tantum eſt, ne ad hoſtes tranſfugerent, quod adnotauit interpres,

ſed etiam, ne poſſent aduerſus dominos πρᾶξιν αἰτεῖν, et illos actione ἀποστασίου conuenire: id enim iuris erat ſeruorum, ſi dura et iniqua foret ſeruitus. Quum autem vndique premerentur Athenienſes bello Peloponneſiaco, certiſſimus maximusque prouentus erat e ſeruorum artificio. Legibus namque ſeruos ἀργοὺς non licebat alere. Quare metuunt domini, ne, ſi male aut duriter habeant, ſerui iis ipſis inuitis libertatem conſequantur.

Ex *Hermanni* praefat. p. XIX — XXIX. de eadem re.

Docuiſſe Nubes Ariſtophanem Olymp. LXXXIX, 1. archonte Iſarcho, Dionyſiis, certa auctoritate conſtat. Conſentiunt enim hac in re vetus ſcriptor in enumeratione Olympiadum, argumentum fabulae VI., ſcholia ad 515. idemque in didaſcaliis conſignatum fuiſſe e ſchol. ad 549. colligitur. Displicuit fabula, et iudicum ſententiis poſthabita eſt Pytinae Cratini et Conno Amipſiae, quae ſimul in certamen commiſſae fabulae erant. — Parabaſis quum Ariſtophanem poſtea in emendandis expoliendisque Nubibus elaboraſſe demonſtret, de eo dubitatur, iterumne docuerit Nubes, eaque, quam nos habemus, ſecunda ſit editio, an neque in ſcenam iterum productae ſint, et, quae ad nos peruenit recenſio, inchoata tantum fuerit non abſoluta. Ac ſcholiaſtes quidem is, qui ſextum argumentum ſcripſit, ſcriptorque incertus in enumeratione Olympp. iterum actas tradunt Nubes anno ſequente, quo archon erat Aminias, ſucceſſu etiam peiore. In eademque opinione eſt Schol. ad v. 31. et 542., et, vt videtur etiam ad Vesp. 1039. quandoquidem ibi ſuperiore anno primas Nubes actas fuiſſe ſcribit. Sed hos iam Palmerius idoneis argumentis refutauit. Primum enim didaſcaliae ſemel tantum actas Nubes commemorabant, auctore Schol. ad 549.; deinde iſto anno, quo Aminias archon erat, Vespas docuit Ariſtophanes, in quibus v. 1037. ſſ. conqueritur, quod ſuperiore anno Nubes aduerſo euentu docuerit. Atqui non ſolebant comici poetae duas fabulas ſimul docere. Quin Scholiaſtes is, a quo altera pars VI. argumenti profecta eſt (τοῦτο δὲ ταυτό ἐστι κ. τ. λ.) quae merito debebat a ſuperioribus ſeparari, diſerte narrat, fabulam non eſſe iterum actam, ſed hic illic a poeta correctam. Iterum tamen docere Nubes voluiſſe Ariſtophanem, e parabaſi, quam poſtea addidit, perſpicitur. In qua quum fabulam recognitam eſſe atque emendatam profiteatur, dubium eſt, idne fecerit an facere tantum voluerit. In poſteriore parte VI. argumenti alia penitus mutata dicuntur, alia multa ſiue delendo ſiue mutando correcta; eademque ferme cognoſcuntur e Schol ad 514. 537. 539. 545. 549. 576. 587. Ac primum parabaſis illa, quae metro Eupolideo ſcripta eſt (514 — 553.) certe non prius facta eſt, quam tertio anno poſt Nubes editas, i. e. Olymp. LXXXIX. a. 4. Huic enim anno didaſcaliae adſcribunt Eupolidis Maricam, cuius in illa parabaſi mentionem facit Ariſtophanes. Nec ſane prius ſcribi docerique potuit Maricas, quippe in quo Eupolis de Cleone, vt de mortuo, loquatur, teſte Schol. ad 515.

Cleon mortuus eſt Alcaeo archonte, Ol. LXXXIX, 3. qui ſecundus annus eſt poſt actas Nubes; v. Schol. ad 545. tum etiam Athen. p. 218. ibique Caſaub. Deinde ex v. 554. intelligitur, hanc parabaſin viuo adhuc Hyperbolo ſcriptam eſſe. Is enim quum in exilium miſſus eſſet, mox in Samo inſula periit: v. Thuc. VIII, 73. Schol. ad Ran. 577. ad Vesp. 1001. ad Pac. 680. Schol. Lucian. T. I. p. 142. Periz. ad Ael. V. H. XII, 43. Id autem contigit Ol. XCII. cuius anno primo viui adhuc Hyperboli mentionem fecit Ariſt. Thesm. 840. ff. mox autem Ol. XCIII, 1. in Ranis 570. (578. ed. Kuſt.) mortuum tetigit, vbi v. Schol.

Quod deinde ſequitur ἐπίῤῥημα (571 — 590.), e prima editione Nubb. haud dubie manſit, vt recte oſtendit Schol. ad 545. 576. et 587. De Cleone enim ibi loquitur, vt de homine viuente. Nam quod alius Schol. ad 587. dicit, quae ibi de Cleone legantur, paullo poſt primas Nubes acceſſiſſe, ſed diu ante ea, quae in ſuperiore parabaſi de comoediis in Hyperbolum ſcriptis referantur, id quidem non poterit idoneis rationibus confirmari. Tamen ſi forte ſcholiaſtes auctoritatem ſequutus eſt antiquioris ſcriptoris, qui iſtum locum in priori editione abfuiſſe teſtatus erat, aut hic tantum locus, aut totum ἐπίῤῥημα ante Ol. LXXXIX, 3. ſcriptum ſit neceſſe eſt, quo anno obiit Cleon. Ἀντεπίῤῥημα (603 — 622.) nihil habet, vnde colligere, quando ſcriptum ſit, liceat, niſi forte v. 619. Scholiaſtes enim ad eum locum: οὐδεὶς δ' ἱστόρησε κατ' ἐκεῖνον τὸν ἐνιαυτὸν ἱερομνήμονα εἶναι τὸν Ὑπέρβολον — annum intelligit illum, quo actae ſunt Nubes, vt probabile ſit, iſtum certe locum de Hyperbolo ſerius additum eſſe. In reliquis fabulae partibus quid mutauerit Ariſtophanes, vix poterit erui, niſi vbi aliorum ſcriptorum teſtimonia accedunt. Vtraque enim Nubium editio diu adhuc poſt Ariſt. tempora exſtitit. E priore duo etiamnum exſtant fragmenta, vnum ap. Diog. Laert. II, 18. alterum ap. Suid. in Πήνιον. Quamquam enim et Diogenes et Suidas haec ſimpliciter tantum e Nubibus aſſerunt, tamen e prioribus petita eſſe eo cognoſcitur, quod non leguntur in iis Nubb., quae hodie exſtant quasque ſecundas eſſe Athenaei auctoritate conſtat. Nam quae ille p. 299. et 345. e ſecundis Nubb. affert, in noſtris leguntur v. 555. et 981. Quare quum idem Athen. p. 171. e prioribus Nubb. quinque verſus commemoret, qui in noſtris reperiuntur 1197 — 1201., recte iudicauit Brunckius, librarios in tituli ſcriptura erraſſe. Illis vero temporibus, quibus ſcholiaſtae vixerunt, priores Nubes iam perditas fuiſſe crediderim. Quod ſi quis eas adhuc exſtitiſſe putet, propterea, quod Suidas, qui pleraque e Scholl. hauſit, verſum inde ſeruauerit, certe fatendum eſt, non cognitas fuiſſe iis, quorum nunc ſcholia exſtant. Hi enim ſi quid e priore edit. manſiſſe indicant, non teſtimonio ſed coniectura vtuntur, vt ad 545. 576. 587. Quin vnus eorum clare oſtendit (ad 542.), ſe numquam vidiſſe priores Nubes. Tres tantum loci in Scholl. occurrunt, qui magnam huic rei addunt obſcuritatem. Primum enim is, qui poſteriorem partem ſexti argumenti ſcripſit, velut oculatus teſtis loquitur: διεσκεύασται δὲ ἐπὶ μέρους κ. τ. λ. Haec confirmat Schol. ad 537. τὰς δὲ δᾷδας καὶ τὸ ἰοὺ ἰοὺ ἐν Νεφέλαις τὸ πρῶτον. In tertio autem loco (ad 539.) haec traduntur: ἐν δὲ ταῖς πρώταις Νεφέλαις τοῦτο οὐ πεποίηκε. ποιήσει δὲ αὐτὸ μετὰ λόγου κ. τ. λ. Verba (ad 537.) ἐν

Νεφ. τὰ πρῶτον ſic intellexerunt interpretes: *in primis Nubibus.* Quare quum contraria dicat Schol. ad 539., Petitus in eo ſcribendum putat: — τοῦτο ἰοὺ ἰοὺ πεποίηκε, quod certe τοῦτο τὰ ἰοὺ eſſe debebat. Verum ſi ſic ſcripſiſſet Schol., quomodo tandem addere potuiſſet: ποιήσει δὲ αὐτὸ μετὰ λόγου? quo illud ἰοὺ, ἰοὺ non in primis ſed in ſecundis Nubb. adhibitum arguit. Deinde autem longe maiorem difficultatem obiicerent ea, quae in VI. argumento dicit Schol. Nam ſi, quod hic narrat, extrema fabulae ſcena tota in ſecundis Nubb. mutata fuit, faces autem et ἰοὺ ἰοὺ ad primam editionem pertinuere, qui factum eſt, vt in hodiernis Nubb. et ἰοὺ ἰοὺ et faces ſeruarentur? Ex quo conſequeretur noſtras Nubes, quas ſecundas eſſe e Diog. L., Suida et Athenaeo demonſtrauimus, coniunctas eſſe miſereque concinnatas ex vtraque editione: id quod minime credibile eſt. Quin ipſa verba eius, qui de hac re in ſexto argum. ſcribit, ſatis clare produnt, faces non eſſe primarum, ſed ſecundarum Nubium. Quae quum ita ſint, equidem nihil mutandum cenſeo in Scholl. ad 539. Nam ſi modo illa ad v. 537. ἐν Νεφ. τὰ πρῶτον ita intelliguntur, vt faces primum in Nubibus, ſecundis nimirum, adhibitae dicantur, facile ſcholia iſta omnia conſentient in eo, quod vltima ſcena ſic, vt nunc legitur, ſecundarum fit, non primarum Nubium. Verum ex hac interpretatione alia videbitur exſiſtere dubitatio, quae ad verba poëtae (539. οὐδ' εἰςῆξε δᾷδας —) pertinet, quibus indicare videtur, in ſecunda editione Nubium et ἰοὺ ἰοὺ et faces omiſſas eſſe. Equidem ſcholiaſtas verbo πρῶτα adductos totum hunc locum Ariſt. non de ſecundis ſed de primis Nubibus intellexiſſe arbitror. Voluiſſe enim eum primas Nubes excuſare, idque facete ſic inſtituiſſe, vt abſuiſſe ab iis diceret ea, quae ipſe quum alias tum in ſecunda editione inepta adhibuiſſet, phallos, caluos, cordacem, ſenem ruſticis iocis ludentem, faces denique et eiulatum. Nimirum iſta recte poterat ſimul reprehendere, ſimul in ſcenam producere. Ac ſane non vulgaris quidam lepor ineſt et vrbanitas in hoc genere reprehenſionis, quum vitia etiam illa, quae ſolent in virtutibus numerari, a fabula ſua abfuiſſe dicit. At vero ſi ſic laudare vellet priores Nubes, tantum abeſt vt in poſterioribus quidquam addere iſtarum rerum debuerit, vt potius, ſi quid huiusmodi in ſuperioribus admiſſum eſſet, id in his tollendum fuerit penitusque amouendum. Verſus illi minime ſunt de priore, ſed de poſteriore editione intelligendi: a qua, quaecumque vitia vel in aliis comoediis vel in ſuperioribus Nubibus commiſerit, omnia abeſſe contendit. In qua re ſi non fallimur, rurſus alia obiicitur difficultas. Nam ſi a ſecundis Nubibus eiulatus philoſophorum et faces abſunt, qui tandem, quae hodie exſtant Nubes, poterunt ſecundae eſſe, quum in iis haec ipſa reperiantur? quod eo magis mirandum videtur, quod ſcholiaſtae iſta negant in priore editione exſtitiſſe. At nimirum hac re confirmatur, ſcholiaſtis primam Nubium editionem non fuiſſe cognitam. Etenim difficultates ſimul omnes euaneſcunt, ſi ſecundam Nubium recenſionem ab Ariſt. tantummodo inchoatam, non perfectam eſſe ſtatuimus; idque eo maxime fit probabile, quod ſecundae Nubes non ſunt in ſcenam productae, quas ſi abſoluiſſet, populo exhibiturum fuiſſe credibile eſt. Itaque alia deinceps correxiſſe putabimus Ariſtophanem, alia voluiſſe tantum corrigere. Inde factum eſt, vt de altera Nubium recenſione dice-

ret: οὐδ' εἰςᾷξε ᾠδάς — βοᾷ, quippe qui ista tollere cogitaret, quod deinde intermissum est. Scholiastae autem Nubes penitus refictas rati, ne extrema fabulae scena cum parabasi pugnaret, locum istum de priori editione intelligendum putarunt. Quo factum est, vt in prioribus Nubb., quas ipsi numquam vidissent, ipsius Arist. testimonio longe aliam huius scenae formam fuisse existimarent.

Ex *Wilandii* animaduerss. (T. II. Att. Mus. Part. III. p. 67 — 76.)

Sperauerat Aristophanes se facile Cratinum, 97. annos natum, et Amipsiam, frigidum poetam, Ol. LXXXIX, 1. Nubibus suis superaturum esse, sed spes ea vana fuit. Scilicet videtur populus Athenienſis Cratinum, qui olim ipsi valde placuerat, voluisse aetate prouectum et ab Aristophane contemtum ornare, Amipsias autem Alcibiadis ope (auctore vetere quodam Grammatico) victoriam reportasse. Aristophanem autem magnam sibi iniuriam factam esse putasse, parabasis docet. Dacieriam errasse, quum putet, nos secundam Nubium recensionem legere, Wilandus ex ipsa parabasi intelligi posse contendit; ex ea enim patere: 1. in secunda editione nec faces domui admotas nec ἰοὺ ἰού clamatum, nec phallum exhibitum, nec Cleonem conculcatum esse; his autem contraria in nostris Nubibus deprehendi, Strepsiadem cum phallo (732.), Cleonem contumelioſissime tractatum, faces et ἰού; ergo primam hanc esse editionem. 2. δευτέρας Νεφέλας non potuisse Ol. LXXXIX, 2. archonte Aminia in scenam produci, quidquid etiam in didascaliis dicatur, quibus nimiam auctoritatem multi tribuant. Eupolis enim Μαρικᾶν, quae fabula in parabasi laudatur, mortuo Cleone, et probabiliter Ol. LXXXIX, 4. demum edidit. 3. parabasin quidem scriptam esse a poëta, vt nouae editioni inseruiret, et nonnulla etiam alia mutata subinde esse, sed quamquam poeta per aliquot annos constituerit, fabulam iterum edere, tamen fortasſis amicorum Socratis metu prohibitum non edidisse aut denuo integram fabulam recensuisse.

1. Diei tempus, quo fabula inchoatur, eſt noctis pars inter gallicinium et primum diluculum, ὄρθρου βαθύ. Scena repraeſentabat cubiculum Strepſiadis, hominis ruſtici; ipſum in grabato cubantem; ſeruulos complures haud procul ab eo iacentes ſtertentesque; cernebatur etiam Phidippidis filii lectus. Strepſiades in ſomnis ſecum ipſe loquitur, conquerens, vt ſolent, qui curis praeſertim diſtricti peruigilant, immanem noctis longitudinem. *Schütz.* Poſt leniter excitat filium, rogat eum, vt mores mutet, e feneſtra oſtendit ei ſcholam Socratis, a quo diſcat artem eludendorum debitorum. Filius calumniatur Socratem, ſpernit patris monita, et ſcena abit (78 — 125.). *Harl.* Priora verba Streps. ſe extendens in lecto et hians dicere videtur. *Wil.* In codice quinto Brunck. deeſt initium fabulae vsque ad v. 251., qui primus ibi comparet.

ἰοὺ ἰού. Ita et in Pac. 1192. ἰοὺ ἰού· ὅσον τὸ χρῆμ' ἐπὶ δεῖπνον ἦλθεν. *Bergl.*

2. ὦ Ζεῦ βασιλεῦ *a)*. Hippocrates epiſt. 12. ὦ Ζεῦ βασιλεῦ, λέγοντες, βοήθει, θεράπευσον. In eadem epiſt. iterum. Vt autem h. l. ὦ Ζ. β. τὸ χρ. τ. ν. ὅσ., ita in Ran. 1305.: ὦ Ζεῦ βασιλεῦ τὸ χρῆμα τῶν κόπων ὅσον. *Bergl.*

Χρῆμα τῶν νυκτῶν. Solitus Atticis ſcriptoribus et huic Comico inter alios pleonasmus *b)*. Sic Ran. 312. χρῆμα τῶν κόπων, Eqq. 1206. χρῆμα τοῦ πλακοῦντος, Ach. 150. χρῆμα παρόπων, Conc. 394. χρῆμα ὄχλου, Lys. 83. χρῆμα τιτθίων, 1032. χρῆμα τῆς ἐμπίδος, pro, νύκτες etc. Sic Athen. XV. p. 677. de ingenti leone in Africa ab Hadriano Imp. proſtrato μέγα χρῆμα ὄντα, pro μέγαν ὄντα·

a) Vide quae de Ioue eo nomine Athenis culto diximus ad Plut. 1072. *Spanh.*

b) Sunt tamen qui non omnino pleonaſtice, ſed tum poni putent, quum rei inuſitata vel magnitudo vel multitudo indicatur. v. Sturz. Lex. Xenoph. IV. p. 555.

nisi quod illa vox χρῆμα aliquid maius subinde aut praestantius intendere videatur. Ita quoque Ael. V. H. IV, 13. πάμπολυ χρῆμα τῶν Ἑλλήνων *magna multitudo Graecorum.* Add. infra 814. τί χρῆμα πάσχεις; *Spanh.* Cum voc. χρῆμα modo pluralis Genitiuus in hac formula iungitur, vt h. l. et Ach. 150. modo singularis, vt Lys. 1032. Aliquando vox χρῆμα iungitur cum alio substantiuo in eodem casu, vt Alciphr. II. ep. vlt. τῆς Αἰγύπτου χρήματος μεγάλου. ad quem locum vid. quae notaui. *Bergl.*

3. ἀπέραντον [vt olim editum fuit] legit non solum vetus Schol. sed etiam Suidas V. Ἀπέρατον. At Mss. Vat. V. et Arund. habent ἀπέραντον: quarum lectionum vtraque ferri potest. Nam non solum ἀπέρατον ap. Gr. dicitur, sed etiam ἀπέραντον, quamuis posterius damnare videatur Schol. ad h. l. *Kust.* Infra 392. legitur ἀπέραντον, cum ν. Sic Eurip. Hipp. 881. est δυσεκπέρατον, v. autem 677. δυσεκπέραντον. *Bergl.* ἀπέραντον quatuor codd. c). Sic v. 393. codd. cum impressis eamdem formam exhibent. Quod ad h. l. legitur in Scholiis οἱ δὲ ἀπέραντον μετὰ τοῦ ν γράφοντες, ἁμαρτάνουσι, imperiti Graeculi est. In Aesch. Prom. 1086. εἰς ἀπέραντον δίκτυον ἄτης Gl. οὗ τέλος οὐχ εὑρίσκεται. Vtraque forma perinde bona est. Nec eam differentiam agnoscunt boni scriptores, quam ille statuit in integra nota, quam e cod. C. describo: ἀπέρατον, τὸ μὴ ἔχον πέρας· ἀπέραντον δέ, τὸ μὴ περαινόμενον, καὶ τὸ ὅπερ μὴ δύναιτ' ἄν τις ἐξελθεῖν. *Brunck.* Mss. R. L. ἀπέραντον quod etiam bene de tempore dicitur. v. L. Bos. Obs. p. 61. et Wetst. ad 1 Tim. 1, 4. Dixit et Porphyr. de abst. anim. 1, 54. Immo magis Atticum est. v. Valk. ad Eur. Hipp. p. 238. b. Ceteram ὅσον ἀπερ. pro ὡς ἀπ. in interrogatione d) durum videtur, nec mihi vspiam occurrit. An sic interpungendum: τὸ χρῆμα τῶν νυκτῶν ὅσον; vt quasi cum indignatione subiiciatur: ἀπερ. *proh quam longae sunt noctes? plane infinitae. Ern.* Neque ὅσον pro ὡς scripsit, quod interdum Graeci faciunt, vt Xenophon in Anab. IV, 5, 18. et Appian. de b. ciu. III, 23. neque omnino in his

---

c) Accedit cod. Elb. et ἐπέραντον multo frequentius legitur apud Atticos scriptt. quam ἀπέρατον. v. Valk. ad Eur. Hipp. 678. et 883. *Harl.* Add. Bos Obss. Crit. p. 61.

d) Nimirum olim post ἀπ. interrogationis nota erat posita.

verbis interrogatio ineſt, ſed vſitatiſſima ratione hoc dicit: τὸ χρῆμα τ. ν. τόσον ἐστίν, ὅσον ἀπέραντον. Mirabundus, neſcio hercle, inquit, qui fiat, vt noctes plane ſint immenſae *e)*. Signum interrogationis etiam Brunckius omiſit. *Herm.* Quemadmodum hic de longa nocte queritur Strepſiades, ita Soſia ap. Plaut. Amphitr. I, 1.

Neque ego hac nocte longiorem me vidiſſe cenſeo:
niſi item vnam, verberatus quam pependi perpetem.

Nec mirum Strepſiadem hunc noctes inſomnes ducere: hoc enim euenire ſolet iis, qui in magno aere alieno ſunt. Ap. Plaut. Men. V, 5. rogat medicus Menaechmum:

Perdormiſcin' vsque ad lucem? facilen' tu dormis cubans?

Cui ille reſpondet:

Perdormiſco, ſi reſolui argentum, quoi debeo.

Ex *Lamb. Bos.* Obſſ. crit. p. 61. *Brunck.*

οὐδέποθ' ἡμέρα γ. Citatur hic locus, ſed indicto auctore, a Simplicio ad IV. Phys. p. 167. λέγει οὖν τις ἐν κωμῳδίᾳ· οὐδέπ. ἡμ. etc. vbi pro ἀλεκτρυόνος in ſequ. verſu ἀλεκτρυόνων legitur, verum nihil mutandum. *Spanh.*

5. Locum hunc citat Thomas Mag. V. Ῥέγκω [p. 779. f. ed. Bern.], vbi ſimul monet, Atticos non dicere ῥέγχειν, ſed ῥέγκειν per κ, quod etiam Schol. Comici noſtri hic monet. *Kuſt.* Docet hoc etiam Eumoeris Mſ. [Moeris Attic. p. 338. ed. Piers.] Ῥέγκει ἐπὶ τῶν κοιμωμένων, Ἀττικῶς· ῥέγχει, Ἑλληνικῶς. *Spanh.* οἰκέται int. *ſeruuli*, immo omnes domeſtici. v. Schol. Suid. Thom. Mag. ῥέγκω, non ῥέγχω, dicendum notat etiam Thomas, quod et Kuſt. probat ad Suid. V. οἰκέται, etſi in Mſſ. ῥέγχουσιν legi teſtatur. Locus Suidae in ῥέγχουσι non ſatis planus videtur: ῥέγχουσι· τοῦτο ποιοῦσιν οἱ βαθέως καθεύδοντες, οἱ δὲ μὴ φροντίζοντες, κοιμῶνται. Opponere videtur τοὺς ῥέγχοντας τοῖς μὴ φροντίζουσι, ac ſi hi diuerſi eſſent, quod ineptum eſt; ſunt enim iidem; nam quod ſtertunt, ex eo fit, quod curarum expertes ſunt. Puto delendum δέ: *hoc faciunt, qui altius ſomno ſopiti ſunt, qui curarum expertes dormiunt*, vel καὶ οἱ μή, vel οἱ καὶ μὴ — *Duck.*

---

e) Atqui Dionyſiorum ad vrbem tempore agitur fabula, circa aequinoctium vernum, vbi contractiores iam noctes erant. *Schütz.*

πρὸ τοῦ diuiſim Brunck. [et qui eum ſequuntur, olim προτοῦ]. Ante tempus hoc, quo bellum Peloponneſiacum, quod hic notatur, non erat. *Harl.* Integra oratio foret talis: ἀλλ' οὐκ ἂν ἔφευγον πρότερον *non fugerunt ſine:* ἀλλ' οὐκ ἂν ἐποίουν τοῦτο πρότερον. Sic Pac. 908. ὁ πρύτανις παρεδίδατο· ἀλλ' οὐκ ἄν, εἴτι προῖκα προσαγαγεῖν σ' ἔδει. *Bergl.*

7. ὅτι οὐδὲ κολάσαι ἔξεστι. Vide not. ad Lys. 611. et Thesm. 217. Perperam in impreſſis ὅτ' οὐδὲ κολάσ' ἔξεστι *f*). In plerisque codd. *g*) ſcriptum eſt plene κολάσαι ἔξεστι. Mallem vero ὅτι τ' οὐδέ, vel ὅτι δ' οὐδέ. Copula enim deſideratur: ἀπόλοιο πολλῶν οὕνεκα, καὶ ὅτι vel ὅτι δὲ — Sic extrema in fabula: παῖε, πολλῶν οὕνεκα, μάλιστα δ' εἰδὼς — In bellum *h*) imprecatur, quod non ſinat ſeruos caſtigare, qui, quum prope hoſtes [Lacedaemonii] eſſent, ab heris male habiti facile transfugiebant *i*). Idcirco inter eos, quibus bellum commodum eſt, ſeruos recenſet, Pac. 451. Male haec vnus e Scholl. refert ad libertatis promiſſionem factam ſeruis ante pugnam ad Arginuſas, quae contigit a. 3. Ol. XCIII. diu poſt editam hanc fabulam. *Brunck.* ὅτι οὐδὲ eſt in codd. ὅτι δ' οὐδὲ cum Schütz. recepit Herm. ſed idem nunc neceſſario legendum putat: ὅτι τ' οὐδὲ —

8. Haec dicit reſpiciens ad lectum, in quo filius, quem ironice χρηστὸν appellat, iacebat.

10. Pollux L. VII. ſect. 70. Schol. Theocr. ad Id. V, 15. Etym. M. V. Ἐγκεκορδυλημένος et V. Σισύρα, etiam Suid. V. Ἐγκεκορδ. hunc locum laudant *k*). *Kuſt.* Gloſſae:

---

f) In ὅτι ap. Ariſt. iota non abiicitur. Diphthongus elidenda non eſt, ſed ε ſequentis vocabuli. *Sch.* κολασεξεσι aut κολάσαι ἔξεστι ſcribi voluit Dawes. M. Cr. p. 266. De diphthongis nuspiam elidendis aliter ſenſiſſe Tyrwhitt. et Burgess. ad Daw. p. 471. et Koen. ad Greg. Cor. notat *Harl.*

g) Etiam R. ap. Ern., et Borg.

h) Peloponneſiacum ſcilicet.

i) Vt Lacedaemoniorum Hilotae, qui aliquando cateruatim transfugiebant ad Athenn., quia nimis duriter tractabantur. *Bergl.*

k) Add. Zonaras V. Ἐγκεκορδ. p. 607. T. I.

σισύρα, *Lodex.* v. Au. 121. Eccles. 838. *Bergl.* Hunc Comici locum adducit quoque, vt paſſim alii vett. Grammatici, Eumoeris Ms. [Moeris Att. p. 346. Piers.] Σισύρα *l)*, αἴγειον τέγαστρον τετριχωμένον. ἔστι δ' ὅτε καὶ τὸ τραχὺ καὶ ἄγναπτον ἱμάτιον, ὡς καὶ Ἀριστοφάνης· Ἐν πέντε σισύραις ἐγκεκορδυλημένος. Idem vero de hac voce, quod dicatur *integumentum e pelle caprina pilis adhuc obſitum*, monent Scholia ad Ran. 1508. et ad Au. 122. in quibus locis fit σισύρας itidem mentio. Alibi vero, vt ad Vesp. 733. χλαῖναν μαλακήν, σισύραν, notant Scholia, σισύραν dici ab aliis βαίτην, quod fit quoque ab Heſych. et Schol. Theocr. III, 25. additque non e *pelle caprina*, vt vulgo veteres Grammatici, ſed e *lana ouium* conſtare hoc amiculum dicique σισύραν et σισύρναν. Pro *ſtragulo* vero, vt h. l., quo quis in lecto inuoluitur, adhibet alibi hoc voc., iuxta alterum δαπίδων, Ariſtophanes Conc. 835. κλίναι τε σισυρῶν etc. *lectique ſtragulis pellitis et tapetibus adgeſti m). Spanh.*

ἐγκεκορδυλημένος. Gloſſae: κορδύλη, *tuber.* Suid. et Etym. οἴδημα κεφαλῆς, quod idem eſt. Si autem in genere pro quouis tumore et eminentia ſumamus, poterit ἐγκεκορδυλ. dici, *qui quaſi in aceruo quodam abſconditus eſt*, vt iſte in quinque lodicibus. Eſt etiam κορδύλη *inuolucrum capitis*, vt aiunt Grammatici. *Bergl.*

11. Haec ad ſe dicit Strepſiades, recumbit, ſeque ſtragulo inuoluit, ſed, quum non poſſit ſtatim obdormiſcere, tempore aliquo interiecto, pergit 12. ἀλλ' οὐ δύν. etc.

12. δάκνειν (vt mox v. 37.) ap. poëtas Atticos paſſim pro *laedere*, *moleſtia adficere*, legitur; vnde coniunguntur Eqq. 494. δάκνειν, διαβάλλειν, *damnum inferre*, *calumniari*, et Au. 1348. ἄγχειν καὶ δάκνειν. Sic Aeſch. S. C. Th. 405. λόφοι δὲ κώδων τ' οὐ δάκνουσ' ἄνευ δορός, vbi vett.

---

l) Eadem habet Timaeus Lex. Plat. p. 231. vbi vid. Ruhnk. Add. Schol. ad Plat. Eryx. p. 240. ed. Ruhnk. et Photii Lex. p. 580.

m) Francogallus interpres reddidit: *couvertures;* Schützius paulo liberius: das ſaubre Bürſchgen — das ſteckt da in ſeiner *dreydoppelten Matratze* bis über die Ohren — preſſius Wilandus: *in Ziegenfelle fünffach* eingewickelt. Add. de voc. gr. Fiſcher. Ind. Aeſch. Socr.

Critici: δάκνουσι, λυποῦσι (laedunt), et Hesych. ibidem: δάκνει, λυπεῖ. add. Soph. Philoct. 382. et 391. Eurip. Hipp. 133. 696. quae loca φιλέλλησιν obiter indicasse sufficiet. Eodem sensu δακνάζου dixit Aeschylus Pers. 572. *aegre fis*, Gallis *rongez - vous l' esprit.* Opportune vero ad hunc Strepsiadem, qui se impensis filii, debitis inde contractis et vsurarum futura intra paucos dies exactione δακνόμενον queritur, occurrit forte quod ab Hebraeis נָשַׁךְ, a Chaldaeis vero בְּכִיתָא dicitur vsura, quasi δάκνουσα s. *mordens:* illud a v. נָשַׁךְ, hoc a Chald. נְבַח, quod vtrumque δάκνειν s. *mordere* significat. *Spanh.*

13. τῆς δαπάνης καὶ τῆς φάτνης *n*). Ob sumtus nempe filii in emendis et alendis equis. Alienus proinde parens eius Strepsiades ab iis, de quibus ait Pindarus Isthm. IV, 49. δαπάνᾳ καίρων ἵππων, quibus nempe decertarunt in sacris Graecorum agonibus. Adde eumdem Isthm. II, 55. a quo Agrigentinus Xenocrates inde laudatur: ἱπποτροφίας τε νομίζων ἐν Πανελλάνων νόμῳ. Haud leues vero sumtus illos fuisse in alendis equis ad solemnes pompas et equestres vel curules agones destinatis, vel inde liquet, quod ditioribus id demum apud Athenn. adolescentibus incumberet: vt liquere potest e valde opportuno loco Demosth. adu. Phaenipp. p. 592. ed. Gr. lat. Paris. [T. II, p. 1046. Reisk.] ἱππότροφός ἐστι καὶ φιλότιμος, ἅτε νέος καὶ πλούσιος καὶ ἰσχυρὸς ὤν. Vnde etiam Xenophon in Ἱππαρχ. c. 1. §. 11. *o*) ostendendum iuuenibus ait, ὡς ἂν ἀναγκασθήσονται μὲν ἱπποτροφεῖν, ἢν μὴ ὑπὸ σοῦ, ὑπὸ ἄλλου γοῦν διὰ τὰ χρήματα. Quibus adde, quod notat Harpocration in Ἀδδηφάγους τριήρεις *p*), ita *(voraces triremes)* a Lysia ἐκ μεταφορᾶς τῶν ἵππων τῶν τελείων καὶ ἀγωνιστῶν λέγεσθαι, οἵτινες εἰώθασιν ἔδμεναι ἄδδην *(affatim comedere)* κατὰ τὸν ποιητήν (Il. ξ, 203.). Vnde φάτνης etiam fit hic a Strepsiade mentio, ob sumtus in alendis filii equis. *Spanh.*

14. κόμην ἔχων. Equites nimirum apud Athenn., siue illi, qui rei equestri operam dabant, comam ornatus

---

n) Dictum est, populari loquendi modo, pro δαπάνης εἰς τὴν φάτνην h. e. τοὺς ἵππους.

o) Cf. ibi Zeun. et Sturz. Lex. Xen. II. 583.

p) P. 11. ed. Blanc.

gratia alebant, vt docet Comicus Eqq. 577. v. etiam Schol. *Kuſt.* Quia erat eques, comam alebat. Homines liberi comam alebant: hinc Au. 912. dicitur ad eum, qui ſe ſervum dicebat eſſe: ἔπειτα δῆτα δοῦλος ὢν κόμην ἔχεις; quaſi ſeruis id non ſit licitum; hinc κομᾶν accipitur pro *ſuperbire* Plut. 170. 572. Nub. 545. et alibi. Etiam illi, qui incultum habent corpus et turpiter hirtum, κομᾶν dicuntur Au. 1282. ad q. l. vid. not. Hic in Nub. 837. de Socrate et eius amicis: ὧν ἀπεκείρατ' οὐδείς etc. *Bergl.*

15. ἱππάζεται. Schol. vetus in ſuo codice legit ἱππεύεται *q*). *Kuſt.* Theophyl. Epiſt. 65.: ὁ Γοργίου παῖς ἡμᾶς ἀδικεῖ· ξυνωρικεύεται γὰρ ἱππαζόμενος, ὁ παμμίαρος. *Bergl.* ἱππάζεται libri ſcripti et edd. Kuſterus putat libros quosdam habuiſſe ἱππεύεται, quod et placet Doruillio ad Char. p. 317. nempe inducti a Schol., qui ἱππεύεσθαι interpretatur; ſed id argumentum idoneum non eſt; quia Scholiaſtae interdum verbum ſynonymum ponunt, vt v. 28. ἀμιλλητήρια pro πολεμιστήρια. *Ern.* A nobilioribus et locupletioribus ap. Athenn. adoleſcentibus fieri hoc (ἱππάζεσθαι) potiſſimum ſolitum in ſolemnibus apud eos deorum pompis feſtisque diebus, vt e Xenoph. liquet, qui magiſtro equitum apud Athenn. curae eſſe debere tradit in Ἱππαρχ. III. 1. ὅπως τὰς πομπὰς ἐν ταῖς ἑορταῖς ἀξιοθεάτους ποιήσῃ, docetque dein, quae in eiusmodi pompis diis et ſpectatoribus gratiſſimae ſint equeſtres id genus transuectiones: alibi autem de Re Equ. XI, 1. τοῦ πομπικοῦ ſ. *equi* ad eiusmodi *pompas* deſtinati, illiusque μετεώρου καὶ λαμπροῦ, *erigentis ſe ac ſplendidi*, meminit. *Spanh.*

ξυνωρικεύεται. Quod *aurigationis* ſtudium Athenis itidem ditiorum fuiſſe et in honore habitum, ex Aelio Dionyſio tradit Euſtathius ad Il. B, 576. τάγμα ἦν ἀξιόλογον οἱ ἡνίοχοι· κατελέγοντο γάρ, φησιν, οἱ εὐπορώτατοι ἅρματα τραφήσοντες. Hinc de Alcibiade (qui eadem Megaclis et inde Alcmaeonidarum materna ſtirpe, iuxta hunc Phidippidem, oriundus) ait Plutarchus *r*): αἱ δὲ ἱπποτροφίαι

---

q) Vtrumque verbum de *equitatione*, de *rei equeſtris* cura et exercitatione etiam ap. Xen. legitur. v. Sturz. Lex. Xen. II. 573. 575.

r) Vit. Alcib. c. 11. T. II. p. 18. Reisk. add. idem vit. Ages. c. 20.

περιβόητοι μὲν ἐγένοντο καὶ τῷ πλήθει τῶν ἁρμάτων, quod ſolus ille, vt ibi additur, neque ab illo rege vel alio priuato factum, ſeptem ad Olympia currus miſerit. Quo referas etiam quod de Phaenippo, quem vt adoleſcentem et diuitem alendorum equorum impenſe ſtudioſum dictum a Demoſth. paullo ante vidimus, ſubdit mox eodem loco Orator, quod ille poſtea, vbi bellatorem equum ſuum vendidiſſet, ἀντ' ἐκείνου ὄχημα τηλικοῦτος ὢν ἐώνηται, ἵνα μὴ πεζῇ πορεύηται· τοσαύτης τρυφῆς μετὸς ἐστί. *Spanh.*

16. ὀνειροπολεῖ. Iulianus epiſt. 40. οὐδὲν ἄλλο ἢ σὲ καὶ τὰ παρὰ σοῦ ὀνειροπολῶν γράμματα. Noſter Eqq. 805. ὀνειροπολεῖς περὶ σεαυτοῦ. Vide mox v. 27. *Bergl.*

17. εἰκάδας. Quum non niſi decem dies reſtant, et reddendum eſt foenus, aut ſumma. Nam in menſem locabant foeneratores argentum. Infra 757. et alibi. *Bergl.* Ad menſtruas vſuras, quales vulgo Athenis perſolui conſueuerant, et inde poſtremo lunae deficientis die exigi, hic reſpici, praeter Scholia, e variis adhuc in hac fabula locis aliisque inſuper ſcriptoribus Atticis eſt manifeſtum. Hinc infra Strepſiades de Luna, alicuius Theſſalicae veneficae opera, e coelo diripienda et a ſe occultanda cogitat, idque adeo, vt addit ibidem 754. ὅτιὴ κατὰ μῆνά γ' ἀργύριον δανείζεται· et alio adhuc loco a foeneratore Aminia 1290. τί δ' ἄλλο γ' ἢ κατὰ μῆνα καὶ καθ' ἡμέραν; *niſi quod per menſem ac per diem creſcit* (vt ibi ſequitur) *pecunia;* vbi de *menſtruis* non ſolum, ſed de *diurnis* etiam *vſuris* (de quibus nos ad eum locum) ab illo vſurario agitur. Cuius *menſtruae*, illiusque vulgo Athenis, vt aliunde notum, receptae *vſurae*, vnum, vt alia iam omittam, exemplum ſuppeditabit Demoſth. adu. Pantaen. p. 564. [ab init. p. 967. T. II. Reisk.], vbi pro mutuo dato centum et quinque minarum additur, τοῦ γιγνομένου τόκου τῷ ἀργυρίῳ πέντε καὶ ἑκατὸν τοῦ μηνὸς ἑκάστου, drachma nempe pro mina in ſingulos menſes data. Vnde etiam τόκος ἐπὶ δραχμῇ eſt iſte Athenienſibus appellatus. Quomodo ab illa menſtrua vſurarum ſolutione a magno Baſilio dicuntur in Pſalm. p. 162. *s)* μηνιαῖοι ἀπαιτηταί, dein κατὰ τὰς περιόδους τῆς Σελήνης ἐπιτιθέμενοι τοῖς πτωχοῖς *qui iuxta Lunae periodos inuadunt pauperes;* vt debitas nempe ſingulis

s) In Pſ. XIV. T. I. p. 113. ed. Garnier.

Lunae periodis seu menstruis cursibus iidem vsuras| soluerent: sed quae grauissimi scriptoris loca, valde opportuna, ad haec aliaque Strepsiadis, idem sibi a creditoribus metuentis, adducta in hoc dramate verba illustranda, Theodosiani Codicis interpreti *Iac. Gothofredo* Comment. p. 230. *t)* T. I. acceptum feret, ne hoc dissimulem, lector. Ideo vero Luna adducere hic dicitur *vicesimas*, τὰς εἰκάδας, numero nempe plurium *v)* Atticis ea in re, vt in Scholiis tangitur, familiari, quod lunares fuisse Athenn. menses eosque triginta dierum, qua de re alibi in hac ipsa fabula, satis aliunde constet *x)*: ita vt *vigesimae*, seu *viginti* Lunae dies, quarum hic fit mentio, duas tertias mensis Attici, atque ita ceu eius ad finem tendentis partes efficerent. *Spanh.* Heinsius ad Hesiod. Ἔργ. fin. notarum [p. 72.] reprehendit Schol. qui parum rectam rationem reddiderit, cur Strepsiades, quum in fine mensis penderentur vsurae, non dixerit τριακάδι, sed εἰκάδας. Ipse causam dicit, quod εἰκάδες plures sint: nam aliam rationem in eius verbis non inuenio. Atque idem Schol. tradit: ait ideo dici εἰκάδας, quia post vicesimam mensis iam propinquat tricesima, qua soluendum erat foenus, εἰκάδας autem dici plurali numero, eo quod vox illa non sit intelligenda solum de vicesimo die, sed etiam sequentibus. Quid his melius Heinsius adferat, ego quidem non intelligo. Quod autem Aldobrandinus ad Diog. Laert. I, 58. vit. Solonis, Aristophanem forte εἰκάδας dixisse putat, quod olim ante Solonem menses absoluebantur 20. diebus, mihi parum probatur. Ita enim εἰκάδα dicendum fuisset, et mutata ratione mensium nil erat, cur ad antiqua illa tempora respiceret Comicus. *Duck.*

18. τόκοι χωροῦσιν. Quod infra dicitur huius fab. v. 1291. πλέον, πλέον τἀργύριον ἀεὶ γίνεται, Ὑποῤῥέοντος τοῦ

t) Immo p. 234. f. T. I. p. 270. ed. Ritter.

v) Plurali numero vtitur, vt dies reliqui simul numerentur, qui a die vicesimo vsque ad primum sequentis mensis, quo foeneratores, argentum in mensem locantes, pecuniam relegere, vsurasque exigere solebant, supersunt. *Harl.* Tristem illum debitoribus primum mensis diem extimescit Strepsiades et propterea etiam τὰς εἰκάδας (plenilunii tempus) odit. *Schütz.*

x) Vide Corsini Fast. Att. I. p. 59. ff. *Ideler* histor. Untersuchungen über die astron. Beob. d. Alt. p. 183. ff.

χρόνου. Τόκος nempe idem ac γένεσις f. *pecuniae partus*, vnde μῆνες τόκων πατέρας a Basilio dicti in Psalm. p. 159. *Spanh.*

ἅπτε. Ad internoscendos homines mox luna sublustris poterat sufficere; ad cognoscendas rationum tabulas non item. Idcirco a seruo (παῖς) lucernam accendi iubet. *Sch.*

19. Dicta Athenis γραμματεῖα γ) et γραμματίδια tabulae, quibus vulgo inscribebantur pecuniae creditae, ac de sorte et vsuris persoluendis dandisue pignoribus cauebatur: quae vulgo συγγραφαὶ Atticis et quarum obuia sunt passim apud oratores Atticos et Demosthenem inprimis in iis oratt., quibus de pecuniae foenore aut aere alieno agitur, exempla. Plura suppeditabit eam in rem Salmas. de modo vsur. §. 10. *Spanh.* His verbis κ. τ. γρ. clarius pronuntiatis, quae sequuntur, dum seruulus lucernam accendit, loquitur submissius, ne ille exaudire possit. Sic v. 59. φερ' ἴδω seruulo dicit, reliqua (dum ille abit) secum murmurans. *Sch.* ἵνα γνῶ in marg. cod. Bau. a manu recentiore. De forma et discrimine structurae part. ἵνα cum Optat. (quod esset, *vt cognoscerem*) et cum Coni. quod est, *vt cognoscam, sciam* [f. *legam*], v. Dawes. M. Cr. p. 85. ff. *Harl.*

20. Male Bau. et Elb. λογίσομαι. Nam λογίσωμαι (computem) pendet ab ἵνα.

21. δώδ. μν. Π. Haec e tabulis legit Strepsiades. Tum quaerit secum, cur debeat. Duodecim minae efficiunt fere 250. impp.

22. τοῦ. Subintellige ἕνεκα, vel ἀντί· vt dicat Strepsiades: τίνος ἕνεκα, vel ἀντὶ τίνος — *pro qua re debeo duodecim minas Pasiae?* Sic v. 31. per eamdem ellipsin dicitur τρεῖς μναῖ διφρίσκου etc. *Kust.* Plenius v. 1227. τοῦ χρήματος, vbi v. Schol. *Bergl.*

τί ἐχρησάμην; dictum est per ellipsin pro εἰς τί ἐχρησ. *ad quid vsus sum* (duodecim minis, quas a Pasia accepi): vel, *quid illis enim?* Sic Eqq. 1880. τί τούτοις χρήσομαι

γ) Melius Schütz. reddidit *Rechnungsbuch*, quam Wiland. *Denkbuch.*

τοῖς ἐντέροις, pro, εἰς τί χρ. Similis phrasis occurrit Plut. 942. Ach. 933. et alibi. *Kuſt.* Bene τί per ellipſin Atticis poëtis familiarem pro εἰς τί z) ſeu *ad quid*, hic dici monuit Kuſterus, aut, vt hoc addere mihi liceat, per ellipſin εἰς ὅ τι. Ita enim (vnde Comici haec verba haud parum illuſtrantur) Demoſth. adu. Timoth. p. 657. [T. II. p. 1186. Reisk.] ἀναγκαῖόν μοι δοκεῖ εἶναι ἐξ ἀρχῆς ἅπαντα διηγήσασθαι ὑμῖν τά. τε ὀφειλόμενα, καὶ εἰς ὅ τι ἕκαστον αὐτῶν κατεχρήσατο. Mox: οἱ γὰρ τραπεζῖται εἰώθασιν ὑπομνήματα γράφεσθαι, ὧν τε διδόασι χρημάτων, καὶ εἰς ὅ τι. Alia adhuc occurrunt apud eumdem oratorem exempla, e quibus id receptum apud Athenn. liquet, vt in tabulis ſ. ſyngraphis dati mutui continuo adnotaretur, in quem vſum pecuniam quis foeneraretur. Sic vbi de ſyngrapha nautica ter mille drachmarum agitur adu. Lacrit. p. 548. [T. II. p. 928. Reisk.]: πρῶτον μὲν γὰρ γέγραπται, ὅτι ἐπὶ οἴνου κεραμίοις τρισχιλίοις δανείζετο παρ' ὑμῶν τὰς τριάκοντα μνᾶς. Vnde et magis debitori Strepſiadi conſtare debuit, quem in vſum fuiſſet illas XII. minas (h. e. CXX. circiter Philippicos hodiernos iuxta accuratiores virorum eruditorum calculos) mutuatus: qui etiam non diu haeret, quin ſtatim ſubdat, factum id a ſe, vnde emeret pro filio equum. Vnde etiam quanti ille noſtra moneta Athenis tum vaenierit, continuo intelligimus. *Spanh.* Verſus non eſt integer in vulgatis a). Nos edidimus integre, addito in fine συνῆχ' e Mſſ. L. R. C. Ia. Ib., qui tamen adponit capiti verſus ſeq. Eliſum eſt α et κ in χ mutatum ob vocalem adſpiratam, in capite vers. ſeq., cuius generis et alia exempla apud poëtas occurrunt. *Ern.* Etiam in Mſſ. Bau. Elb. et Borg. v. 22. ſic incipit: συνῆχ' ὅτ' ἐπριάμην. Συνῆκα adnotatio eſt interpretis. *Herm.* Poſt ἐχρ. aliquantisper meditatur, cupiens reminiſci cauſam expenſae. *Sch.*

23. Schol. auctore κοππατίας equos vocabant, quibus impreſſa erat litera κ. Parmeno ap. Athen. V. p. 221. οὐδὲ κόππα γινώσκων. *Bergl.*

24. Citat Thom. Mag. V. Ἐξεκόπη. Caeterum pro ἐξεκόπην b), vt omnes Edd. habent, ſenſus gratia ſcriben-

---

z) Pro κατὰ τί accepit *Schütz.*

a) Immo integerrimus eſt, nec deeſt pes.

b) Alludit ad voc. κοππατίας. Au. 345. κλαύσει γὰρ ἂν ἅπαξ τὰ

dum eſt ἐξεκόπη, vt referatur ad ἵππον κοππατίαν. Nam Strepſiades non ſibi oculum optabat eliſum, ſed equo. *Kuſt.* Interpres: *vtinam prius eſſet a me exſculptus huic oculus.* At non hoc ſonant illa verba, verum: *vtinam mihi prius exſculptus eſſet oculus:* quemadmodum recte vertit Conſtant. in Lex. Nam paſſiuum in eo verbo ſignificationem actiui ex vſu linguae graecae habere non poteſt. Hoc autem repugnat ſententiae. Neque enim ratio eſt, cur Strepſiades ſibi excuti oculum velit, ſed hoc optat, vt excuſſus fuiſſet equo oculus; quod ſi factum fuiſſet, filius eius emturus illum non erat. Alludit autem eo verbo ad κοππατίαν, vt Schol. Mihi videtur legendum: ἐξεκόπη ſc. ὁ ἵππος τὸν ὀφθαλμόν, πρὶν πριῶσθαι. Suidas: ἐξεκόπη τὸν ὀφθαλμόν· ἐπηρώθη. Plutarchus Publicola *c)* de Horatio: ἐκκοπεὶς ὀμμάτων θάτερον. Lucian. Iou. Trag. p. 137. [c. 16. T. II. p. 661. Reiz.] τὴν φωνὴν ἐξεκόπτετο ὑπὸ τῆς βοῆς. Schol. et Tho. Mag. vulgatam agnoſcunt. Sed ille tamen ſatis oſtendit ad equum referri, Thomas in principio articuli, vbi h. l. laudat [p. 323. Bern.] ἐξεκόπη τοὺς ὀφθαλμοὺς λέγων καὶ ἀνεκόπη *d)*, κάλλιον ἢ ἀφῃρέθη. E quibus verbis apparet, etiam in his poëtae, quae laudat, legendum ἐξεκόπη et ἀνεκόπη, vt conueniant inter ſe perſonae *e)*. *Duck.* Etiam Brunck. ἐξεκόπην dedit. Summa huius ſententiae, ſi ἐξεκόπην legitur, haec eſt: quiduis perpeti mallem, quam hunc equum emiſſe. Quorſum vero haec? Num hoc vno emendo equo aes alienum contraxit? Num, ſi eum non emiſſet, ſalua et integra foret res familiaris? Atqui praeter has 12. minas, quas a Paſia mutuas ſumſit, tres minas debet Amyniae, quas ſtatim commemorat; quin etiam aliis alia bene multa: quod ni ita eſſet, tabellas non popoſciſſet, vt videret, quam multos haberet creditores. Accedit, quod ſic omnis corrumpitur vrbanitas acuminis, quod eſt in ſimilitudine horum verborum κοππατίας et ἐκκοπῆναι. Nam quid hoc ἐκκοπῆναι ad κοππα-

---

ὀφθαλμὰ ἐκκόπῃς, ib. 584. τοὺς ὀφθαλμοὺς ἐκκοψάντων et alibi. *Bergl.*

c) C. 16. T. I. p. 415. ed. Reisk.

d) Ita Oudend. e codd. quum olim fuiſſet lectum ἀνεκόπην, vt et Duck. laudat.

e) Sed libri omnes in vulgato conſentiunt. *Ern.*

τίαν, nisi si hic ipse percutitur aut percutit? Quare non dubitauimus ἐξεκόπη scribere. Ita et sententia aptissima est, et lepor manet dicacitatis. Id vnum optat Strepsiades, ne necessarium fuerit, istum equum emere. Atqui si oculus ei antea excussus fuisset, noluisset eum emi Phidippides. Facete igitur optat Strepsiades, equum ipsum, qui κόμμα habebat, quo in hippotropheis genus equorum designatur, et quae res haud paruum habet in emendis equis momentum, aliud ante accepisse κόμμα, quo emtores deterruisset. *Herm.* Homini pauperculo et ad rem attento leuius videbatur, oculum sibi excuti, quam aes alienum augeri. Si vero equo oculum excussisset, damnum vtique grauius accepisset. *Schütz.* quocum facit *Harl.* At πρότερον, prius quam emeret, excussum volebat, ne emere cogeretur. Quod omnino probabilius est.

25. Phidippides per somnum socium in curuli certamine, Philonem, appellat. *Schütz.* *Aurigam* hoc *Philonis* nomine, somniante equos et aurigationem Phidippide, dici ab vno Schol. traditur *f)*. Constat vero non aurigis solum, sed ipsis etiam *celetibus* seu *singularibus equis* in Graecorum agonibus indita fuisse nomina; vt, quod alibi haud ita pridem vidimus *g)* Φερενίκου Hieronis Syracusanorum regis equo in Olympiis victori, idque duobus ap. Pind. locis, Ol. 1, 29. et Pyth. 3, 131., ne iam tangam huius ipsius Phidippidis equos, Κοππατίαν paullo ante ac Σαμφόραν v. 122. dictos: vnde ad *equum* potius, *Philonis* nomine ab ipso impenso equorum amatore appellatum, quam ad *aurigam* haec somniantis illius verba referenda crederem *h)*. Quod firmare posset haud dissimilis in hac fab. 1304. et rursus Eqq. 600. (ὦ Σαμφόρα) locus, hic autem ἔλαυνε etc. Adde Pausan. VI. p. 302. [c. 10. §. 2.

---

f) Per somnum alloquitur Philonem quemdam, itidem agitantem currus, aut amicum aliquem suum, (quem ὑποκριτικὸς vocat Φίλωνα, vt Eccl. 980. γλύκων, 1055. μαλακίων); hunc dicit iniurium esse, quia de suo cursu alios praecpediat: quod ὑποθεῖν Schol. hic vocat et ipse Comicus Eqq. 1156. ὑποθεῖν οὐκ ἐῶ. *Bergl.*

g) De Pr. et V. Num. I. p. 550.

h) At Philon est hominis potius, quam equi nomen, et v. ἀδικεῖς (iniuste facis, iniuriam mihi infers) huic minus conuenit.

T. II. p. 163. Fac.] Ἐπιγέγραπται δὲ καὶ τῶν ἵππων τὰ ὀνόματα, Φολιὶξ καὶ Κόραξ· vt de priſcis inſcriptt. ap. Spon. et alibi, vbi obuia equorum id genus nomina, ſileam. *Spanh.*

ἔλαυνε τὸν σ. δρόμον. Nempe quod periculoſum eſſet in curulibus agonibus ab orbita recedere; vnde prouerbii vice ἔξω δρόμου, *extra orbitam*, dictum ap. Aeſch. Choëph. 511. et ap. eumdem Agam. 1254. ἐκ δρόμου πεσὼν τρέχω. Nempe prout de aurigantibus in curuli, ſed ficto ibi, Pythiorum agone, vbi e carceribus iidem erant emiſſi, ap. Soph. dicitur Electr. 722. ὁμοῦ γὰρ ἀμφὶ νῶτα καὶ τρόχων βάσεις Ἤφριζον *ſimul enim circa terga et rotarum orbitam ſpumabant.* Vnde etiam poſtea id Athenienſi in eodem ſcilicet agone auriganti, delapſis aliis ante eum et confractis curribus, ſaluti fuiſſe dicitur, quod in ſe caute ac prouide. ἔξω παρασπᾷ καὶ ἀνακωχεύει *extra declinat et frena* equorum *inhibet*, eiusdem dram. v. 735. Vti vero vulgo ἐλαύνειν ἵππον, *equum agitare*, ſic ἐλαύνειν δρόμον de *bigarum* aut *quadrigarum curſu* dici a Graecis obuium, vt v. 28. Adde citra etiam additam δρόμου vel ἅρματος vocem, vt in eod. Soph. dramate, vbi de Oreſte in illo curuli agone currum impellente dicitur, v. 737. ἤλαυνε *(currum agitauit)* δ' ἐσχάτος μέν. Sicut alibi in hac fab. et Eqq. 600. οὐκ ἐλᾷς — Quomodo non ἐλαύνειν ſolum, ſed ἐλᾷν quoque, non addita νηὸς vel κωπῶν ſ. ἐρετμῶν mentione, pro, *remigare*, remis nauem impellere, dictum a Charonte ad Bacchum, ſcapham eius ingreſſum, qua is ad inferos traiiceret, Ran. 205. ἐλᾷς προθύμως, *alacriter remigas*, et mox εἶτ' ἐλαύνεις. Ἐλᾷν nempe ab Atticis dictum pro ἐλαύνειν *i)* quod notat Helladius, ac iuxta quosdam, ſicut a βῶ, βαίνω, ita factum ab ἐλῶ, ἐλαύνω *k)*, a quibus tamen abit ibidem. Verum obuia iam vox ἐλάαν ap. Hom. pro, *currum agitare*, vt Od. O, 50. et alibi. *Spanh.*

26. τοῦτ' ἐστι τοῦτο τ. κ. *hoc* (aurigandi ſtudium) *eſt illud* malum, quod me miſerum (obaeratum) reddidit.

---

i) Auct. Tho. Mag. p. 293. ἐλάω et ἐλῶ dicebant Ἕλληνες pro ἐλαύνω, Attici pro ἐλάσω. Cf. et Moer. p. 146.

k) Vid. Lennep. Etym. p. 200.

27. Ὀνειροπολεῖ. Sic Aeſch. Eumen. 130. Furiarum chorus homines exagitare ſolitus, per ſomnum loquens fingitur: λάβε, λάβε, λάβε, φράζου (*prehende — obſerua*); ad quem Clytaemneſtra dicit: ὄναρ διώκεις θῆρα etc. *per ſomnum inſectaris feram.* Cato *l*): *dum vigilat ſperans, per ſomnum cernit id ipſum. Bergl.*

28. Pergit adoleſcens ſomniando loqui. Sic et v. 32. *Schütz.* δρόμους. Ruhnk. ad Timaei Lex. p. 65. [p. 89. f. ed. ſec.] et Eurip. Hipp. 210. ff. laudat *Harl.* Scil. δρόμοι dicebantur *loca curſibus deſtinata m*).

πολεμιστήρια. Duplex traditur in Scholl. huius voc. explicatio: prior de quodam equeſtri agone apud Athenn. eo nomine appellato; altera de curribus ad vſus bellicos deſtinatis ibi agi: nempe πολεμικὰ ἅρματα. Equidem dictus eſt ab Athenn. πολεμιστήριος ἵππος, qui ad equites ſpectaret, delectos e ciuium, aetate, opibus ac robore valentium, numero, qui in bellis contra hoſtes militarent et quorum praefectus vulgo Ἵππαρχος, *equorum magiſter*, Athenis dicebatur. Licet, vt Pollucem mittam, a quo πολεμιστηρίου ἵππου, *bellatoris equi*, mentio ſit l. V. c. 11. §. 181. e duobus aliis auctoribus Atticis, de quibus ſilent Hellenismi Theſauri, id colligere. Prior erit Demoſthenes, qui quum Phaenippi, vt ſtudioſi ἱπποτρόφου, et quidem tamquam iuuenis diuitis ac robuſti meminiſſet, ead. p. 598. [p. 1046. Reisk.] ἀποδόμενος τὸν πολεμιστήριον ἵππον κατεβέβηκεν ἀπὸ τῶν ἱππέων· pro nota nempe Athenienſium in Πεντακοσιομεδίμνους, Ἱππέας, et Ζευγίτας [et Θῆτας] diviſione. Alter, et Demoſthene anterior, Xenophon de re equ. c. 3. [§. 7. add. c. 1. §. 2.]: ἐπεὶ δὲ πολεμιστήριον ἵππον ὑπεθέμεθα ὠνεῖσθαι, λῃπτέον πεῖραν ἁπάντων, ὅσων περ καὶ ὁ πόλεμος πεῖραν λαμβάνει. Sicut vero ſingulares id genus equi ad vſus bellicos ab equitibus ad id deſtinatis Athenis alebantur, ita etiam eam in rem, quod vel hic Comici locus ſatis arguit, erant πολεμιστήρια ἅρματα, ſ. *currus belli-*

l) Diſtich. LXXI. p. 312. ed. Amſt. 1759. (aut L. II. n. XXXI. p. 150. ed. alius ib. 8.).

m) *Schütz.* vertit: wie viel Volten hab' ich noch zu machen? *Wieland. wie viele Touren muſs ein Rennerwagen machen?* Franco. interpres: combien faut - il que ces chariots faſſent de courſes?

ci, quae poſtrema vox hic ſubauditur, nempe quaerente, qui nihil niſi equos et aurigationem ſomniaret, Phidippide, quot curſus iidem currus conficere tenerentur. *Spanh.* Gloſſae: Πολ. *Equiria.* Ouid. II. Faſt. 172.: *Marsque citos iunctis curribus vrget equos. Ex vero poſitum permanſit Equiria nomen.* Etiam *bellator equus* dicitur πολεμιστήριος. Syneſius epiſt. 40.: οὐκ οἶδ' ὅτι μᾶλλόν ἐστι, κυνηγέτης ἢ κέλης ἐναγώνιος, ἢ πομπεύς, ἢ πολεμιστήριος. *Bergl.*

29. Eurip. Iph. Taur. 80. διαδοχαῖς δ' Ἐρινύων ἠλαυνόμεσθα, δρόμους τε πολλοὺς ἐξέπλησα καμπίμους (*curſusque multos perfeci flexuoſos*). Idem autem eſt δρόμους ſ. δρόμοις ἐλαύνεσθαι, quod διωγμοῖς ἐλαύνεσθαι. Idem Oreſt. 412. οἴμοι διωγμῶν, οἷς ἐλαύνομαι τάλας. Sic ἐλαύνεσθαι συμφοραῖς Soph. Trach. 1014. Noſter Eqq. 883. οἵοις πιθηκισμοῖς με περιελαύνεις. *Bergl.*

30. *n)* Citat hunc verſum Phrynichus p. 72. [172. ed. de Pauw], idque voc. χρέος cauſa; ait enim dicto loco, Atticos dicere χρέως per ω, quamuis Ariſt. in Nubb. dixerit χρέος per ο. Deinde ἔβα με hic ſignificat: *inuaſit me:* quod ideo moneo, quia Friſchlinus minus recte vertit: *reſtat. Kuſt.* τί χρέος ἔβα. Ad literam: *quodnam aliud aes alienum venit*, ſeu *ſupereſt?* quod praeter XII. minas earumue vſuras Paſiae debitas intra paucos dies perſoluere inſuper teneor. Sic v. 18. οἱ γὰρ τόκοι χωροῦσι, *vſurae procedunt.* ἔβα nempe a verbo βῶ ap. Atticos, vnde βαίνω, vt notat Helladius in Chreſtom.: τινὲς δὲ ὥσπερ ἀπὸ τοῦ βῶ, βαίνω etc. *Spanh.* Sumtum ex Euripide, vt notant Scholia. In ἔβα eſt Dorismus ο), cuius quaedam in dialecto Attica manſere in vſu, praeſertim apud poëtas, niſi hoc poſuit poëta irridendi cauſa Euripidis, vt alia Tragicorum et propterea ſeruauit Dorismum tragicum. Sic Eurip. Hipp. 581. τί ποτ' ἔβα κακόν; *Erm.* Translata loquendi forma ex Eurip. tragoedia, in qua erat iuxta Schol.: τί χρέος ἔβα δῶμα; In Herc. Fur. 531. legitur: γύναι, τί καινὸν ἦλθε δώμασιν χρέος; v. Phryn. in χρέως p. 172. *Brunck.*

---

n) Pergit Str. ſua debita e tabulis recognoſcere.

o) Idem monuerat Bergl. ἔβα pro ἔβη dici. *Reiskius* coniecit ἐλᾷ i. e. ἐλαύνει, ſine cauſa, monente *Schütz.*

31. διφρίσκου i. e. ἁρματίου δίφρου, vt locum hunc exponit Pollux X, 47. *Kuſt.* δίφροι nempe Graecis tum de *curribus* et maxime *bigarum*, in quibus ſtantes olim aurigabantur, vt vel e numis antiquis obuium, tum de *ſellis geſtatoriis*, quae nobilioribus ſeu καννηφόροις matronis vel virginibus Athenis ad Eleuſinia proficiſcentibus ferri ab earum pedisſequis conſueuerant, vt ea de re infra Au. 611. καὶ τὸν δίφρον φέρε. Subinde vero δίφρος de *curru quadrigario*, qui ἅρμα proprie vocabatur, etiam dictus: quomodo, vt alia nunc mittam, δίφρος de ſolis quadrigis, Callim. in Dian. 182. *p*). *Spanh.* τρεῖς μναῖ. Supple ὀφείλονται ἕνεκα — *Brunck.*

32. Ἄπαγε τὸν ἵππον *q*). Citat Etym. V. Ἁλινδῶ. *Kuſt.* Ad h. l. Ariſt. videtur etiam reſpexiſſe Heſych. in ἁλινδήθρα. add. Salmas. ad Solin. p. 336. b. c. *Duck.* ἐξαλίσας. Sicut athletae foliti in gymnaſiis in puluere volutari, quod ἁλίζειν et ἐξαλίζειν, vt h. l. et κυλινδεῖσθαι inſuper a Graecis dicebatur: eiusmodi autem *volutatio*, ἁλίνδεσις, vt ſaepe ap. Hippocr. de victus ratione L. II. c. 11. et de inſomn. l. III. c. 4. et alibi. Vnde locus, *volutabrum*, non ἁλινδήθρα ſolum, vt hic in Scholl., ſed ἐξαλίστρα etiam ab ἐξαλίζειν, qua voce vtitur h. l. Comicus, ap. Poll. legitur I, 11, 183. additurque ἀποσοβεῖν τὴν κόνιν. Inde vero ἁλινδήθρας ἐπῶν *inuolucra verborum* vocat Comicus Ran. 935. Vt obiter addam, quod pro ἐπάλαισεν LXX. intpp. Gen. 32, 24. reddant Aqu. et Symm. ἐκυλίστο. *Spanh.* Xenophon in Oecon. [11, 18.] ὁ παῖς ἐξαλίσας τὸν ἵππον οἴκαδε ἀπάγει. *Bergl.* [Add. Xen. de re equ. 5, 3.] *r*).

33. ἐξήλικας. Sic Latini dicunt, *bonis aliquem euoluere:* qua phraſi Senecam philoſophum vſum eſſe memini *s*).

---

p) διφρίσκος nunc, quia a *rotis* duabus (τροχοῖν) diſcernitur, eſt ipſa ſedes in curru (der Rumpf des Wagens, das Obergeſtell). Tres minae ſunt 63. impp. fere.

q) Sunt verba etiamnum ſomniantis.

r) Eſt pr. *volutare*, volutando puluerem abstergere. v. Sturz. Lex. Xen. II. p. 207. Vernaculi intpp. ad noſtram rationem expreſſerunt: in die Schwemme reiten.

s) Senec. Epiſt. 74. §. 3. acti in exilium et bonis euoluti, vbi cf. Intpp.

Kuſt. Liu. VI, 15. *euolui bonis.* Tacit. Ann. XIII, 15. *ſede patria rebusque ſummis euolui. Ern.*

34. Cf. Moeris in ὄφειλε δίκην, ibique Pierſon. p. 426. ſſ. *Harl.* Form. enim ὄφλειν δίκην ſignificat *damnari.* H. l. damnatum eſſe iudicum ſententiis ad ſoluenda debita.

τόκου. Subintelligitur ἕνεκα, vt ſupra v. 22. *Bergl.* In al. edd. eſt χ' ἕτερον ſcriptum.

35. ἐνεχυράσεσθαι *t).* Bene reddit interpres: *pro vſura pignus capere;* per ellipſin nempe, vt notant Scholia, praep. ὑπέρ, prout v. 1220. τῶν δώδεκα μνῶν, vbi ſubauditur χάριν, vel περὶ vel ἕνεκα vel etiam ὑπέρ, *propter duodecim minas,* quas accepiſti. Id vero quod hic tangitur, Athenis olim receptum aliunde conſtat; pignora nempe data et accepta in ſecuritatem foeneratorum, quum ſortis tum etiam vſurarum: quae quum ἐνέχυρα, ἐνεχυράσματα, tum ὑποθῆκαι et ὑποκείμενα ab iis dicebantur. Sic v. 240. τὰ χρήματ' ἐνεχυράζομαι bona mea *in pignus* cedere cogor. adde Conc. 563. μὴ 'νεχυραζόμενον φέρειν. Quum vero pignora illa vt plurimum exhibenda eſſent a debitoribus tempore mutui a creditoribus accepti, eaque libera et immunia, prout ſaepe apud Demoſth. legitur, vt adu. Euergum et adu. Lacritum, donec iuxta ſyngraphum ſors reddita fuiſſet cum vſuris: ita multo magis id locum habuit, vbi in mora ſolutionis erat debitor, nec ad tempus praeſtitutum vel ſortem cum vſuris vel vſuram etiam perſoluiſſet, et vbi tum pignora non capere ſolum, ſed vendere etiam creditoribus licuit. Quae vel ex his verbis Demoſth. liquida erunt et manifeſta, nempe adu. Lacrit. p. 547. [T. II. p. 926. Reisk.] καὶ παρέξουσι τοῖς δανείσασι τὴν ὑποθήκην ἀνέπαφον κρατεῖν, ἕως ἂν ἀποδῶσι τὸ γιγνόμενον ἀργύριον κατὰ τὴν συγγραφήν· ἐὰν δὲ μὴ ἀποδῶσιν ἐν τῷ συγκειμένῳ χρόνῳ, τὰ ὑποκείμενα τοῖς δανείσασιν ἐξέσω ὑποθεῖναι, καὶ ἀποδόσθαι τῆς ὑπαρχούσης τιμῆς. Id nunc metuit proinde Strepſiades, ne, non ſolutis intra praeſtitutum tempus vſuris bona eius a creditoribus pignoris loco non capiantur ſolum, ſed inſuper distrahantur. Quod vero obiter hic dicendum eſt, Salmaſius de modo Vſur. p. 553. diſtinguit

---

t) Ms. L. ap. Ern. et ed. Ald. atque Bas. ἐνεχυράσεσθαι.

inter ἐνεχυράζειν et ἐνεχυριάζειν, vt nempe prius notet, pignus capere, quod erat *creditoris*, alterum *pignus dare*, quod erat *debitoris*. Quod tamen inter ea verba discrimen non ex priſcis auctoribus et Grammaticis, ſed ex recentioribus demum Iurisconſultis ac Romani iuris, non Attici, interpretibus, nempe Baſilicorum Synopſi ac Harmenopulo, ibidem obſeruat; quum caeteroquin in antiquis Pollucis codicibus pro ἐνεχυράζειν legi ἐνεχυριάζειν et κατενεχυριάζειν moneant ad poſtremam Pollucis editionem viri docti, vti in Scholl. quoque ad hunc Comici locum aliquoties legitur: adde etiam in antiquis Gloſſis promiſcue haec ſumi ἐνεχυράζειν et ἐνεχυριάζειν, ἐνεχυρασμὸς et ἐνεχυριασμός. Add. Harpocr. V. Δήμαρχος, in quo, et ex hoc ipſo Ariſtophan., ἐνεχυριάζειν legitur, et Laërt. in Menippo, VI, 99. ἐξενεχυριάζειν. *Spanh.* ἐνεχυράσεσθαι forma media, *pignora ablaturos*. Gl. ἐνέχυρον ἐξ ἐμοῦ λαβεῖν. At infra v. 241. τὰ χρήματ' ἐνεχυράζομαι ſignificatione paſſiua, *pignora a me capiuntur*. V. Salmas. de modo Vſur. p. 549. *Brunck.*

36. *v)* σρέφει. Sic edidimus pro σρέφῃ ex ed. Ald. et cod. L. Sic volebat Valken. ad Eurip. Phoen. 570. p. 216. et ſic noſter Acharn. 385. Thesm. 237. *Ern. x)* σρέφει eſt in membr. et absque iis etiam repoſitum fuiſſet. *Brunck.* Amphis Comicus ap. Athen. L. II. [p. 69. C. Caſaub. f. T. I. p. 267. Schw.] σρέφοιτ' ὅλην τὴν νύκτα. *Bergl.*

37. δάκνει με δήμαρχος *y)*. Genuinum horum verborum ſenſum licet ex alio huius Comici loco, ſed ex deper-

---

v) Ἰτέον. Semper interrogationibus adhibetur ab Ariſt. v. not. ad 818. *Bergl.* Nunc demum querelis et ſtrepitu patris expergefactus adoleſcens, vtpote cui iam ob viſum nocturnum non nimis altus fuiſſet ſomnus, patrem alloquitur. *Schütz.*

x) Oſtenderat Ern. iam ad Hom. Il. ω, 5. hanc atticam formam h. l. reponendam eſſe. *Harl.* Add. Fiſch. Anim. ad Well. I. p. 119. ſ.

y) Luſus ex amphibolia. δήμαρχος erat proprie is, qui a debitoribus, vſuram non ſoluentibus, pignora capiebat; h. l. autem ſimul ad pulices alluditur. *Schütz.* (qui lepide vertit: die verzweifelten *Kammerhaſaren* — Wiland. autem: ein verwünſchter Schulze.) Cod. L. τις δήμαρχος, ſaluo verſu; ſed illud melius. *Ern.*

dito eius dramate, colligere, cuius Harpocr. meminit in V. Δήμαρχος [p. 121. ed. Blanc.] ὅτι δὲ ἐνεχυρίαζον οἱ Δήμαρχοι, δῆλοῖ Ἀριστοφάνης ἐν Σκηναῖς καταλαμβανούσαις. Id vno verbo etiam in Schol. tangitur, vbi inter alia de Demarchis legitur: συνῆγόν τε τοὺς δήμους καὶ ψῆφον αὐτοῖς ἐπεδίδοσαν καὶ ἐνεχυρίαζον· et paullo post vbi addit: ἔδει οὖν τὸν δήμαρχον ἀγαγεῖν εἰς τοὺς οἴκους τοὺς ἐνεχυριαζομένους. Vt vel inde satis liqueat, cur post indicatas quorumdam e suis creditoribus minas, de capiendis ab eo, pro dilata vsurarum solutione, pignoribus, a quodam *demarcho*, *pulice* nempe, morderi se et lecto expelli hic queratur Strepsiades. Quem huius loci sensum vidit iam ante Daceria. *Spanh.* Demarchus siue cogitatio de demarcho, quem metuo ne a me pignus sumat, mordet me tamquam cimex aut pulex in lecto. *Bergl.* Acumen huius versus in eo positum est, quod verba ἐκ τῶν στρωμάτων et ad δήμαρχος et ad δάκνει referri possunt. Quare haec non cum Brunck. ita vertenda sunt: *mordet me demarchus quispiam e stragulis;* sed sic: *excitat me demarchus quispiam e stragulis. Herm.*

38. κατ. τί με. Haec loquutus Phidippides iterum se ad somnum componit. *Sch.*

39. σὺ μὲν οὖν cum Brunck. (qui nihil de hac varietate monuit) Schütz. σὺ δ' οὖν (quod in vtroque libro Inuern.) restituit Herm.

Vidi, qui dubitaret de versiculi huius numeris, sed perperam, siquidem τὸ χρέα contractum ex χρέεα posteriorem syllabam ex regula producit. Caet. σὺ δ' οὖν vulgatae, in his suntinae, et liber vterque Inu. recte. Delicias facit Brunckius, quum duplici δὲ offensus, vt infra 191. Ran. 1057. et alibi saepe duplici γὰρ particula, reponit Σὺ μὲν οὖν. Sic et aliae particulae frequentius inferri solent, inprimis ἀλλά. vid. 73, 4. Ran. 1080. Acharn. 128, 478. *Hotib.*

40. In huius versus interpretatione latina irrepsit, meane an typothetae culpa, barbarismus (in tuum caput *recisurum*). Excudi debuit *recasurum*. Excidere hoc mihi potuit prae festinatione, vt in notis aliquoties *infercii* barbare scripsi, pro *infersi:* quo verbo vsus sum saepicule, quia nullum aliud ad vim gallici vocabuli accedit propius, *une fourrure.* Quam venuste id adhiberi possit,

ſciunt, qui Acta Eruditorum noſtratium legunt. *Brunck.* in Add.

41. Verſus non conſtat; habet enim ſecundo loco amphimacrum. Ap. Harpocr. V. Ἐπαιρόμενος [p. 154.] et Tho. Mag. V. Εἰᾷ· ὤφελεν [p. 269. f.] *z)* non legitur φεῦ, qua ratione conſulitur verſui, ſed φεῦ agnoſcit Schol. Itaque potius ὄφελ' legendum. Dicunt enim ſine discrimine ὤφελον, ὄφελον etc. Niſi tamen in dimetiendo φεῦ per ſynizeſin perit, vt Ran. 141. Kuſter. ad Suid. V. Ὀβολὸς eiiciendum cenſet τὸ φεῦ, quia ſyllaba vna abundat verſus, ſed quum et Suidas ibi et in φεῦ, et Etymol. M. in Ὀβολὸς hanc particulam retineant, non auſim eam delere, ſed ſynizeſin potius putem, vt in illo Hom. Il. E, 349. ἦ οὐχ ἅλις, vbi vid. Euſtath. p. 554. qua ratione et alio loco in Il. I. ἦ οὐκ contrahentur, de quo idem p. 772, 42. add. eumd. in I. Il. p. 11. et 12. et Hephaeſt. Enchir. de metr. p. 8. vbi et verſus Hom. laudatus et alius: βουκόλ' ἐπεὶ οὔτε κακῷ — Sed et huius ipſius particulae φεῦ ſynizeſis ap. Eurip. eſt frequentiſſima, Hec. 55. φεῦ ὦ μῆτερ — et aliis locis. Nec opus erat, in Suida V. Φεῦ, et Etym. M. eam particulam poni in fine verſus et a ſequente ὡς inchoare alium, quod videtur ab iis factum, qui poëtam quum ad manum non haberent, putarunt ibi metrum vitioſum eſſe, ſi eodem verſu ponerentur. *Duck.* Scholia bene monent, φεῦ non eſſe cum verſu, i. e. vt partem verſus pronunciandum. Sic ſaepe eſt ap. Eurip. τὸ φεῦ, v. c. in Hipp. 1415. vt alia. v. Barnes. Ind. Eurip. h. v. *Ern.*

Εἰᾷ· ὤφελ'. Parodia primi verſus Euripidis Medeae: εἰᾷ· ὤφελ' Ἄργους μὴ διαπτᾶσθαι σκάφος. *Brunck.* et *Spanh.*

In Ran. 1422. εἰᾷ· ὤφελ' Ἄργους μὴ διαπτᾶσθαι σκάφος. Quem verſum ibi recitat Euripides ex Medea ſua in principio. Imitatus autem eſt Ariſt. illum locum; nam vt ibi nutrix cauſas malorum Medeae altius repetit, ita hic Strepſiades ſuorum ipſius; et vtrobique cauſae malorum ſunt Nuptiae; niſi quod ap. Eurip. nuptiae Iaſonis cum Creontis filia ſunt proxima cauſa malorum Medeae, hic autem nuptiae et conciliatrix earum ſunt cauſa remotior Strepſiadis malorum. *Bergl.*

---

z) Thomam h. l. laudare *Kuſter.* monuit, et duo hos verſus ap. Harpocr. legi, *Ern.*

ἡ προμνηστρί'. Eurip. Hipp. 589. τὴν κακῶν προμνηστρίαν *illam malorum pronubam.* Apud Pollucem vero legitur hodie et in poſtrema et luculenta editione Batana III, 41. ἡ δὲ προμνήστρια καὶ προμνηστρία ἐκαλεῖτο, vbi nempe vna in accentu inter duas illas voces varietas indicatur. Verum in inſigni huius Pollucis MS., quod olim fuit penes Is. Voſſium, et e quo varias lectiones pridem ad meum Pollucem excerpſeram, in poſtremo loco legitur προμνησηρία, vt ex eodem Ms. monuit iam Kuhnius. Vt ita a voc. μνηστήρ, *procus*, apud Atticos προμνήστρια et προμνησηρία dicta ab iis fuerit *pronuba*. Neque tamen repugnarem, quin προμνησηρίς, ſicut ap. Xenoph. *a)*, quod vidit ad eum Pollucis locum vir doctus, ibi quoque legatur: niſi altera illa vox προμνησηρία praeſtantiſſimi codicis fide niteretur. *Spanh.*

42. (al. 43.) ἥτις με γῆμ' ἐπῆρε. Citat Harpocr. V. Ἐπαιρόμενος et Suid. V. Γῆμ' ἐπῆρε *b)*. Ἐπαίρειν τινὰ autem interdum ſignificat, aliquem ad aliquid faciendum inducere vel impellere, vt h. l. V. Suid. V. Ἐπάρας et V. Ἐπῆρε. Eurip. Or. 287. ὅστις μ' ἐπάρας ἔργον ἐς ἀνοσιώτατον. Idem Suppl. 581. οὗτοι μ' ἐπαίρεις, ὥστε θυμῶσαι φρένας. Soph. Oed. Tyr. p. 204. ed. Henr. Steph. [1337. f. 1322. Erfurdt.] τίς σ' ἐπῆρε δαιμόνων; vbi Schol. ἐπῆρε· ἔπεισε. *Kuſt.* Vnum addam, nempe a Demoſthene dici aliquoties ἐπηρμένον, vt adu. Zenothem. p. 530. [T. II. p. 884. Reisk.] καὶ τῷ πότ' ἐπηρμένος οὗτος, et adu. Pantaen. p. 564. [967. Reisk.] *Spanh.* Cod. Elb. ἥτις μ' ἐπῆρε γῆμαι, quod Trendelenburgio minus durum videtur, ſalua metri ratione. γῆμαι ἐπῆρε dedit *Brunck.* et *Dawes.* vid. ad v. 7. *Harl.* γῆμαι ἐπῆρε cum Brunck. edidimus pro vulg. γῆμ' ἐπῆρε. v. ad 546. *Herm.* Ita etiam *Schütz.*

43. Hunc et duo ſeqq. verſus adducit Stobaeus Ecl. LIV. περὶ Γεωργίας p. 369. [Serm. CCXXII. p. 736. ed. Frf.] *Kuſt.* ἀγροικος. cf. Tho. Mag. p. 7. ibique intpp. *Harl.*

---

a) Mem. 2, 6, 36. vbi tamen Valken. legi maluit προμνηστρίδας pro προμνηστρίας, quod etiam Schütz. in ordinem recepit.

b) Qui explicat: γῆμαι ἀνέπεισε. Add. Ruhnk. ad Tim. p. 67. [119. ed. ſec.] Ducta metaphora a vento, qui velis implendis (ἐπαίρων τὰ ἱστία) nauem promouet. *Harl.* Add. Tittmann. ad Zonarae Lex. T. I. praef. p. CXXXIV.

44. *εὐρωτιῶν κ. τ. λ.* v. Suid. V. *Ἀκόρητος* et V. *Εὐρωτιῶν*, itemque Euſtath. ad Il. N. p. 951. ed. Rom. *Kuſt.* *εὐρωτιῶν. ἐξήγησίς ἐστι τοῦ εἰκῇ κείμενος. τοῖς γὰρ εἰκῇ καὶ ἀμελῶς κειμένοις ἰδρὼς προσίζει καὶ νοτίς. τοιοῦτος δὲ ὁ τῶν ἀγροίκων βίος· ὥσπερ αὖ ἐπιμελὴς καὶ καθάριος ὁ τῶν ἀστικῶν. διόπερ καὶ εἰς πενίαν συνεχῶς ὑπὸ τῶν ποιητῶν τύπτεται καὶ ὀνειδίζεται, ὥς φησι Μένανδρος· ὡς εἰς τὰ καθαρὰ λιμὸς εἰσοικίζεται.* Suidas. — *ἀκόρητος* c). Gl. *ἀκαλλώπιστος.* Euſtath. ad Il. p. 951, 41. *ἰστέον δὲ καὶ ὅτι οἱ Ἀττικοὶ ἀκορήτων φασὶ τὸ ἀκαλλώπιστον καὶ ἀφιλοκάλητον, ὡς δηλοῖ καὶ ὁ Κωμικὸς ἐν τῷ, βίον ἀκόρητον, εἰκῇ κείμενον. τοῦ δὲ τοιούτου ἀκορήτου θέμα τὸ κορῶ. ἐξ οὗ ἐκπορεύ Ἑλλάδα ἡ κωμῳδία λέγει, τὸ ἐκπενοῦν καὶ καθαίρειν. ὥσει καὶ ἐταροῦτο κατὰ τὰς φιλοπαλουμένας οἰκίας.* Reſpicit Pac. v. 59. *Brunck.*

45. *Βρύων μελ.* Citat Tho. M. V. *Στέμφυλα* [p. 809.] *Kuſt.* Haud infrequens v. *βρύειν* ap. vett. Atticos et Aeſch. inprimis vſus, vt Agam. 177. *θράσει βρύων audacia elatus*, Choëph. 62. *ἄχη βρύει dolores germinant*, item v. 67. *νόσῳ* (non *νόσοι*) *βρύειν morbo ſcatere*, et Suppl. 973. *ἀγαθοῖς βρύειν bonis abundas.* Sic Eurip. Bacch. 107. *βρύετε, βρύετε χλοερᾷ σταλάκτι*, prout ap. Baſilium de leg. Graec. lib. p. 84. ed. Grot. *καρπῷ βρύειν ὡραίῳ. Spanh.*

στεμφύλοις. Locus huic geminus infra Eqq. 802. de illo, qui in agro itidem, vt hic quoque dicitur, parce ac tranquille viuit — *καὶ στεμφύλων εἰς λόγον ἔλθῃ. Spanh.* Atticos de oleo dicere tradunt Thom. Mag. et Phrynich. p. 76. vbi v. Nunnes. *Duck.* Gl. *τεταριχευμένοις σταφυλαῖς.* Falſo. Phrynichus [p. 180. ed. de Pauw]: *στέμφυλα οἱ μὲν πολλοὶ τὰ τῶν βοτρυῶν ἐκπιέσματα, ἀμαθῶς· οἱ δ' Ἀττικοί, στέμφυλα τὰ τῶν ἐλαιῶν.* Thom. M. *στέμφυλα, οἱ πολλοί, τὰ τῶν βοτρύων μετὰ τὸ ἐκπιεσθῆναι· οἱ δ' Ἀττικοί, στέμφυλα, τὰ τῶν ἐλαιῶν. Brunck.* V. Oudend. ad Tho. M. p. 809. Timaeus Lex. Plat. p. 170. [239. ed. ſec.] cum not. Ruhnk. et Schol. ad Eqq. 803. *Harl.* Sunt igitur *fraces* (Olivendruſen, *Wiland.* Oelkuchen, *Schütz.*)

---

c) Pr. non purgatus, hinc ſordidus, incomtus. Sed *εἰκῇ κείμενος* temere, negligenter, abiecta vita, eſt, quae omni elegantia caret, humilis atque ſordida. Senſum expreſſit francog. interpres: ſans recherche dans mes habits et dans mes manières. Non diſſimiliter vernaculi intpp.

46. (47.) ἔγημα Μεγακλέους. Quales inter dispares genere vel diuitiis nuptias veteris alicuius ſapientis (Pittaci nempe) dicto improbatas tangit Oceanidum nympharum chorus ap. Aeſchylum, additque Prom. v. 889. ὡς τὸ κηδεῦσαι καθ' ἑαυτὸν ἀρισεύει μακρῷ· et quomodo iam ante ab Achille ap. Homerum dicitur Il. ο, 399. γήμαντι μνῆσιν ἄκοιτιν, εἰκυῖαν ἄλοχον. Adde ſolemne illud Pittaci ea de re dictum, ad quod reſpexit in adducto modo verſu, vt notant itidem Scholia, Aeſchylus, de quo agit Callimachus in primo reliquorum eius Epigrammatum, *τὴν κατὰ σαυτὸν ζῆλε d), tu tibi iunge parem*, quae nempe nec genere, vt haec Megaclis e ſorore neptis, et e ſtirpe Alcmaeonidarum maritum Strepſiadem rus colentem, nec opibus vincat. Vnde opportune ori vtique coniugio huius Megaclis filiam et inde ex Alcmaeonidarum, vt ab initio huius vitae a Plutarcho traditur, genere duxerat Alcibiades, quippe vt a Nepote dicitur, *ſummo genere ac diues, ſplendidus non minus in vita quam in victu*, prout eadem huic Cliniae filio a Socrate tribuuntur in (Plat.) Alcib. I. p. 102. T. II. [c. 1. ed. Nürnberger.], quique proinde ab hoc Strepſiade ruri ſqualliidam et agreſtem vitam, vt ipſe modo de ſe profeſſus eſt, duriter agente fuerit diuerſiſſimus. *Spanh.* Μεγακλέους. Illius Megaclis, qui a Megacle Alcmaeonis et Coeſyrae filio, genus ducebat. *Bergl.* τοῦ Μεγακλ. Alcmaeon Coeſyram duxerat, ſeminam nobiliſſimam ac ditiſſimam ex eaque Megaclem ſusceperat. Aliam opulentiae eius cauſam narrat Herodot. VII, 125. *Schütz.* Megaclidarum familia, vtpote ſtirps Alcmaeonidarum, fuit antiquiſſima et nobiliſſima, e qua etiam Pericles et Alcibiades genus duxerunt. *Wil.*

47. ἄγροικος. Solent Grammatici inter ἄγροικος et ἀγροῖκος ſic diſtinguere, vt ἄγροικος cum acuto in antepenultima ſit homo *ruſticus, rudis, agreſtis* etc. ἀγροῖκος vero, cum circumflexo in penultima, ὁ ἐν ἀγρῷ κατοικῶν, *ruri habitans*. Hic tamen ἄγροικος accipitur pro *agricola*, vel *homine ruri viuente*, vt notauit etiam Thom. M. V. Ἀγροῖκος [p. 8. vbi cf. Intpp.].

48. σεμνήν. Hac voce non *grauem*, *bene moratam*, pro ſolita voc. illius ſignificatione, ſed *faſtuoſam* ac *ſuper-*

---

d) Ibi autem v. 12. et 16. non ἴλε ſed ἵλα legitur.

bam mulierem hic designari, bene in Scholl. dicitur. Quomodo Eurip. Hipp. 94. f.: *μισεῖν τὸ σεμνὸν* (odisse *fastum*) — *τίς δ' οὐ σεμνὸς* (superbus) *ἀχθεινὸς βροτῶν*; *Σεμνὸν* alioquin pro *torno* alibi sumitur apud eumdem Tragicum Alc. 779. *τὶ σεμνὸν καὶ πεφροντικὸς βλέπων*, quod olim ad Iuliani Caesares monui, p. 346. *Spanh.* *ἐγκεκοισυρωμένην*. Citat Etym. et Suid. h. v. Vide etiam Hesych. V. *Ἐγκεκοισυρωμένη* (sic enim apud eum legendum est, pro *Ἐγκεκυριωμένη*, post V. *Ἐγκέκλιται*) qui ad eumdem locum Comici nostri respexit *e*). *Kust.* *Coesyrae moribus imbutam f*), a qua et originem trahebat. Infra 801. Phidippidem, ex hac natum, dicit esse *ἐκ γυναικῶν εὐπτέρων τῶν Κοισύρας*. In Acharnn. 614. *ὁ Κοισύρας*, notante Schol., est *Megacles*, et perstringitur a Comico tamquam qui aliquando pauper fuerit, dilapidatis nimirum paternis bonis. Itaque non sine causa puellam ex nobili familia, sed ad paupertatem redacta, collocarunt rustico diuiti. *Bergl.* Suidas ex antiquis Scholiis Coesyram Pisistrati vxorem fuisse dicit; iuxta alios Alcmaeonis, quod probabilius est. Namque Acharn. 614. *ὁ Κοισύρας* Megacles appellatur. *Brunck.* Hemsterhus. ad Lucian. Tim. I. p. 134. (ab *Harl.* laudatus) „Megacles, ait, non vnus in Alcmaeonidarum gente Athenis nobilissima: Comici hominem primarium, qui multum splendori generis arroget aliosque prae se fastidiat, ita vocant, quemadmodum *κοισύραν feminam potentem:* Arist. Nub. 48. vbi *ἐγκεκ.* intelligo: *longa Coesyrarum serie superbam.*" (Wiland. reddidit *mit einer eingefleischten Koesyra* — Schütz. totum locum: so eine *ahnenstolze*, vornehme, statiöse Dame — Francog. *plus glorieuse que la superbe Coesyra.*

50. (51.) Quum dicit: *ὄζων τρυγός g*), *τρακιᾶς*, et *ὄζουσα* (quae vox in sequ. versu subauditur) *μύρου, κρόκου*, proprie loquitur, vtpote de rebus odorem habentibus; quum autem addit *καταγλωττισμάτων ἀκράτης* etc. metapho-

---

e) Vt et Zonaras Lex. T. I. p. 607.

f) *Ornatam Coesyrae more* intelligit Schol. ms. ap. Brunck. cuius verba inter Scholia adferentur.

g) Hesych. *τρύγα· οἶνον ἀδιήθητον. Brunck.* qui probat Schol. explicationem: *νέου οἴνου.*

rice. *Bergl.* Reiskius poſt ἐρίων comma ponendum cenſet, nec improbat Schütz., accipit vero περιουσίαν de tota re ruſtica: et ſic iam diſſinxit Friſchlin. in edit. et verſione ſua *h*). *Harl.*

51. καταγλωττισμάτων. Cf. Thom. Mag. h. v. [iam a *Kuſt.* laud.] ibique Witter. p. 500. Moerin p. 224. ibique Pierſon. *Harl.*

52. *i*) Λαφυγμοῦ. Haud male λαφυγμὸν per *crapulam* reddit interpres, modo ea voce tam in cibo intemperantia quam in potu intelligatur. De priori vtique idem voc. explicant Scholia, quomodo λαφύστιοι γνάθοι, *voraces maxillae*, vt ad h. l. pridem notaueram, dicuntur ap. Lycophr. 215. et alibi v. 291. κτῆσιν ἑαίναις λαφυσίαν, *bona epulis deuorata*, idem dicit. Nihil tamen obſtat, vt hic duplex iſtud intemperantiae genus denotetur, prout appellati, qui vtrique indulgebant, λαφυκταί, teſte Athenaeo XI. p. 485. Caſ. [T. IV. p. 297. Schweigh.] τοῦτο δὲ ποτήριον (nempe λεπαστὴ) ὠνομάσθη ἀπὸ τῶν εἰς τὰς μέθας καὶ τὰς ἀσωτίας πολλὰ ἀναλισκόντων, οὓς λαφυκτὰς καλοῦμεν. Quod adſtruunt vett. Gloſſae: Λαφυκτής· Helluo. *Spanh.*

Κωλιάδος. V. Meurs. in Piraeeo, cap. vlt. *Kuſt.* Vtrumque (Κωλ. et Γενετ.) et Veneris quidem ap. Athenn. cognomen legitur ab initio Lyſiſtr. v. 2. ἢ ᾽πὶ Κωλιάδ᾽, ἢ ᾽ς Γενετυλλίδος *k*). De templo quidem Veneris Κωλιάδος in ora Atticae maritima, et qua occaſione ſit illud ibi erectum inditumque ei nomen, quod hic in Scholl. traditur, legitur quum ap. Suid. tum etiam ap. Tzetz. ad Lycophr., niſi quod id v. 267. non ad Venerem Κωλιάδα in Attica, ſed ad eamdem deam Κολεᾶτιν in Cypro dictam ibidem

---

h) Wiland. locum reddidit:

Wie wir uns
Ins Brautbett legten, rochen wir ſehr ungleich! Ich
Nach Trieſtern, trocknen Feigen und dem Wollſack — Sie
Nach Safran und Pomaden, Zungenküſſen;
Verſchwendung, Saus und Braus, mit einem Wort
Nach lauter Luſt und Freude.

i) λαφυγμὸν *ingurgitationem, helluationem* interpretantur. V. ad Schol.

k) Quem locum etiam *Bergl.* laudauit.

referatur. Hic vero, vti etiam in adducto Lyſiſtr. loco de Veneris Κωλιάδος, in Atticae cognomine promontorio, aede vel ſigno, cuius meminit Pauſan. I. p. 2. agi omnino, ſat liquet. *Spanh.* V. Suid. h. v. add. etiam Steph. de Vrb. ibique Holſten. Rurſum Suid. Κολίαι· ἐπιθαλασσία (melius ἐπιθαλάσσιος) ἄκρα τῆς Ἀττικῆς ἀπὸ τοῦ κόλου ὠνομασμένη: vitioſa eſſe puto; neque enim κολιὰν dici, ſed κωλιάδα, eamque vocem, vt et κῶλον, per ω ſcribi inuenio. Heſychius ibi etiam Cereris templum, multas columnas habens, eſſe tradit. *Duck.*

Γενετυλλίδος. Quo vtique nomine *Venerem*, vt *generationis praeſidem* dici notant hic Scholia: Heſych. vero ac Suidas vocari deam, quae ceu generationis cauſa, feſto muliebri eodem nomine appellato praefuerit. Verum numero plurium inuocantur alibi ap. hunc Comicum Thesmoph. 137. ὦ πότνιαι Γενετυλλίδες, nempe quas ap. Suid. vocari legimus, et quidem maſculino genere, περὶ τὴν Ἄρτεμιν τοὺς τῶν τοκετῶν ἐφόρους *partus circa Dianam praeſides*. Quum tamen ap. Pauſan. in adducto loco dicantur ſimiliter Γενετυλλίδες ὀνομαζόμεναι θεαί, quare nempe ibidem, vti et Veneris Κωλιάδος, ſigna exſtarent: additurque, easdem videri cum iis, quae a Phocaeenſibus in Ionia deae Γενναίδες appellantur. Romae vero aedem exſtitiſſe *Veneris Genitricis*, et primum quidem, velut a qua genus per Aeneam duceret (neque enim virum doctum inauditarum antea et incredibilium adſertionum proventu hac aetate celebrem *l)*, id non *Iuliae*, ſed *Octaviae* genti tribuentem hic moramur), a Iulio Caeſare conſecratam conſtat. Adde prout non Iuliae tantum gentis, ſed velut Romanorum in genere procreatrix dicta inde eadem dea ab initio Lucretiani de rerum natura ſeu generatione poëmatis *m) Aeneadum Genetrix*. Inſcripti vero dein ab aetate Iulii Caeſaris varii Caeſarum et Auguſtorum numi, cum deae illius ſigno, et quae infantem quoque in gremio fouet, et epigraphe: VENERI GENETRICI. *Spanh.* Pauſan. Attic. c. 1. ἀπέχει δὲ (τοῦ Φαλήρου) σταδίους εἴκοσιν ἄκρα Κωλιάς. Κωλιάδος δὲ ἔστιν ἐνταῦθα Ἀφρο-

l) Io. Harduinum notat.

m) I, 1. ad q. l. vidd. Bentlei. et Wakefield., qui alia loca laudat.

δίτης ἄγαλμα, καὶ Γενετυλλίδες ὀνομαζόμεναι θεαί. v. Suid. et Hesych. Lucianus Pseudolog. p. 438. [c. 11. T. III. p. 171. Reiz.] *εἰπέ μοι, πρὸς Παυδήμου καὶ Γενετυλλίδος καὶ Κυβήβης·* notat Graeu. in Ms. esse Γενετυλλίων *n*), sed tamen h. l. in Singulari quoque legi. Et ita etiam ap. Suid. legitur et ap. Hesych. etsi apud hunc corrupte *Γενετευλις*. Interpr. et *Venerem et genium suum.* forte rectius *Genetyllidem. Duck.*

53. *ἀργός.* Hunc locum Arist. plures Grammatici citant, vt probent, voc. *ἀργὸς* ap. Atticos tam feminini quam masculini generis esse. Suid. *Καὶ ἀργὸς ἐπὶ θηλυκοῦ. Ἀριστοφάνης Νεφέλαις· οὐ μὴν ἐρῶ γ'* etc. Thom. Mag. [p. 109.]: *ἀργὸς ἡμέρα καὶ ἀργὸς γυνὴ κρεῖττον ἢ ἀργή. Ἀριστ. ε. Νεφ.* etc. Schol. Eurip. ad Hec. 150. o) *ὀρφανὸν ἀντὶ τοῦ ὀρφανήν, Ἀττικῶς. ὡς καὶ Ἀριστοφάνης· οὐ μὴν ἐρῶ γ' ὡς ἀργὸς ἦν.* Non solum autem hic ap. Arist. sed etiam apud alios scriptores Atticos *ἀργὸς* pro *ἀργὴ* positum reperitur. Epicrates Comicus ap. Athen. XIII. p. 570. B. *αὕτη δὲ Λαὶς ἀργός ἐστι καὶ πότις.* Alexis apud eumdem XIV. p. 642. D. *Κἀργοὺς ἔχειν μηδέποτε τὰς σιαγόνας*, pro *ἀργάς.* Soph. Philoct. p. 381. ed. Henr. Steph. [v. 97.] *γλῶσσαν μὲν ἀργὸν χεῖρα δ' εἶχον ἐργάτιν.* Eurip. Ion. 337. *ἀργὸς ἡ θεός.* Lucian. de gymnas. p. 287. ed. Amst. [c. 25. T. II. p. 906. Reiz.] *οὐ πολυσαρκίαν ἀργὸν καὶ λευκήν.* Minus Attice ergo locutus est Origenes c. Cels. IV. p. 214. ed. Cantabr. vbi *σύνεσις ἀργὴ* dixit: et Hesych. V. *Κηφήν*, vbi ait: *μυῖα ἄκεντρος, ἀργή.* Item Philostratus Icon. I. I. in Olympo [c. 21. p. 795. Olear.] *ἡ κόμη δὲ οὐκ ἀργή, οὔτε κεῖται* etc. Caeterum vti hic Aristoph. *ἀργὸς* dixit pro *ἀργή*, ita Eurip. Hec. 296. *σεβρὸς φύσις* pro *σεβρά* (quamuis idem Med. 1031. dixerit *σεβρὰς ἀλγηδόνας* et Hecub. v. vlt. *σεβρὰ ἀνάγκη*), Epicrates ap. Athen. p. 570. D. *τιθασσὸς* pro *τιθασσή·* Homerus: *κλυτὸς Ἱπποδάμεια· ἅλὸς πολιοῖο· ἀμπελόεντ' Ἐπίδαυρον* etc. v. Eustath. ad Hom. p. 287. 333. et 694. ed.

---

n) Ita etiam in aliis codd. v. Schmieder. Not. ad T. II. p. 381. Κωλιάδες et Γενετυλλίδες memorantur apud eumdem Amorr. c. 42. T. II. p. 443. vbi v. Intpp.

o) Eum locum Schol. etiam *Lrn.* laudauit, et praeterea monuit exempla bene multa similia habere Barnes. in Ind. 2. Eurip. *Mascul. genus.*

Rom., vbi plura huius conſtructionis affert exempla. *Kuſt.* Caet. magis analogicum eſt ἀργὸς quam ἀργή, quia eſt compoſitum in *os*, quae ſunt communia. *Bergl.*

ἐσπάθα. Citat Suidas V. Ἐσπάθα. *Kuſt.* Nempe quod nobiles et ſummo genere apud Graecos ortas mulieres non dedecebat, neque proinde hanc ex Alcmaeonidarum ſtirpe Strepſiadis coniugem. Inſignis eſt eam in rem et ad illuſtrationem horum Comici verborum ap. Aeſchylum locus, vbi Oreſtes ad. ſororem Electram eamdemque regis regum filiam ait Choëph. 229. *p*).

ἰδοὺ δὲ ὕφασμα τοῦτο, σῆς ἔργον χερὸς,
Σπάθης (ſpathae, inſtrumenti textorii) τε πληγάς·
εἰς δὲ θηρίων γραφήν.

Ita ſenex ad eamdem Electram in cognomine ap. Eurip. dramate 539. κερκίδος ὅτῳ γνοίης ἂν ἐξύφασμα σῆς; Hinc illud Helenae, regiae itidem virginis ac ſponſae encomium apud Theocritum, quod nulla alia in quaſillo talia opera conglomeraret, neque in tela picta maiore arte ſtamen radio intextum ſcinderet, Id. XVIII, 32. ſſ. *q*). A σπάθη vero, noto, vt dixi, inſtrumento textorio factum σπαθᾶν, pro, telam inſtrumento id genus denſare, praeter alia et qui vtriusque vocis ſimul meminit, docebit apud Pollucem Ariſtias, ſed cuius ea de re verba in priore hactenus et in poſtrema etiam eius apud Batauos editione deſunt, ex optimo autem codice Voſſiano ſupplenda ibidem. Nempe l. VII. c. 10. §. 31. vbi poſt verba νήματα Ἡρόδοτος, ſequitur in Mſ. Ἀρισίας (quod nomen in Mſ. etiam legi notant ibi viri docti, ſed nihil praeterea) δὲ ὑφαντικὴν σπάθην καὶ τὸ σπαθᾶν. Quo verbo vſus itidem Diphilus ap. Athen. et Demoſth., vt in ſequ. nota videbitur. Veſtes autem id genus *ſpatha textae*, ob denſitatem, quam inde conſequebantur, πυκνώματα dictae ap. Aeſch. Suppl. 244. Πέπλοις βαρβάροισι καὶ πυκνώμασι: quod nempe σπάθης illius crebris ictibus, ſ. πληγαῖς, vt paullo ante apud eumdem Aeſch., ſubtemen texeretur ac *denſum* inde fieret. Hinc Heſychio, qui ad poſtremum hunc Tragici locum ibi omnino reſpicit: Σπάθημα· πύκνωμα, ἀπὸ τῶν ταῖς σπάθαις κατα-

p) V. 221. ſ. Both. vbi extrema ita leguntur: ἢδὲ θηρίων γραφήν.

q) Ad q. l. plura congeſſit Siebdrat. in edit. Epithal. Hel. (1796.) p. 141. ſ.

κροτούντων τὰ ὕφη. Quibus adde Schol. infra ad Acharn. 179. Στιπτοὶ γέροντες, ἀντὶ τοῦ πυκνοί· εἴρηται δὲ ἀπὸ τῶν ἐσθήτων, αἵ τινες ὑφανθεῖσαι εἰς πυκνότητα συνάπτονται. *Spanh.* ἐσπάδα *telam texebat:* proprie *telam ſpatha denſabat.* In ambiguitate huius verbi ludit *r*), quod ſignificat etiam *prodigere.* Heſych. σπαδᾷ· τρυφᾷ, ἀναλίσκει, ἀσώτως καὶ ἀφειδῶς ἀλυζονεύεται. *Brunck.* Recte. Sed ῥοιμάτιον τοδὶ Schol. interpretatur laceram Strepſiadis ipſius veſtem. Verum vbi hic lateat πρόφασις illa, qua ſe vſum fuiſſe ruſticus ait, equidem non aſſequor. Itaque praeſtat, vt opinor, de veſte, in qua texenda elaborabat vxor, intelligere. *Schütz.*

55. ἔφασκον. ἔλεγον liber Borg. Profecta lectio haec eſt a metricis, qui κατὰ πρόφασιν ſcriptum inueniſſent, quemadmodum ſchol. hunc verſum affert. *Herm.* Mihi in nullo libro κατὰ πρ. inuentum in textis videtur, ſed κατὰ et ἔλεγον interpretamenta eſſe.

λίαν σπαδᾷς. Luſum in hoc verbo, quod tum *ſpathae ictibus* telam denſare, tum prodigaliter ac diſſolute viuere ſignificare, idque in Scholl. monitum, vidit iam Kuſterus. Neque certe aliud acumen in iis Comici verbis quaerendum, vti factum in gallicis, egregiis alioquin ad hanc fabulam notis [Daceriae]. Optimus etiam huius rei interpres Heſychius Σπαδᾷ, τρυφᾷ etc. Sic Diphilus ap. Athen. VII. p. 292. Μειράκιον ἐρῶν πάλιν τὰ πατρῷα βρύκει καὶ σπαδᾷ *rurſus adoleſcens amori indulgens patrimonium deglutit ac prodige diſſipat.* Immo quo ſpectant etiam ap. Demoſth. verba de f. legat. p. 206. [p. 354. T. I. Reisk.] διὰ ταῦτ' ἐσπαδᾶτο ταῦτα καὶ διὰ ταῦτ' ἐδημηγορεῖτο, *haec erant propter quae delicias ageret* etc. Neque haerere debuit, qui ad hunc oratoris locum reſpexit in V.

---

r) Hanc Wiland. expreſſit: daſs ſie *faul* war, will Ich juſt nicht ſagen, ſie *wirkte* nur zu viel. Franco-gallici interpr. haec eſt animaduerſio: elle preſſoit les fils avec une baguette, une ſpatule, une peigne . . . Terme de hautelisſerie pour déligner un morceau de bois dur, en forme de couteau, dont le dos eſt de pluſieurs pouces d' épaiſſeur, qui va toujours en diminuant jusqu' au tranchant, avec lequel on frappe ſur les fils de la tapiſſerie pour les rapprocher. Ariſtophane joue ici ſur la double ſignification de ce mot, qui veut dire auſſi prodiguer.

Ἐσπαθᾶτο Harpocration, an illud reddi debuerit ἀπώλλυτο *perdebatur*, vt a σπάθη, enſis, deductum; an vero per translationem a textoribus deſumtum ſit, vt ap. Ariſt. in hoc Nubb., qui ibi adducitur, loco. Ad quae caeteroquin Demoſth. verba eamdem poſtremam vocem tuetur Vlpianus firmatque itidem his Comici verbis [p. 99. ed. Wolf. Aurel. Allobr. 1607.], ἐσπαθᾶτο dici per translationem a *textorum ſpatha*, additque: κατεσκευάζετο, ἢ ἐπεδαψιλεύετο· ἐκ τοῦ σπαθᾶν καὶ πολλὴν κρόκην ἐμβάλλειν τῇ ἐσθῆτι· ὡς ἔχομεν τὴν χρῆσιν παρὰ τῷ Ἀριστοφάνει ἐν ταῖς Νεφέλαις· ὦ γύναι, λίαν σπαθᾷς. Vnde diſcimus, a multa trama in texenda veſte ſtamini inſerta σπαθᾶν inde pro, *ſumtus extra modum facere* ac *deliciari* a Graecis, vt hoc Ariſt. loco dictum *s)*. *Spanh.* Citat locum hunc Harpocr. V. Ἐσπαθᾶτο, itemque ſuauiſſimus et vere melleus, Ariſtaenetus l. II. ep. XII. cuius haec ſunt verba [p. 90. f. ed. Abreſch.] Ἐγὼ δὲ ϑοιμάτιον αὐτῇ δεικνὺς, ὅπερ ἂν τύχω φορῶν, κωμικῶς τὴν ἄσωτον ὑπαινίττομαι Φάσκων· ὦ γύναι, λίαν σπαθᾷς. Caeterum iocus loci huius latet in ambiguitate vocis σπαθᾶν, quae tam *texere* vel *telam denſare*, quam *dilapidare* et *prodigere* ap. Graecos ſignificat, vt Schol. recte monet. *Kuſt.*

56. ἔλαιον. In Au. 1588. ἔλαιον οὐκ ἔνεστιν ἐν τῇ λιμνύῃ. *Bergl.* Dicit haec ſeruus ſentiens lampadem non amplius lucere.

57. τὸν πότην ἥπτες λύχνον. Lucernam, quae multum olei bibit propter craſſa ellychnia. Lucianus dixit ex contrario, *ſticuloſum ellychnium*, cui non ſatis olei affunditur: πρὸς ἀμαυρόν τι καὶ μικρόσομον λυχνίδιον καὶ διψαλέον ϑρυαλλίδιον ἐπαγρυπνεῖν ἐάσας τοῖς τόκοις, in Timone [c. 14. T. I. p. 124. Hemſt.] *Bergl.* Ad h. l. reſpexit Pollux VI, 20. Vide etiam Harpocr. V. Ἀδηφάγους, Suid. eadem v. et V. Πότης λύχνος. *Kuſt.* Suidas *t)* T. I. p. 52. tradit, Alcaeum λύχνον πότην dixiſſe ἀδηφάγον, ſed in Trago-Co-

---

s) Add. Photius in Lex. p. 390. et Zonar. Lex. T. II. p. 1664. 1665. Egregie legit Wiland. ſimile verbum ambiguum noſtrae linguae: du *verzettelſt* mehr als nöthig iſt.

t) Suidas: πότης λύχνος, παρὰ Ἀττικοῖς, πολὺ ἔλαιον ἀναλίσκων. Cf. Herodiani Philet. p. 432. *Bruncк.*

moedia. At idem de Lyſia tradit Euſtath. ad Odyſſ. p. 1394, 38. vbi et hunc verſum memorat. *Ern.*

58. Pro δεῦρ' ἐλᾶ' Herm. et Schütz. ediderunt δεῦρ' ἴᾶ' ex Suid. cod. L. ap. Ern. et Borg. quo etiam fortaſſis alludit, quod in cod. Elb. eſt, ἴᾶ', atque ἴᾶ' etiam reponi voluerat Bentl. „Nec dubium nobis videtur, ait Herm., quin ἐλᾶε ex interpretatione natum ſit. Ita alibi, vt Eccles. 1084. δευρὶ μὲν οὖν ἴᾶ' ὡς ἐμέ.“

κλάης. Attice nempe pro κλαίης. Eumoeris Ms. Κλᾶειν, Ἀττικῶς· κλαίειν, Ἑλληνικῶς *v*). *Spanh.*

διατί δῆτα κλαύσομαι. Sic recte codd. A. B. [quibuscum faciunt R. L. ap. Ern. et Barocc. ap. Dawes. et Rau.]. Vulgo διατί δὴ κλαύσομαι, claudicante metro. *Brunck.* Quum olim δὴ legeretur, Bentl. *x*) κεκλαύσομαι ſcribendum cenſuit, refutatus a Dawes. M. Crit. p. 95. *Herm.* qui cum *Schütz.* ſequutus eſt Brunckium.

59. ὅτι τῶν. Suid. τῶν γάρ, in Θρυαλλίς. Θρυαλίδων, Ib. *Ern.* Iſta dicens puero alapam infligit. *Schütz.* Ad Genitt. illos ſubint. τινά. Craſſa autem ellychnia plus olei imbibunt, quam tenuia. Poſt haec ſeruus abit.

61. τῇ γαθῇ, Ironice, vt ſupra v. 8. ὁ χρηστὸς οὑτοσὶ νεανίας. *Bergl.* Male in A. C. τᾷγαθῇ. *Brunck.*

---

v) Ita etiam Hudſonus. At Pierſon. (Moer. Attic.) p. 231. edidit: Κλάειν, καὶ κάειν, μετὰ τοῦ α, Ἀττικῶς· μετὰ τοῦ ι, Ἑλληνικῶς.

x) Duriusculum hic eſt et aures offendit, quod να in ἵνα ob geminam ſequentem producitur. Non paulo ſane rotundius corriperetur, et eo pacto Strepſiadae verba caeſura finirentur, quod venuſtius. Adde quod pro ἴᾶ' reponendum eſt ἴᾱ', auctore Suida, qui in V. Δεῦρο locum ſic citat: Δεῦρ' ἴᾱ' ἵνα κλάῃς. Quare omnino reponendum:

Δεῦρ' ἴᾱ' ἵνα κλάῃς. Διατί δὴ κεκλαύσομαι;

Nimirum κεκλαύσομαι pro κλαύσομαι ab Atticis dictum; vt infra in hac fab. [1436.] κεκλαύσεται. *Bentl.* Atqui hic locus viri Cl. coniecturam non firmat, ſed repudiandam plane eſſe clamat. Quippe hic tam certum eſt, quam quod certiſſimum, verbum κεκλαύσεται notione paſſiua adhiberi: quae tamen ſi in altero loco τῷ κεκλαύσομαι tribuatur, nulla prorſus habebitur ſententia. Iamdudum eſt, quod ſic emendandum conieci:

Δεῦρ' ἴᾱ' ἵνα κλάῃς. διὰ τί δῆτα κλαύσομαι;

Atque hanc quidem lectionem in Ms. Barocc. 127. repraeſentari nuper cognoui. *Dawes.* M. Crit. p. 96.

62. (63. Vulgo *περὶ τοὐνόματος δὴ ταῦτ'*.) In *δὴ ταῦτ'* latet participium duale, notans praeterpropter *rixantes nos duo*. An *διατάντ'* i. e. *διατάντε, in diuerſa abeuntes? Reisk.* Cod. Leid. *περὶ τοῦ ὀνόματος δῆτ' ἐλ.* y) quod non malum. Sic corr. Eldik. Spec. Suſpic. p. 36. Ad *ἐλοίδορ.* v. Suid. *Ern.* Languent verba *δὴ ταῦτα*. Sed lectio, quae Erneſtio non displicet, maxime hiulca eſt. Reizius volebat: *δῆτ' αὖτ' ἐλοιδορούμεθα* z) *tunc rurſus altercatio orta*. Nos repoſuimus optimam atque vnice veram Rau. libri lectionem: *δὴ 'ντεῦθεν. Herm.* Tacite hoc etiam recepit *Schütz.*

Lis haec inter virum et vxorem orta de nomine, quod nato filio imponeretur, illius vxoris, ob generis nobilitatem, ſuperbiam et arrogantiam notat; quum vulgo id a patribus fieri ſoleret apud Graecos *a)*. Vnde Iphigenia ab Oreſte, ignara quis eſſet, quaerit ap. Eurip. Or. 499. *Σοὶ δ' ὄνομα ποῖον ἔθετ' ὁ γεννήσας πατήρ*; Sic ap. Plat. in Theage Socrates p. 122. T. I. [p. 7. T. II. ed. Bipont.] *καλόν γε, ὦ Δημόδοκε, τῷ υἱεῖ τὸ ὄνομα ἔθου καὶ ἱεροπρεπές.* Quamquam ſubinde et extra ordinem id a matribus etiam factum, quum in veteri Foedere tum alibi legatur, et quidem poſt inditum etiam prius a parente et a conſanguineis nomen, vti noto Ioannis baptiſtae exemplo factum conſtat, qui quum Zacharias parentis nomine fuiſſet primum appellatus, *Ioannis* dein nomen a matre conſequutus eſt et obtinuit, Luc. I, 59. ſ. *Spanh.*

64. Apte ea nomina fingit poëta, quod Megacles olim *ἱπποτροφίᾳ* nobilis fuerat, ii autem qui ea excellerent, libenter nomina ab equis imponebant liberis, vt Calliae exemplo docet Scholiaſtes. *Ern.* Nomina ab equis derivata tantum nobilioribus familiis, non plebeiis, erant vſitata. *Wiland.* *Ξάνθιππον.* Ex familia illa, vnde erat haec muliercula, duxerat Xanthippus vxorem Agariſten, filiam Megaclis III., ſi primum numeres Alcmaeonis patrem, ex

---

y) *δῆτ' ἐλ.* etiam Bau. In Elb. *δὴ* deeſt.

z) Ita legi iuſſit *Eldik.* h. l. et *αὖτε* refert eo, quod iam antea de luxu nouae nuptae lites fuerant exortae.

a) Vid. *Harles.* de nomin. Graec. (1765.) p. 26. ff. et *Starzii* Comm. quarta (1802.) de nominibus Graecorum p. 9. ff.

quo connubio natus eſt Pericles: inde petitum nomen volebat indere filiolo ſuo, hoc omine forte, vt ipſa etiam olim fieret Periclis alicuius auia. De hac familia vid. Herodotus in Eratone. Erat et alius Xanthippus, Periclis filius. *Bergl.*

65. τοῦ πάππου. Intelligendus eſt auus pueri. Nam ipſe Strepſiades erat Φειδώνος υἱός, vt dicit v. 134. *Bergl.* Pro recepto ap. Athenn. more filiis auorum nomina imponendi *b)*. Vno autem nomine vſos tantum, iuxta alios Graecos *c)*, Athenienſes conſtat, non duplici aut triplici, vt a Romanis factum. Illius vero Athenn. conſuetudinis, auorum nominibus filios nuncupandi, crebra occurrunt apud auctores Atticos et in aliis quoque monumentis antiquis exempla. Sic Plato in Lachete p. 179. [T. V. p. 161. Bip.]: ὅδε μὲν τοῦδε, πάππου ἔχων ὄνομα, Θουκυδίδης· et ſimiliter de alio Thucydide in Theage p. 130. [T. II. p. 22. ed. Bip.] *Thucydides Mileſiae filius Thucydidis nepos.* In Lyſide p. 211. *Ariſtides Lyſimachi filius Ariſtidis nepos;* et: *Lyſis Democriti filius Lyſidis nepos d);* de quo poſtremo addit, eum Socrati ideo fuiſſe ignotum, quod non tam proprio quam parentis nomine vocaretur, ob parentum claritatem. Quem morem multis adhuc poſt ſaeculis apud Graecos aut e Graecis ortis obtinuiſſe, vt filii auorum ac proauorum nominibus vocarentur, video notantem alicubi et improbantem Chryſoſtomum in Genes. Hom. 21. T. I. p. 147. Sauil. καὶ καθάπερ οἱ νῦν ἁπλῶς καὶ ὡς ἔτυχε τὰς προσηγορίας ποιοῦνται, εἰς τὸ ὄνομα, φασὶ, τοῦ πάππου καὶ τοῦ ἐππάππου καλείσθω τὸ παιδίον. *Spanh.*

65. Φειδωνίδην. Nomen, a parſimonia deſumtum *e)*, erat plebeium. Nomen Pheidippidae, de quo conuenit

---

b) Qui etiam apud alios Graecos obtinuit. v. *Sturz.* Comm. quarta p. 11. f.

c) Rebus nempe eorum florentibus, non ſeriore aetate. v. *Harl.* l. l. p. 17. ff.

d) Haec confuſe ſunt tradita. Priora verba: Ariſtides etc. ſunt ex Theage p. 22. T. II. poſteriora e Lyſide T. V. p. 215. f. ed. Bip. vbi tamen Lyſis *Damocratis* filius dicitur.

e) Similia vid. ap. Sturz. Comm. VIta p. 5.

tandem Strepſiadi cum vxore, medium fuit inter nobile et plebeium nomen, ideoque ridiculum. *Wiland.*

66. *τέως* eſt h. l. i. q. *ἕως* ſ. *μέχρι τινός*, aliquamdiu, v. Phot. Lex. p. 409. et *κρίνεσθαι disceptare*, altercari.

τῷ χρόνῳ. Eurip. Med. 1220. *χρόνῳ δ' ἀπέστη tandem* abſceſſit. Idem Herc. Fur. 607. *χρόνῳ δ' ἀνελθὼν ἐξ ἀνηλίων μυχῶν. Bergl.*

67. *κεῖθέμεθα* ſcil. *ὄνομα.* Eſt autem *θέσθαι* verbum propr. hac in re, *imponere nomen.*

68. *Ἐκορίζετο.* Meminit huius loci Suidas V. *Ἐκορίζετο. Kuſt.* Item Zonaras Lex. T. I. p. 671. Eſt autem i. q. *ὑποκορίζεσθαι*, blande et infantum more balbutiendo alloqui. Sequenti orationi deeſt apodoſis; *laetabor*, aut tale quid, eſt ſupplendum. Hinc Coniunctiuus *ἐλαύνῃς*, qui inde pendet, recte ſe habet, neque cum nonnullis codd. in Indic. eſt mutandus.

70. *ξυσίδ' ἔ. ξυσὶς* mulierum alias indumentum, vt Theocr. Id. II, 74. *Καμφισειλαμένα τὰν ξυσίδα τὰν Κλεαρίσας.* Eadem vero non leuis ſolum ac verſicolor Tragicorum aut Comicorum etiam veſtis eaque ferme deaurata, ſeu cum aureis lembis, qua vulgo amicti erant in tragoediis reges, ſed aurigantium quoque in ſolemnibus pompis *f)*, vt hic in Scholl. dicitur, et ſimul a Theocriti Schol.

---

f) Quod Schol. ait, *ξύσις λέγεται τὸ κροκωτὸν ἱμάτιον, ὃ οἱ ἡνίοχοι φοροῦσι μέχρι νῦν πομπεύοντες*, Caſaub. ad Theophr. Char. p. 351. refert ad transuectionem equitum Athenis, de quibus Schol. alibi: *ἐν πορφυροῖς καὶ ποικίλοις ἱματίοις ἐπόμπευον.* Sane Suidas et Harpocr. V. *Ξυσὶς* dicunt *ἱππικὸν* eſſe *ἔνδυμα, τὴν ξυσίδα*: ita enim Harpocr. Suidas *ξύσιδα*, vt Schol. Sed tamen non credo, de transuectione equitum hic ſentire Schol. Neque enim *ἡνίοχοι* ſunt *equites*, ſed *qui currus agunt*; quod forte accipiendum de his, qui victores ludorum ſacrorum in patriam reuerſi per vrbem *ἐπόμπευον.* Sane priorem notam de his accipiendam apparet ex verbis *οἱ εἰσελαύνοντες ἐλληταί.* Nam *εἰσελαύνειν* de his proprie dicitur, qui victores eorum ludorum in patriam reuertebantur, ſiue athletae, ſiue *ἡνίοχοι*, i. e. qui quadrigis vel bigis vicerant. Interpr. Suidae verba illa, *ὃ οἱ ἡνίοχοι φοροῦσι πομπεύοντες, quod aurigae geſtant in pompa Circenſi.* Nec multum refragor, ſi quis ita intelligat: nam Schol. Theocr. in Id. II, 74. *ξυσὶς* (ita enim ibi legitur) *περιβόλαιον λεπτὸν, ᾧ χρῶνται καὶ οἱ ἁρμαλλᾶται.* Sed priorem notam plane

ad dictum modo poëtae locum: καὶ οἱ ἁρμηλάται χρῶνται. Quod itidem a Megacle factum hic tradit, qui ex nepte eius seu sororis filia natus erat Phidippides. De eadem et quidem vt veste muliebri, mentio fit a Lysistrata, a qua fabulae illi nomen, v. 1193. σρωμάτων δὲ ποικίλων καὶ χλανιδίων καὶ ξυσίδων καὶ χρυσίων ὅσ' ἐσὶν ἐμοὶ — vt de splendido vestis genere ibi ea ξυσίδος voce agi liqueat. *Spanh.* Hesych. dicit, secundum quosdam esse *tenuem* vestem, παρὰ τὸ ξύειν, *radere*. Itaque *ralla* possit dici latine; nam et Plautus in Epidico [IV, 2, 46.] videtur opponere *tunicam rallam* et *tunicam spissam*, et *ralla* similiter a *rado* videtur dicta esse. *Bergl.* *Jagdkleid* vertit *Schütz.*, *Reithabit*, *Wiland.*

71. Φελλεὺς mons in Attica, teste Steph. Byz. et Schol. Comici ad Acharnn. 71. *Bergl.* εἶγας scil. ἐλαύνῃς, quod e v. 69. repetendum. Obseruari velim ridiculum ex imitatione et peruersione verborum vxoris. *Schütz.* Citat Suid. V. Φελλέα. *Kust.* [Hinc intelligitur, non recte ab Inu. e cod. Rau. editum esse Φυλλέως.]

72. διφθέραν. Vid. Casaub. ad Theophr. Char. p. 147. [p. 56. ed. Fisch.] Victor. ad Varron. de R. Rust. p. 58. g) Suidas: διφθέρα· ποιμενικὸν περιβολαῖον ἐκ δερμάτων· quod e Schol. sumtum videtur. *Duck.* In Eccles. 80. τὴν τοῦ πανόπτου διφθέραν ἐνημμένος. Est autem ἐνάπτομαι διφθέραν *cilicium apto mihi*, s. *cilicium induo*. In Ran. 428. ἐνημμένος λεοντῆν· Aun. 1250. ἐνημμένοι παρδαλᾶς. *Bergl.* Hinc ἐνειμένος, quod est in cod. Bauar., recte repudiat *Harl.*

73. [Olim ἐπείθετο.] Mollior et numerosior erit versus, si legeris ἐπίθετο. Sic alibi passim habet πιθοῦ et πιθοίμην potius, quam πείθω. *Bentl.* Ei obsequuti sunt

---

accipiendam puto de victoribus certaminum, quum praesertim Megaclem, cuius in hoc versu fit mentio, ter viciisse Olympia ad v. 74. prodat Schol. ξυσίδος porro variis hominibus erat vsus. v. Ruben. de Re Vest. p. 119. *Duck.*

g) Praeter hunc Casaub., qui etiam vocab. posterioris aetatis ἰσάλη, depravatum ex antiquo ἰξάλη, et capreae pellem significans illustrat, *Harl.* laudat Valesii Emendd. V, 7. ibique Burmann. p. 127. et Hemsterhus. ad Lucian. Tim. 6. p. 110. T. I.

Brunck. (quamquam codd. non addicentibus), *Inu. Schütz.* et *Herm.*

74. Ἵππερον. Hesych. hic legit Ἱππάερον. Eum vide h. v. *Kuſt.* Praeterea Suid. laudat *Duck.* Ap. Zonar. Lex. II. 1116. eſt Ἵπερως· ἵππων ἔρως. In Hesych. non modo Ἱππάερον (T. II. p. 61.) ſed etiam Ἵππερον· ἱππικῆς ἔρωτα (p. 63.) legitur. In Photii Lex. eſt ἱππέρων. Eſt i. q. νόσος ἱππική, 233. *Pferdeſucht*, vt *Wil.* vertit.

Recte in membr. ſcriptum eſt κατέχεεν, quod absque his etiam ob verſum reponi debebat. Male vulgo κατέχεε. *Brunck.* Etiam *Ern.* in Not. dicit ſe κατέχεεν e Ms. R. repoſuiſſe, et iam antea ita ſcribendum oſtenderat *Duck.*

75. ὅλην τὴν νύκτα Φροντίζων. Eqq. 1285. ἦ πολλάκις ἐννυχίοισι Φροντίσι συγγεγένημαι. v. Ran. 956. *Bergl.* Interpungebatur [etiam in Inu. ed.] Φροντίζων, ὁδοῦ μίαν — Nos, Reizii et Schürzii ſententiam ſequuti: Φροντίζων ὁδοῦ, μίαν ε. ἀ. dedimus *h*). Atque hanc interpunctionem habent Ms. Bau. edd. Ald. Iunt. Friſchl. [laudd. iam ab Harl.] Frigidius [monente etiam Schütz.] dixiſſet: quum diu ſollicitus fuiſſem, tandem aliquam viam reperi. Illa longe alacriora et ad pellendos ſpectatorum animos aptiora: quum diu viam circumſpexiſſem, tandem vnam inueni plane planiſſimam. Maior eſt enim exſpectatio, ſi clarum et compertum habemus, quid quaeratur, quam ſi ſecus eſt. *Herm.*

76. δαιμονίως in bonam partem, vt plerumque. v. Spanh. ad Plut. 674. Gl. Cod. ἐπιτηδείως. Eſt tamen et in malam partem ap. Lyſiam p. 442. ed. Tayl. *Ern.*

77. ἦν — ἀναπείσω eſt: quam vt ingrediatur, ſi huicce (filium monſtrat) perſuaſero.

78. Haec pronuncians ſenex ſurgit et ad filii lectum pergit; excitaturus eum e ſomno blande appellat, ſimulque manibus mulcet. *Schütz.*

79. ἥδιστ' αὐτόν. Inuerſo ordine, et ſaluo verſu, cod. L. *Ern.* Immo vitiato. *Herm.*

---

h) Probauit Harl. reddens: cogito *de* via —

81. (al. 82.) Perperam vulgo κῦτόν με. Prima in κύω, κυνῶ, corripitur semper. v. Ran. 755. 788. Aesch. Prom. 944. οἱ προσκυνοῦντες τὴν Ἀδράστειαν. σοφοί. Cfr. not. ad Apoll. I, 1238. *Brunck.* Sequuti sunt *Schütz.* et *Herm.*

82. Recte Brunckius pro ἰδοῦ [vt olim legebatur] edidit ἰδού, quo significatur, factum esse, quod fieri postulabatur. Sic Ran. 1378. 1390. Pac. 762. *Herm.* Dextram porrigit adolescens. *Sch.*

83. νὴ τὸν Ποσ. τουτονὶ τὸν Ἵππιον. Quomodo ap. Aesch. S. C. Th. 132. ὁ ἵππιος ποντομέδων ἄναξ· immo solo etiam ἱππείου θεοῦ, *equestris dei*, nomine designatus in Eurip. Phoen. 1701. Cuius appellationis huic deo tributae, praeter notum ea de re Maronis locum Georg. I, 12. *tuque o, cui prima frementem Fudit equum*, causam seu fabulam tradunt praeter Pausan. VIII. p. 435. breuia ad Hom. Scholia Iliad. δ. 346. Hinc ap. Pindarum Ποσειδώνιοι ἵπποι vocantur Olymp. V, 49. f. Diomedis equi, qui victoriam bigis et quadrigis in curulibus apud Olympiam agonibus retulerant. *Spanh.* Eqq. 547. ἵππε' ἄναξ Ποσειδών, vbi vid. not. Videri etiam possunt, quae ad Plut. notaui 396. *Bergl.* τουτονί. Nisi de statua Neptuni equestris intelligere velis, quam simul monstrauerit Phidippides, quod tamen scenae parum conuenit, restat vt cum Schol. statuas, eum instrumentum aliquod aurigationis digitis ostendisse, quod Neptuni equestris quasi quoddam insigne esset. *Schütz.* In v. sequ. subint. λέγῃς.

86. (al. 87.) Quod Inuern. ex Ran. recepit: ἀλλ' εἴπερ μ' ἐκ τῆς καρδίας ὄντως φιλεῖς, metrum in secundo pede violat; retinendum igitur est antiquum: ἀ. εἴπερ ἐκ τ. κ. μ' ὄ. φ. Non rectius ex eodem libro v. seq. recepit: ὦ παῖ, πίθοῦ μοι. Φ. τ' οὖν — Non ι in τί elidi potest. Restituendum est antiquum: ὦ παῖ, πίθοῦ (non opus est pronomine μοι). τί οὖν —

87. Istud πίθοῦμαι [olim vulg.] tinnientibus librarii auribus acceptum refero, qui vtique πίθοῦ iam recens a dictante audiisset, mirum ni venditent Grammatici tamquam futuri secundi medii exemplum, de me fortassis, qui istiusmodi futura nulla esse docuerim, ferio triumphaturi. Hi quidem quin suo se iudicio beare pergant, nullam hic libet operam insumere. Interim vero humaniores quosque

Ariſtoph. manum ſic potius agnituros confido: *τί οὖν πίθωμαι δ. σοι.* Au. 164. *τί σοι πιθώμεθ'*; *Daiues.* M. Crit. p. 217. *πίθωμαι* recte Daweſius, cuius emendationi ſauet cod. C. in quo *πίθομαι.* Vulgo *πιθοῦμαι.* In meo *πειθοῦμαι i).* *Brunck.* Sic Thesm. *τί οὖν δρῶ*; 243. *τί δαὶ ῥῶ*; add. ib. 252. 635. 868. *Herm.*

88. *ἔκτρεψον.* Citat Suid. V. *Ἔκτρεψον. Kuſt.* et *Ern.*

90. Scribendum eſt: *καί τι πείσει*; *num aliquo modo obſequeris?* Ita Br. Herm. Sch. Reiskius coniecit: *κἄτα etiamne?*

91. *Reisk.* legi iuſſit: *εὐρὸ νυν κἀπόβλεπε (καὶ ἀπόβλ.).* — Nempe per feneſtram eum proſpicere iubet. Itaque filius cum patre ad feneſtram abit. *Sch.* In Thesm. 25. *βάδιζε δευρὶ καὶ πρόσεχε τὸν νοῦν. Bergl.*

92. *δρᾷς τὸ θυρ. τ.* In Thesm. 26. eadem verba. *Bergl. τᾠκίδιον. τὸ οἰκίδιον.* Ad hanc formam in Thesm. 349. ſcribi debuit: *κᾠκίαν*, non vt ibi reliquimus, *κοἰκίαν.* Sic Ran. 511. *κᾷνον* pro *καὶ οἶνον. Brunck.*

94. *Φροντιστήριον. Φροντίζειν* aliquando ſignificat *meditari*, quod philoſophorum praecipue eſt. Hinc *Φροντιστήριον* hic dicitur ſchola Socratis. Heſych. *Φροντιστήριον· διατριβὴ καὶ οἴκημα Σωκράτους, καὶ τὸ σχολεῖον k).* Ad hunc, credo, locum Comici reſpexit. Ob eamdem cauſam et Socrates dictus fuit *Φροντιστής*, teſte Xenoph. et Galeno: vt bene monuit Lamb. Bos. Obſeruu. Miſc. c. 12. *l). Kuſt.* Sic infra 1136. de hac Socratis ſchola ſimiliter *κόψας τὸ Φροντιστήριον.* Eamdem vero vocem de *ſchola ſophiſtarum* adhibet in eorum Vitis Philoſtratus l. I. p. 509. [ed. Olear.] vbi de Aeſchine, Rhodi agente, ait: *καὶ σοφιστῶν Φροντιστήριον ἀποφήνας τὴν Ῥόδον ἐκεῖ διητᾶτο.* Adde, quod alibi ab eodem Philoſtrato non philoſophorum, ſed rhetorum, quales erant illi ſophiſtae, orationes *Φροντίσματα* dicuntur, vt Iſocratis, de Vit. Soph. p. 507. *ἄριστα δὲ τῶν Ἰσο-*

---

i) Quod etiam in cod. Elb. et ed. Bas. *Harl.*

k) Cf. Zonar. T. II. p. 1825.

l) P. 65. f. vbi omnem h. l. illuſtrauit. Eumdem Boſium atque etiam Heſ. locum laudauit *Brunck.*

κράτους Φροντισμάτων. Vocem vero Φροντιστοῦ et Φροντιστῶν de Socrate et eius discipulis, vnde Φροντιστήριον hic dicitur *Socratis schola*, a Xenoph. Symp. c. 6. §. 6. et Laërtio II. [§. 27.] *m)*, vt viderunt iam alii, adde et a Platone, de quo mox, adhibitam vsurpauerat iam ante aliquot in hac fabula locis Comicus, vt mox v. 101. 265. 413. Apud Hesych. vero Φροντισταὶ φιλόσοφοι. Sic Φροντίζει, μεριμνᾷ· alibi μεριμνηταί, οἱ φιλόσοφοι· quomodo vna voce μεριμνοσοφισταὶ mox de Socrate eiusque discipulis dicitur v. 100. Quarum *n)* Socratis eorumque qui ei operam dabant ea fuit ratio, quod illi in inuestigandis iis, quae sunt in caelo aut sub terra perpetuo defixi crederentur, prout id Socrati a Melito crimini inter alia versum in Platonis Apol. Socr. [c. 3.] legitur: καὶ περιεργάζεται ζητῶν τά τε ὑπὸ γῆν καὶ τὰ ἐπουράνια· immo de quo paullo ante [c. 2. ed. Fisch. p. 72.] Σωκράτης, ἀνὴρ σοφὸς τά τε μετέωρα Φροντιστής. Hinc de Metone astronomo, qui a Phrynicho Φροντίζων sit dictus, consuli possunt huius Comici Scholia ad Aun. 998. *Spanh.* Φροντιστήριον dicitur schola Socratis, quod philosophi ibi Φροντίζουσι, h. e. *meditantur*. Copiosa est *Wilandi* in Mus. Attico, II, III. p. 35 — 47. de his vocabb. disputatio, cuius summa huc redit: Φροντὶς non proprie, vt Gualtherus ad Pollucis Onomast. censuit, *commentationem* aut *elaboratam de rebus dubiis disquisitionem*, sed *curam*, *cogitationem*, *meditationem* significauit, et Φροντίζειν idem valuit quod μεριμνᾶν, ap. Xen. Mem. 3, 2. etiam *studiosum* esse *alicuius* signif., apud Comicum, quae rarior est significatio, *meditari*, cum mentis contentione et labore cogitare de re quadam, in primis de re leui (Grillen fangen). Φροντιστὴς non quiuis philosophus olim simpliciter appellatus est, etsi Hesych. et Pollux IV. p. 368. auctores sunt, imo per Aristoph. qui primus Socratem, ludibrii causa, hoc nomine appellauit, factum est, vt idem nomen Socrati maneret, quod e Xenoph. Symp. l. l. colligitur. Vocabulum igitur illud eum denotauit, quatenus operam et studium poneret in quaerendo de rebus leuissimis. Hinc Φροντιστήριον non scholam philosophi omnino, aut so-

m) Add. Fisch. Ind. Aesch. Socr. V. Φροντιστής, et Sturz. Lex. Xen. IV. p. 495.

n) Ita ed. Kust. Videtur *appellationum* aut tale vocab. excidisse.

phiſtae, qui quidem non dici poterant nugis et inanibus quaeſtionibus occupari, ſed locum, in quo ὁ Φροντιστὴς (Socrates) habitat, indicauit, vnde et ab Hes. explicatur οἴκημα Σωκράτους. Nullo enim loco veteris ſcriptoris doceri poteſt, voc. Φροντιστήριον ante tempora Ariſtoph. fuiſſe vſitatum, aut ſchola̅m omnino ſignificaſſe. Lucianus enim Ner. c. 1. hoc voc. de Muſonio tantum ita vſurpauit, vt ad Ariſtoph. locum alluderet. Dacieria reddidit *obſervatoire*, recens francog. int. *lieu de meditation*. Schütz. *eine Philoſophenſchule*, ſed Wiland. maluit graecum voc. retinere, quoniam nullo vernaculo exprimi poſſe videtur. Idem monuit, Socratis domum videri admodum exiguam et tenuem fuiſſe.

95. ἐνταῦθ' ἐνοικοῦσιν. In Thesm. 29. ἐνταῦθ' Ἀγάθων ὁ πλησιὸς οἰκῶν τυγχάνει. *Bergl.* οἱ τὸν οὐρανὸν λέγοντες. Accuſatiuus pro Nominatiuo [ὡς ἔστιν ὁ οὐρανὸς πνιγεύς]; de qua conſtructione Atticorum v. ad Plut. 55. *Kuſt.* Pro περὶ τοῦ οὐρανοῦ λέγ. *Bergl.*

96. ἔστιν πνιγεύς. Sic ad metri legem ſcribendum fuit. Perperam vulgo ἔστι. *Brunck.* Primum eſt, quod Socrati hic adfingitur, quaſi *coelum fornacis* inſtar eſſe dixerit, qui terram ambiat, *homines* vero inſtar *carbonum*. Quod infra Anu. 1001. o) de *aëre*, ceu *fornace*, ſimiliter a Geometra dicitur. Id vero, quod Socrati hic adfingitur, velut ab Hippone philoſopho iam ante dictum, fugillaſſe Cratetem in comoedia Πανόπταις, tradunt Scholia. Quod tamen non obſtat, quidquid alii in iisdem Schoil. obtendere in contrarium dicuntur, quin ad traducendum Socratem et inter alia velut primum rei longe ridiculae adfertorem, hoc ab Ariſtoph. drama fuerit concinnatum. Aliam quidem Socratis de *coelo* ſententiam fuiſſe, e Platone eius diſcipulo ſat licet percipere, qui coelum etiam deum eſſe, omniumque bonorum cauſam nobis exſtitiſſe tradiderit in Epinomide T. III. p. 977. [T. IX. p. 244. Bip.] p) Mitto, quod non πνιγέα quidem ſ. *fornacem*, ſed *fornicem* ſ. καμάραν coelum eſſe dixerunt e priſcae eccleſiae Chriſt. doctoribus nonnulli, nempe coelum in fornicis ſimilitudi-

o) Eum locum etiam *Bergl.* laudauit.

p) Si libellus ille Platonem habet auctorem.

nem terrae imminere, et vndequaque velut muris firmiſſimis terrae inniti, et quidem ex Eſai. XL, 22. ὁ στήσας τὸν οὐρανὸν ὥσπερ καμάρην. Quam in rem videri poteſt Euſebius in Commentario nuper in hunc propheram edito *q)* p. 511. et in eodem volumine diuulgatum ſimul Cosmam [Topographiae Chriſt.] lib. VIII. p. 306. et eam in rem editoris B. de Montfaucon Praef. in Euſeb. Comm. in Eſaiam p. 356. *Spanh.*

97. κἄστι περὶ ἡμᾶς οὗτος. Euripides, philoſophus ſcenicus, in Bacch. 292. τοῦ χθόν' ἐγκυκλουμένου αἰθέρος. *Bergl.*

ἄνθρακες. In edit. Farr. eſt ἄνδρακες, quae etſi non ſit vox bona, tamen non omnino debet reiici; potuit enim forte ἄνδρακες dixiſſe, voce corrupta, vt ſimul intelligantur ἄνδρες, *homines*, qui ſunt ſub coelo, et ἄνθρακες *carbones*, qui ſunt in fornace; coelum autem fornaci eſſe ſimile dicit. Sic etiam Lyſiſtr. 342. eadem editio habet ἀνδρακεύσιν pro ἀνθρακεύειν, vbi itidem data opera videtur feciſſe Comicus confuſionem harum vocum: nam mulieres ibi referunt viros dixiſſe ὡς χρὴ ἀνδρακεύειν τὰς γυναῖκας πυρί, *igne cogendas eſſe, vt redeant ad viros, aut miſcentur viris aut ſentiant cum viris.* Vbi minus attentus auditor putaret *r)*, *in carbones redigendas eſſe igni*, vt ipſae etiam mulieres putabant. Sic etiam Pac. 414. finxit vocem corruptam ἁρματωλίας, in qua et voc. ἅρμα latet et ἁμαστωλία, vt ſignificet *vitioſam currus agitationem.* v. ad Acharn. 36. *Bergl.*

98. διδάσκουσ' ἀργύριον ἤν τις διδῷ. Quod ſimiliter praeter omnem veri ſpeciem, vt in Scholl. etiam dicitur, Socrati tribuitur *s)*; quaſi ille mercenariam ſcholam ape-

---

q) a Bern. de Montfaucon in Collectione noua Patrum et Scriptorum T. II. 1706. f. Lut. Par.

r) Id vix fieri potuit, quum litterarum δ et ρ ſonus admodum fuerit diuerſus. Nec Harles. adſentitur Berglero.

s) Socrates numquam ab auditoribus mercedem accepit. Idem a vanitate plurimum aberat. Valetudini quoque inſeruiebat, adeo vt pallidus minime dici poſſet. Verum Ariſtoph. omnia Sophiſtarum vitia in Socratem transtulit, qui tragoediis, Euripideis praeſertim, delectabatur, Comicos vero poëtas aſper-

ruiſſet, in qua, accepta demum pecunia, diſcipulos edoceret, qua dicendi arte, vt mox videbitur, cauſas iuſtas vel iniuſtas iidem obtinerent. Quo nihil vtique magis alienum a Socratis moribus et inſtitutis legitur, qui hanc *μισθαρνικήν*, ſ. *artem mercenariam* Sophiſtis illius et ſequentium aetatum propriam apud Platonem haud vno loco exagitat, vt in Soph. p. 223. T. I. [p. 213. T. II. Bip. f. c. 9. ed. Fiſch.] vbi eo praeſente inducitur artis illius, quae ad docendam virtutem, *μισθὸν δὲ νόμισμα*, *pro mercede pecuniam* exigit, propola; ipſa vero ſophiſtica *μισθαρνικῆς, νομισματοπωλικῆς*, *mercenariae et pecuniae conflandae ergo inſtitutae* nominibus ibi indigitatur, et inde iuuenum diuitum ac nobilium praeda. Adde in Euthyd. p. 304. T. I. [p. 33. T. III. ed. Bip. f. c. 33. ed. Routh.] vbi ab ipſo Socrate de iisdem ſophiſtis et iisdem verbis, quibus h. l. id Socrati tribuit Comicus, *διδάξαι τὸν ἐθέλοντα ἀργύριον δεῦναι*, quod ad Calliam ſimiliter dicit in Xenoph. Sympos. I, 5. *σὺ μὲν Πρωταγόρᾳ τε πολὺ ἀργύριον δέδωκας ἐπὶ σοφίᾳ, καὶ Γοργίᾳ καὶ Προδίκῳ καὶ ἄλλοις πολλοῖς*. Adde eumdem in Mem. Socr. I, 2, 7. dicentem *ἐθαύμαζε δὲ εἴ τις ἀρετὴν ἐπαγγελλόμενος, ἀργύριον πράττοιτο*. Vnde nominatim de eo tradit in eius vita Laërtius l. II. [§. 27.] p. 96. vlt. edit. [Meibom. T. I.] *μισθόν τε οὐδένα εἰσεπράξα-*

---

nabatur. Itaque eum Ariſtophanes, quod et Eupolis aliique fecerunt, hac ratione vlciſcitur, vt eius nomen falſis opprobriis obruat. Callide autem hic ibi quaedam intermiſcet, quae Socrati proprie erant; v. c. *ἀνυπόδητος* ſ. *discalceatus* ambulabat philoſophus. *Schütz.* Falſa eſſe haec crimina, iam Xenophon M. Socr. I, 2, 4. ff. teſtatus eſt. At in perſona Socratis omnium philoſophorum vitia irriſit Comicus. Sophiſtas pro pecunia artem docentes irridet Socrates ap. Plat. in Menone p. 371. ff. vol. IV. ed. Bip. *Harl.* De Socrate vere hoc dici non potuit, qui numquam ab auditoribus ſuis mercedem accepit. Sed hoc faciebant plerique alii ſophiſtae. Hac autem fabula ſub perſona Socratis philoſophos omnes traducit Ariſtophanes, et quae ſingulis in ratione vitae et doctrina inerant ridicula, ea ſimul omnia in Socratem confert. Sic ſolent etiamnum Comici noſtri, qui in perſonam aliquam fictam vitia et ridicula congerunt in multis hominibus obſeruata. Hoc non ignorabant Athenienſes, quorum nulli non notus erat Socrates. Huius obſeruationis meminiſſe lectorem velim ad omnes locos, vbi Socrati, qui philoſophorum omnium perſonam ſuſtinet, vel dogmata vel actiones tribuuntur, a quibus eum ſcimus fuiſſe alieniſſimum. *Brunck.* Verum nec in Sophiſtas omnia cadunt, quae comica licentia effudit.

το τ), nempe a discipulis; quem antea, et dum in officina lapidaria adhuc ageret, stipes ad vsum vitae necessarias cepisse dixerat idem Laërt. p. 92. *Spanh.* Sophistae ἐρασιχρήματοι non nisi pro pecunia docebant illam artem, qua quis dicendo quidlibet posset perficere: quae dicitur rhetorica et ars persuadendi; cuius maximam esse potentiam in rebus humanis Hecuba dicit ap. Eurip.: ac proinde operae pretium esse, vt quis ante omnia eam addiscat, sumtibus non parcens, in cognomine dramate v. 803.: τί δῆτα ἄνητοὶ τἄλλα μὲν μαθήματα Μοχθοῦμεν ὡς χρὴ πάντα καὶ μαστεύομεν; Πειθὼ δὲ τὴν τύραννον ἀνθρώποις μόνην Οὐδέν τι μᾶλλον ἐς τέλος σπουδάζομεν, Μισθοὺς διδόντες μανθάνειν, ἵν' ἦ ποτε Πείθειν ἃ τις βούλοιτο τυγχάνειν θ' ἅμα. *Bergl.*

99. (al. 100.) λέγοντα νικᾷν κ. τ. λ. Tertium calumniae genus, qua hic adficitur Socrates, quasi artis illius et quidem proposita prius pecuniae mercede, foret magister, quam edoctus quis, siue iustam siue iniustam causam coram iudicibus ageret, posset eam ex aequo vincere. Quod rhetorum quidem vel sophistarum proprium exstitit, non vero Socratis; de quibus ab eo dicitur ap. Plat. in Euthyd. p. 272. [p. 6. T. III. Bip. f. c. 1 Routh.] οὕτω δεινὼ γεγονάτον ἐν τοῖς λόγοις μάχεσθαί τε καὶ ἐξελέγχειν τὸ ἀεὶ λεγόμενον ὁμοίως, ἐάν τε ψεῦδος ἐάν τ' ἀληθὲς ᾖ, ac proinde, quod hic a Comico dicitur, *causam seu iustam seu iniustam*, ex aequo *vincere*. Quum contra de Socrate tradat Xenophon Mem. I, 1, 16. illum semper de rebus humanis disseruisse τί δίκαιον, τί ἄδικον κ. τ. λ. Socratem caeteroquin antequam se philosophiae totum addiceret, cum Aeschine discipulo artem dicendi docuisse (ῥητορεύειν ἐδίδαξεν), eamdem vero a triginta tyrannis docere vetitum tradit Laërtius d. l. p. 91. et postremum etiam Xenophon Mem. 1, 2, 31. De hoc orationis genere, quo, vt hic a comico dicitur, causae iniustae vincerentur, agitur paullo post v. 114. et 115. et pluribus infra Act. III. sc. II. vbi mutuae *Iusti* et *Iniusti* concertationes leguntur. *Spanh.*

101. Μεριμνοφροντισαί. Eumoeris Ms. [Moeris p. 264. Piers.] μεριμνῶν· Ἀττικῶς υ). φροντίζων, Ξενοφῶν.

τ) Add. Bos. Obss. Critt. p. 63. f.

υ) Pro hoc voc. Ruhnk. et Piers. coniecerunt legendum ἀντὶ τοῦ φρ.

Vna vero hic vox e duabus illis, et vtraque Attica, vocibus compolita. Quamquam voc. μέριμνα quod adtinet, eadem Ionibus etiam, quippe Athenn. colonis, erat familiaris; vt vel ex Anacreonte colligas, apud quem in Odario XXV. eoque decem verfuum, ter vox μέριμνα et μέριμναι legitur, et bis ap. Aefch. S. C. Th. 84. et 113. Hefychius vero opportune ad hunc Comici locum: Μεριμνηταί, οἱ φιλόσοφοι. Apud Chryfoft. vero lib. de Virgin. p. 252. T. VI. Sauil. dicitur οἱ τῆς οἰκουμένης μεριμνηταὶ *orbis curatores*, feu, qui de hominum communitate, ne illa intereat, funt folliciti. *Spanh.* Euripides philofophos vocat μεριμνητὰς λόγων Med. 1228. quos ibi notat, quia ftatuant aliquam beatitudinem in hac vita fiue fummum bonum: Τὰ θνητὰ οὐ νῦν πρῶτον ἡγοῦμαι σκιάν· Οὐδ' ἂν τρέσας εἴποιμι τοὺς σοφοὺς βροτῶν Δοκοῦντας εἶναι καὶ μεριμνητὰς λόγων. Τούτους μεγίστην μωρίαν ὀφλισκάνειν. Θνητῶν γὰρ οὐδείς ἐστιν εὐδαίμων ἀνήρ· Ὄλβου δ' ἐπιῤῥύεντος εὐτυχέστερος Ἄλλου γένοιτ' ἂν ἄλλος· εὐδαίμων δ' ἂν οὔ. Componitur autem μεριμνοφροντιστὴς ex μέριμνα et φροντιστής· poſterior vox ſignificat *ſtudioſum et philoſophum*, et occurrit infra 455. et 1038., prior *curam et ſtudium philoſophicum*, infra 1407. *Bergl.*

καλοί τε κἀγαθοί. Et hoc videtur comice dici: *ſatis boni homines et probi.* Locutionem hanc καλός τε κἀγαθὸς illuſtrat Dawes M. Cr. p. 243.

102. *Reisk.* diſtingui maluit: πονηροί γ'. οἶδα τοὺς ἀλαζ.

103. τοὺς ὠχριῶντας, τοὺς ἀνυπ. Verſum hunc et ſequentem absque nomine auctoris citat Athen. L. V. c. 3. p. 188. [p. 227. T. II. ed. Schweigh.] Eodem reſpexiſſe videtur Theocritus Id. XIV, 3. — ἀφίκετο Πυθαγορισής, Ὠχρός, ἀνυπόδητος etc. Color nempe pallidus in philoſophis praecipue notari ſolebat. Hinc Lucianus init. Iou. Tragoed. [c. 1. T. II. p. 642. ed. Reiz.] ὠχρὸς περιπατῶν, φιλοσόφου τὸ χρῶμ' ἔχων. Ecce! palorem dicit eſſe *colorem philoſophi.* Idem in Icaro-Menippo [c. 5. T. II. p. 756. Reiz.] philoſophis tribuit προσώπου τε σκυθρωπότητα καὶ χρόας ὠχρότητα. Vide eumdem in Bis Accuſ. p. 224. [c. 16. p. 851. T. II.] Cum pallore philoſophorum Comicus noſter hic coniungit ἀνυποδησίαν. Solebant enim philoſophi auſteriores et adſtrictioris vitae discalceati incede-

re *x*): quod Socratem feciſſe diſcimus ex v. 362. itemque ex Xen. Mem. I. p. 729. [I, 6, 2.] Sic ap. Athen. IV. p. 163. E. Diodorus Aſpendius, philoſophus, dicitur *ῥυπῶν καὶ ἀνυποδητῶν*. Alciphron Epiſt. 3. [Lib. I.] *ἤκουσά τινος τῶν ἐν τῇ Ποικίλῃ διατριβόντων ἀνυποδήτων καὶ ἐνεροχρώτων*. Intelligit philoſophos Stoicos. Lucianus in Icaro-Menippo p. 209. [c. 31. T. II. p. 788.] philoſophum deſcribens, praeter alia ait: *αὐχμῶ καὶ ψυχρολουτῶ καὶ ἀνυπόδητος τοῦ χειμῶνος περιέρχομαι*. Cynici praecipue, qui aliis philoſophis auſteriores videri volebant, nudis pedibus incedere ſolebant. Hinc apud Lucianum in Dialogo Cynici et Lycini p. 717. [c. 1. T. III. p. 539.] Lycinus alteri inter alia obiicit *τὸ ἀνυποδητεῖν*. Lucillius in Epigr. Anthol. L. II. c. 52. *y*). Meneſtratum Cynicum vocat *ἀνυπόδητον καὶ ῥιγοῦντα*. Interdum tamen viros etiam ſplendidioris fortunae et dignitate conſpicuos, diſcalceatos inceſſiſſe legimus, vt aliis patientiae et adſtrictioris vitae exemplum praeberent. Sic de Catone Vticenſi teſtatur Plutarchus in eius vita p. 780. [c. 6. T. IV. p. 371. Reisk.] eum, etiam quum praetor eſſet, *ſine calceis et tunica* ſaepe ad tribunal acceſſiſſe: *ἀνυπόδητος καὶ ἀχίτων πολλάκις ἐπὶ τὸ βῆμα προσερχόμενος*. Idem de Phocione in eius vita p. 743. [c. 4. T. IV. p. 302.] tradit: *ὅτι κατά γε τὴν χώραν καὶ τὰς στρατείας ἀνυπόδητος ἀεὶ καὶ γυμνὸς ἐβάδιζεν*. Photius in Bibliotheca p. 1485. de Lycurgo oratore: *ἀνυπόδετος τὰ πολλὰ διῆγε, εἰ μὴ τὸ πρέπον αὐτὸν ἐβιάζετο πρὸς τὴν τῶν ὑποδημάτων κατεληθεῖν χρείαν*. Vide etiam Philoſtratum in epiſt. ad *μειράκιον ἀνυπόδητον* p. 384. Collect. epiſt. Graecan. ed. Geneu. [ep. 22. p. 922. f. ed. Clear.] vbi *τὴν ἀνυποδησίαν* laudat, eamque hercibus et philoſophis conuenire ait. Ageſilaus iam ſenex *ἀνυπόδετος πολλάκις καὶ ἀχίτων προῆει* teſte Aeliano V. H. VII, 13. vbi vide Periz. *Kuſt.* De quo *ἀνυποδησίας* apud veteres Ethnicos ritu, a philoſophis aliisque adſtrictioris vitae hominibus quum in ſacris etiam et ſo-

x) *ἀνυπόδητος* intell. non omnino *diſcalceatos*, ſed qui non vtuntur calceis cauis, quae proprie ſunt *ὑποδήματα*, quibus elegantiores vtebantur, quum ſeueriores *ſoleis*. v. Salmas. ad Tert. de pall. p. 386. *Ern.* Dubitari tamen poteſt, vtrum h. l. ita accipiendum ſit. Cf. *Sturz.* Lex. Xen. I. p. 276. f.

y) n. 30. T. II. p. 325. Brunck. Anal. T. III. p. 35. Iacobs. Anth. vbi v. Iacobs. Anim. T. II. P. II. p. 160.

lennibus deorum pompis, tum in luctu et graui calamitate vſurpato, ad Callim. Obſſ. p. 728. [ad h. in Cer. 125. p. 819. T. II. Ern.] nec de Gentilium ſolum, ſed de Hebraeorum quoque ea in re inſtitutis notauimus. *Spanh.* [qui praeterea v. 362. et Xenoph. Mem. S. loc. laud. affert.] Hoc philoſophorum erat, praeſertim qui auſteriorem quamdam ἄσκησιν profitebantur. v. Salmas. ad Tert. de pall. p. 417. Spanh. ad Call. h. in Cer. 125. Meminit etiam Brod. V. Miſc. 18. *Duck.*

104. κακοδαίμων Friſchlin. vertit: *genius;* quod miror, quum hic notet, vt vulgo notare ſolet, *infelix. Kuſt.*

Σωκράτης. Iſte ergo eſt vnus illorum, qui nudis pedibus ambulant et qui rhetoricam docent. Nudis pedibus eum ambulaſſe etiam v. 362. dicitur, et ipſe de ſe fatetur epiſt. VI. *z)* quum ſcribit: ὑποδήμασι πάμπαν οὐ χρῶμαι. Alii ex veteribus multi idem teſtantur, vt abunde oſtenſum a viris eruditiſſimis; artem autem dicendi eum etiam docuiſſe aliquando, probat Spanhem. ex Laërt. p. 91. et Xen. Mem. I, 2, 31. *Bergl.*

Χαιρεφῶν. Inde ille cum Socrate hic coniungitur, quod Chaerephon, vt ab eodem ap. Plat. in Apol. Socr. p. 21. T. I. [c. 5. vbi vid. Piſch. p. 83.] dicitur, ἐμὸς ἑταῖρος ἦν ἐκ νέων. *Spanh.*

106. εἴ τι κήδει. Acharn. 1027. ἀλλ' εἴ τι κήδει Δαρκέτου Φυλασίου, ὑπάλειψον κ. τ. λ. *Bergl. Si quam curam habes paterni victus.*

107. σχασάμενος τὴν ἱππικήν. Syneſius epiſt. 128. τοῖς Φυκουντίων κωπεῦσι διείλεγμαι, σχασάμενος ἱππικήν. De verbo autem σχάσασθαι ſ. σχάσαι Scholiaſtes adducit Eurip. locum, quem in Phoen. inuenio v. 411. σχάσον δὲ δεινὸν ὄμμα καὶ θυμοῦ πνοάς· vbi Scholia: κατάπαυσον, καρτέρησον, ἄνες· ἡ μεταφορὰ ἀπὸ τῶν ἐρεσσόντων *a)*. σχάσαι γὰρ τὸ ἐπι-

---

z) Epiſtolas tamen Socrati tributas eſſe ſpurias conſtat.

a) σχάσασθαι, *cohibere, deſiſtere.* Metaphora ſumta a remigibus, qui σχάσαι dicuntur τὰς κώπας, dum remigare deſinunt, notante Schol. ad Pind. Nem. IV, 105. Cf. Schol. ad Eurip. Phoen. 411. et V. D. in Miſcell. Obſſ. Vol. III. T. I. p. 106. *Harl.*

σχεῖν τῶν κωπῶν τὴν εἰρεσίαν· cum quo conuenit et Comici Scholiastes: σχάσαι γάρ, τὸ κωπηλατοῦντα σῆσαι τὴν κώπην. Atque ita vsurpauit hoc verbum Pindarus, vt idem testatur: κώπαν ἤδη μοι σχάσαι b), etiam Eurip. Troad. 810. Σιμόεντι δ' ἐπ' εὐρείτᾳ πλάτων ἔσχασε ποντοπόρον *ad pulchre fluentem Simoëntem fitit remum*, i. e. *nauem pontigradam*; et Callimachus [fragm. 104, 1.] οἱ μὲν ἐπ' Ἰλλυρικοῖο πόρου σχάσαντες ἐρετμά. *Bergl.*

108. Recte Brunck. et ed. Lips. [etiam *Schütz.*] γ' ἐμοὶ pro vulg. γέ μοι. *Herm.* v. ad Plut. 925. *Bergl.*

109. τοὺς Φασιανούς. Dubitarunt iam olim eruditi, vtrum vox Φασιανούς in h. l. Arist. de auibus, an vero equis ita dictis intelligenda sit. Schol. vetus varias tantum aliorum de h. l. opiniones recenset, nihil ipse definit. Athenaeus l. IX. c. 9. [c. 37. p. 427. f. T. III. Schweigh.] aues vel gallinas phasianas a Comico hic intelligi putat. Contra Thomas M. [p. 885. vbi vid. Oudend.] Φασιανοὶ ἵπποι· Ἀριστοφάνης ἐν Νεφ. κ. τ. λ. Φασιανικοὶ δὲ ὄρνεις c). At sequor hic potius sententiam Athenaei. Quoniam enim Leogoras, teste Schol. nostro, erat homo luxuriosus et gulae deditus, et proinde probabile admodum est, eum gallinas phasianas quoque aluisse (quippe quae hodieque a principibus et magnatibus in deliciis habentur): apparet, Aristophanem de industria huius rei mentionem feciſſe, vt luxuriam Leogorae d) obiter et quasi aliud agendo perstringeret. Praeterea minime verisimile mihi videtur, equos ex Colchide, regione tam disita, Athenas adductos

---

b) In Pind. Pyth. X, 79. est σχάσειν κώπαν.

c) Eodem modo Herodian. ad calcem Moer. ed. Piers. p. 466. vbi tamen etiam Sallier. gallinas s. aues, quas gulosus Leogoras magnis sumtibus alebat, intelligi iubet, adsentiente *Harl.*

d) Ilium ventri deditum fuisse testatur ap. Schol. Plato Comicus, qui de eo etiamnl de *Glaucete* atque *Merycho* dicis: εἰ ζῆτε τερπνῆς, οὐδὲν ἐνθυμούμενοι. Nempe hunc Leogoram cum talibus viris coniunxit, quorum gulositatem non semel perstringit Comicus noster, et iunctim eorum mentionem facit in Pac. 1008. Caeterum cum dicit, hunc Leogoram phasianos aluisse, galli vtique Colchici intelligendi videntur, quos saginabat, ventri sacrificandos. *Bergl.*

fuiſſe; praeſertim quum Theſſalia, Graeciae vicina, equis generoſis minime careret. Haec eſt mea de h. l. Comici ſententia, quam etiam Annae Fabri, illi Muſarum delicio, in notis gallicis ad drama Nubium probari video. *Kuſt.* Nulla eſt hic ambiguitas: de Phaſianis gallinis hoc intelligendum. Enimuero abſurdum eſſet, adoleſcentem dicere: *equitandi ſtudium non abiicerem, etiamſi mihi dares pulcherrimos equos e).* Praeterea notae gulositatis Leogoras gallinas phaſianas ſaginabat; nihil illi cum equis fuit rei. V. not. ad Phrynich. p. 204. *Brunck.* Fallitur Brunckius; nam quod abſurdum eſſe cenſet, adoleſcentem ne tum quidem ab equitandi ſtudio ſe receſſurum dicere, ſi ſibi pulcerrimi darentur equi, id recte monuit Wilandius riſus excitandi cauſa conſulto ſcripſiſſe Ariſtophanem *f).* Homo enim, qui nihil equis noſſet praeſtantius, non poterat aliam ſibi legem et conditionem dari velle, quam quae ſummam ipſi vim habere videretur. Quae conditio quo eſt ineptior, eo magis oſtendit, quam ille penitus ſit equorum amore imbutus. *Herm.*

112. ἀμφω τὼ λόγω. Iſocrates in Encomio Helenae ſub initium [T. II. p. 328. ed. Auger.] δύο λόγω περὶ τῶν αὐτῶν πραγμάτων ἀντειπεῖν. Vid. not. infra 889. *Bergl.*

113. Ad h. l. reſpicere potuit Laërtius l. II. ſect. 20. vbi ait: καὶ Ἀριστοφάνης αὐτὸν (Σωκράτη) κομῳδεῖ, ὡς τὸν ἥττω λόγον κρείττω ποιοῦντα. *Kuſt.* Alii adhuc ſunt in hac fabula loci, vbi id velut a Socrate hauſtum ſugillat Comicus; vt quis inferiorem ſermonem ſ. cauſam dicendo ſuperiorem efficeret, ſicut quum de huius Strepſiadis filio a Socrate iam edocto dicitur: vnde, in quibus tota eius rei

---

e) Ita etiam ſtatuit *Ducker.* Athenaeo adſentiens. „Ineptum enim videtur, inquit, ſi ſuadenti vel roganti, vt ab aliquo ſtudio deſiſtas, reſpondeas, te id non facturum, etſi tibi dentur multa egregia ad id ſtudium pertinentia, vt ſi hortanti, vt libros negligas, dicas te non facturum, etſi praeſtantiſſimos tibi libros dederit. Schol. ait, ſi equi intelligantur, conuenire id ſtudio et inſtituto adoleſcentis. Sed non tam ſtolidum inducit eum poëta, vt ita inepte reſpondeat."

f) Praeſert enim Wil. ideo hanc explicationem alteri, quam Athenaeus probauit, 1. propter equorum ſtudium, quo Phidippides flagrabat, 2. quod ita oratio ſit multo magis comica, ideoque ingenio Comici conuenientior.

ratio fuerit fita, liquido declaratur, v. 1317. γνώμας τ' ἐναντίας λέγειν τοῖσι δικαίοις, ὥστε νικᾶν ἅπαντας κ. τ. λ. Adde, vbi idem Phidippides inducitur, qui parenti Strepſiadi probare adgreditur, iure patrem a filio poſſe verberari, et quidem data patri optione v. 1340. quem eligeret e duobus ſermonibus τὸν κρείττον' ἢ τὸν ἥττονα. Hinc praeter Laërtium, qui ad haec Conici loca omnino reſpexit iis verbis, quae iam adtulit Kuſter., aut in adducto ad huius fabulae προθεωρίαν c. 13. l. 2. Aelianus, et, quem ibi memorat Perizonius, Maximus Tyrius diſſ. VIII., addendum eſt, in memorata paullo ante Meliti accuſatione Socrati in iudicio Athenn. adtentata, id inter alia ei obiectum, vt in Apol. Socr. ap. Plat. legitur p. 19. [c. 3. vbi v. Fiſch. p. 76.] καὶ τὸν ἥττω λόγον κρείττω ποιῶν καὶ ἄλλους διδάσκων. Iſtud autem non in philoſophorum quidem, ſed in rhetorum ſcholis agitatum, et quid proprie denotet, ab Ariſtotele traditur Rhetor. 2, 24. Ibi enim duo adponit veriſimilia: vnum quidem vere tale, alterum vero non ſimpliciter; vt, ſi quis de illatis verberibus accuſatus, paratam habeat defenſionem, quod ſit debilis nec proinde illo crimine teneatur; ſeu, ſi ſit robuſtus, non eſſe veriſimile, eum eſſe illi culpae obnoxium, quia veriſimile futurum erat, vt videretur. Quibus addit continuo philoſophus: καὶ τὸ, τὸν ἥττω δὲ λόγον κρείττω ποιεῖν, τοῦτ' ἐστι. Nec diſſimulat, moleſte tuliſſe homines *illam Protagorae profeſſionem*, ſeu τὸ Πρωταγόρου ἐπάγγελμα. Hic enim *Protagoras* (non autem Socrates eiusue diſcipuli) *Sophiſtarum acerrimus*, ingenti pecunia, vt de eo Gellius N. A. V, 3. extr. g) docere pollicebatur, *quanam verborum induſtria cauſa inferior ſieret potior. Quam rem graece ita dicebat:* τὸν ἥττω λόγον κρείττω ποιεῖν. Quae quidem adducta modo philoſophi verba inſigniter illuſtrant indeque etiam illuſtrantur. Prout caeteroquin, vt hoc addam, idem ἡττων λόγος ſ. *inferior cauſa*, χείρων λόγος ſ. *peior cauſa* dicitur ap. Lucian. Vit. Auct. p. 388. [c. 27. T. I. p. 569. Reiz.], vbi nempe mercator ademtum modo a ſe ſeruum ait, eum a ſe mox in piſtrinum coniectum iri, *quo illum ſat certum reddam*, με ἵνα τοῦτον ἀσφαλῆ ποιήσω, *me herum eius eſſe ſecundum peiorem cauſam*, πείσω εἶναι δεσπότης, κατὰ τὸν χείρω λόγον. Quod

g) Hunc et Laertii atque Aeliani loca laudauit etiam *Duck*.

proinde haud alius fit ille κρείττων, vel alter ἥττων f. χείρων λόγος, quam *cauſa* f. *defenſio iuſta* vel *iniuſta*, abunde e modo dictis liquet, et ex ipſo huius fabulae contextu, maxime autem e memoratis paulo ante, quaeque poſtea ſequuntur Δικαίου et Ἀδίκου in hoc dramate ſcenis. *Spanh.* Difficultas loci recte vertendi exiſtit inde, quod, quam notionem vtriusque λόγου indoctus Strepſiades conceperit, non ſatis intelligitur. Quum Protagoras docere ſe profiteretur, τὸν ἥττω λόγον κρείττω ποιεῖν, artem indicauit argumentis infirmis ſpeciem veritatis et grauitatis conciliandi, quae ars ad forenſes cauſas applicata, periculo carere non potuit, etſi videri poterat certis quibusdam modis et prodeſſe et cum honeſtate non pugnare. cf. Quintil. XII, 1. Protagoras autem abuſum ſuae artis non magnopere curaſſe videtur. Inde factum eſt, vt ea apud Athenn. male audiret, et exiſtimaretur, nullam eſſe ita malam cauſam quae non per ἀμείνω τὼ λόγω obtineri poſſit. Qui autem illi λόγω eſſent, non ſatis clare intellexiſſe Strepſiades videtur, vnde de iis interdum tamquam de magicis quibusdam artibus et formulis loquitur. Ea autem obſcuritas ex ambiguitate voc. λόγος, cui tam multi ſunt ſignificatus, quodque nec vernaculo nomine ſatis poteſt exprimi, exorta eſt. *Wiland.* qui pluribus verbis circumloquutus eſt. *Schütz.* reddidit: zwey Wiſſenſchaften, die *Juſtiz* und die *Schikane*, Francog. deux ſortes de moyens, le juſte et l' iniuſte.

114. (al. 115.) In fine huius verſus τὸν ἥττονα *h)* ſcribi debuit, vt in ſuperioris fine, et ſic eſt in IV. codd. Perperam vulgo ἥσσονα. *Brunck.* Ita etiam *Ern.* e codd. R. L. ſe reſcripſiſſe ait, atque ſic Bau., codd. Inu. edd. Bas. *Harl.* et *Herm.*

115. (al. 116.) Νικᾷν κ. τ. λ. Nempe vt infra ab eodem Strepſiade dicitur v. 1176. καὶ δοκεῖν ἀδικοῦντ' ἀδικεῖσθαι κ. τ. λ. A qua tamen ſophiſtica vel adulterina πειθανάγκῃ, praeter ea quae ad v. 99. eamdem in rem notauimus, valde alienum ſe profitetur Socrates ap. Plat. in Gorgia. Ibi enim neceſſe quidem eſſe agnoſcit, virum dicendi peritum iuſta noſſe et iniuſta; ſed ita, vt ſit iuſtus, ve-

h) Intelligit Sophiſticam. *Bergl.*

litque res iuſtas agere, numquam vero iniuſtas; nempe p. 460. [c. 14. ed. Findeis. c. 35. ed. Heind.] ἀνάγκη αὐτὸν (ῥητορικὸν quod praecedit) εἰδέναι τὰ δίκαια καὶ τἄδικα. Dein: οὐκοῦν ἀνάγκη τὸν ῥητορικὸν δίκαιον εἶναι, τὸν δὲ δίκαιον βούλεσθαι δίκαια πράττειν· tum: οὐδέποτε ἄρα βουλήσεται ὅγε δίκαιος ἀδικεῖν. *Spanh.*

115. τἀδικώτερα. Sic tres Regii. Vulgo τἀδικώτατα. Comparatiuus ſic eleganter adhibetur vice Superlatiui. *Brunck.* Ita etiam R. L. auctore *Ern.* et codd. *Inu.* Itaque recentt. edd. omnes receperunt.

116. Ἢν οὖν μάθῃς. In Veſp. 1261. μαθητέον γ' ἄρ' ἐστὶ πολλοὺς τῶν λόγων, εἴπερ γ' ἀποτίσω μηδέν, ἤν τι δρῶ κακόν. Etiam hic in Nubb. infra 433. Strepſiades dicit, ſe propterea velle diſcere ſophiſticam, vt elabi poſſit ex manibus creditorum. *Bergl.*

119. In meo, licet reclamante metro, πειθοίμην *i)*. Frequentiſſima horum permutatio. *Brunck.*

120. Citat Thom. M. V. Διακεκναισμένος [p. 215. Bern.]. *Kuſt.* Haud male haec vox ab interprete redditur *macer.* Gloſſae vtique veteres: Διακναίω, *Macio*, et in latinis gloſſis ſimiliter. Vſurpatur vero alibi hoc verbum ap. hunc Comicum Ran. 1259. Pac. 250. et ſaepe ap. vett. Tragicos, vt Aeſch. Prom. 94. Agam. 65. Eurip. Alc. 108. Cycl. 484. Heracl. 297. vbi pro, *extenuari, disperire, adfligi* et *adimere* ſumitur. Quae obiter indicaſſe ſufficiat, quod ea haud tangant Hellenismi Theſauri. *Spanh.*

121. ἔδει eſt ſecunda perſona Attici futuri v. ἔδομαι. cf. Phrynich. V. Βρώσομαι. *Harl.* cf. not. ad Conc. 595. *Brunck.* ἐδεῖ ſcribi voluit *Reisk.* qui vertit: *de meis nihil quidquam comedes.*

122. ὁ ζύγιος. Quod ante omnia hic monendum eſt, adducitur hic verſus ab Athenaeo, ſed occaſione ſequentis voc. ὁ σαμφόρας. Dictus vero hic ζύγιος de *iugali equo*, quales duo vocabantur in medio iuncti, ſicut σειραφόροι qui vtrimque ad exteriorem partem erant loris vincti. Quod vtrumque docet Eurip. Iph. A. 220. ſſ.

---

i) Ita etiam cod. C ap. Ern., et Bau.

— τοὺς
Μὲν μέσους ζυγίους λευ-
κοσίκτῳ τριχὶ βκλιοὺς,
τοὺς δὲ ἔξω σειραφόρους.

Quo poſtremo voc. σειρασφόρος vſus erat iam ante Aeſchylus Agam. 851. litera *s* in media voce ob metrum inſerta: ζευχθεὶς ἕτοιμος ἦν ἐμοὶ σειρασφόρος· et in eodem dram. 1649. σειρασφόρον κριθῶντα πῶλον *funalem laſciuientem pullum*, qui locus a Polluce adducitur VII, 5, 24. immo cuius σειραφόρου fit adhuc mentio in hac fab. 1303. E quibus duobus σειραφόροις ſ. *funalibus equis* dictus δεξιόσειρος, qui in dextra iugi parte, vt Soph. Antig. [144.] Ἄρης δὲ δεξιόσειρος. Et de eodem alibi apud eumdem Tragicum Electr. 724. [715. Erfurdt.] δεξιὸν σειραῖον ἵππον *dextrum funalem* (non, vt ibi interpres *Siraeum*) *equum*. Παράσειροι vero dicti itidem *funales equi*, ſ. σειραφόροι, Eurip. Oreſt. 1019. [1015. Pors.] ποδὶ κηδοσύνῳ παράσειρον, de Pylade nempe qui Oreſtis, *pede ſollicito funalis equi inſtar iunctus*, ſeu officioſus et aſſiduus comes. Sic ἡμιόνων ζυγίων et παρασείρων *iugalium* et *funalium mularum* meminit Themiſtius Or. IV. p. 50. ed. vlt. Ad alium vero eiusdem Themiſtii locum, nempe Or. XXIV. ab Harduino horum ζυγίων et παρασείρων ſ. σειραφόρων, aut etiam σειραίων, *iugalium et funalium equorum* ſit quoque mentio, adductis eam in rem Soph. in Electra, et Heſych. praeterea ac Suidae teſtimoniis [p. 532.] *Spanh.*

Οὐδ' ὁ σαμφόρας. Adducitur hic verſus ab Athenaeo XI. p. 467. [p. 228. T. IV. Schweigh.] vbi ad explicationem poſtremae vocis praemittitur itidem: καὶ τοὺς ἵππους τοὺς τὸ *s* ἐγκεχαραγμένον ἔχοντας σαμφόρας καλοῦσιν *k*). Quod firmant alia duo Comici huius loca, et ſupra ad v. 25. iam adducta, de alio equo *Samphora* itidem dicto, nempe huius fab. v. 1300., et Eqq. 600. οὐκ ἐλᾷς ὦ σαμφόρα, vbi in Scholl. additur, literam *s* ſ. ſigma, σὰμ a Doribus dici: in Scholiis vero ad haec verba ſcribi hanc vocem per *s* et per π, h. e. Σαμφόρας et Σαπφόρας *l*)· ſed prius, vt modo vidimus, quum altero illo Comici loco tum Athenaei prae-

k) Add. Photius Lex. p. 369.

l) R. L. I. σαπφόρας, quae ſcriptura et alibi occurrit in libris: σαμφόρας, σαμπφόρας et σαπφόρας. *Ern.* Etiam Elb. σαπφόρας.

terea auctoritate nititur. Non vero σάμ quod in prioribus ad Eqq. Scholiis dicitur, ſed σᾶν vulgo a Doribus dictam literam, quae ab Ionibus σίγμα vocaretur, obſeruat quum d. l. Athenaeus tum Herodotus I, 139. *m)* nec praeteriit in nupero et erudito de graecae linguae dialectis opere illius linguae apprime peritus, *Mich. Maittaire* [p. 198. ed. Sturz.]. *Spanh.*

123. Thom. M. V. Ἐλάω. *Kuſt.* Infra 800. οὐκ ἔσθ' ὅπως οὐκ ἐξελῶ 'κ τῆς οἰκίας. *Bergl.* ἐξελῶ etiam futurum eſſe Atticum contendit Dawes. M. Crit. p. 78. v. Thom. Mag. p. 293. *Harl.*

124. περιόψεται. In Futuro vtuntur hoc verbo, alias verbis περιιδεῖν et περιορᾶν. Significant autem *deſpicere, negligere, ſinere, pati et permittere vt aliquid fiat. Bergl.*

125. εἶσειμι nempe ad auunculum [θεῖον], Megaclem. *Sch.*

126. Antequam iſta dicerentur, ſcenae figuram tractis hac illac tabulis repente mutatam fuiſſe, facile intelligitur. Iam nimirum proſcenium plateam, poſtſcenium Socratis domunculam referebat. Atque in hanc quidem, foribus apertis, introſpicere ſpectatoribus licebat. *Schütz.* Arcana, actiones et diſciplinam Socratis eiusque diſcipulorum lepide perſtringit Comicus et ſtuporem ruſtici anteą non viſa primum cognoſcentis et ſemper cogitantis de decipiendis creditoribus facete et ad riſum apte depingit. *Harl.* Conſtituitur hic vulgo ſecunda primi actus ſcena. Sed Wilandus ſecundae initium conſtituit v. 133.

Ἀλλ' οὐδ' ἐγώ — Citas Suidas V. Ἀλλ' οὐκ ἐγώ. Alio autem, et quidem proprio ſenſu καταπεσὼν κείσομαι dicitur Eccles. 956. vbi nos vide. *Kuſt.*

πεσών γε κείσομαι *n)*. Quod ap. Theocr. III. v. penult. κειτεῦμαι δὲ πεσών. Id vero prouerbii vice a Grae-

---

m) Eum locum etiam *Bergl.* laudault et addidit, ν in μ mutarl, vt in voc. συμφωνία, et a nota, quae ei inuſta erat (ς ſ. σὰν) ita dictum eſſe equum. Cf. Fiſch. Anim. ad Well. I. p. 17.

n) Filius negans ſe obtemperaturum et proterue ſuperbeque reſpondens abierat. Pater vero nondum deſperat, necdum vi-

cis dictum de iis, quibus nulla ſpes erat reliqua, re, quam expetebant, potiundi, obſeruat itidem adductis quum his Comici tum aliis eius Conc. 956. verbis in notis ad Syracuſanum vatem D. Heinſius. *Spanh.* Metaphora videtur ducta a luctatoribus, qui victi iacent. Aeſch. Eumen. 592. ἓν μὲν τόδ' ἤδη τῶν τριῶν παλαισμάτων. Οὐ κειμένῳ πω τόνδε κομπάζεις λόγον (nondum iacenti mihi, tamquam victo, haec tam arroganter dicis) o). Apud Comicum Eccl. 959. τὴν θύραν ἄνοιξον τήνδ'· εἰ δὲ μή, καταπεσὼν κείσομαι κ. τ. λ. Nempe ibi adoleſcens dicit, ſe deſiderio quidem puellae dudum vinci, et fore vt proſtratus iaceat; interim tamen ſi intromittatur, ait, ſe velle adhuc luctari in certamine Veneris, vt Lucianus cum palaeſtra ſua paullo ante, quam aſinus fieret. *Bergl.* Metaphora ſumta a luctatoribus, qui niſi ter deiecti fuiſſent, pro victis non habebantur. Semel deiectus iterumque ſurgebat certamenque integrabat. V. Lucillii epigr. XX. in Milonem. Summo cum iudicio nuperus Sophoclis commentator *p)* hunc Comici verſum Euripidi admouit, apud quem Oreſtis initio Electra de fratre ſuo ait iuxta Musgrauii emendationem, quam, licet codd. aliquot auctoritate ſuffultam, probandam non cenſui: νοσεῖ Τλήμων Ὀρέστης· οὐδὲ πεσὼν ἐν δεμνίοις Κεῖται. Quod, vt huic Comici loco aſſimuletur, ſignificare neceſſe eſt: *Neque cum morbo conflictatus, poſtquam in lecto cecidit, iacendo ſe victum profitetur, ſed exſurgit et cum morbo denuo colluctatur.* Bella mehercule ſententia! *Brunck.*

127. τοῖσιν. R. male τοῖσι et contra verſum. Seruat v. 140. quod ſaepe reſtitutum eſt a Kuſt. et Hemſt. *Ern.* διδάξομαι. i. e. *ipſe me docendum alteri praebebo.* Verba enim media plerumque paſſionem ſignificant cum actione coniunctam: veluti λούσομαι, *lauabor* i. e. *me ipſum lauabo*, vel, *me lauandum aliis praebebo: κείρομαι me*

---

ctum ſe oppreſſumque ratus colligit vires et a Socrate ipſo artem eludendi creditores vult edoceri, qua poſtea imbuatur quoque filius. *Harl.*

o) κεῖσθαι frequenter vſurpatur, vt Lat. *iacere*, de victis, caeſis, mortuis. v. Staueren ad Corn. Nep. VIII, 2, 6. et quae ſcripſi ad Ouid. Triſt. III, 1, 50. *Harl.*

p) Vauuillerſium, vt ſaepe, notat.

ipſe tondeo, vel, *tondendum me alteri praebeo*: et ſimilia. Solent enim Graeci de hominibus, qui vel a ſe ipſi, vel ab aliis volentes quid patiuntur, loquentes adhibere verba media, quae ideo etiam ἀντιπεπονθότα, vel αὐτοπεπονθότα vocant. Egregius eſt hanc in rem locus ap. Philon. de Caino *q*), vbi de verbo κείρεσθαι agens, in ſignificatione eius ſic diſtinguit, vt dicat, oues, pelles et alia inanimata, ſiue actione carentia, ſenſu paſſiuo dici κείρεσθαι; at hominem, qui ſponte ſe tondendum praebeat, et ſic actionem aliquam paſſioni admiſceat, ſenſu medio κείρεσθαι. Ὥσπερ γάρ, inquit, τὸ κείρεσθαι διττόν, τὸ μὲν ὡς ἀντιπεπονθὸς κατὰ ἀντέρεισιν, τὸ δὲ ὡς ὑπεῖκον καθ' ὑπόπτωσιν. Προβατον μὲν γὰρ ἢ δέρμα ἢ τὸ λεγόμενον κώδιον, οὐδὲν ἐνεργοῦν ἐξ αὐτοῦ, πάσχον δὲ μόνον ὑφ' ἑτέρου κείρεται· ὁ δ' ἄνθρωπος συνδρῶν καὶ σχηματίζων καὶ ἐπιτήδειον παρέχων ἑαυτόν, ἀνακιρνὰς τῷ πάσχειν τὸ ποιεῖν. Vide etiam Menagium ad Laërt. VII, 64. Haec autem monere volui, quia Scholiaſtes neſcio quid de voc. διδάξομαι hic muginatur, nec ſatis clare rem explicat. v. Nos etiam infra ad v. 1341. *Kuſt.*

128. αὐτός. ſcite Brunck. commate hic diſtinxit. *Schütz.*

130. Suidas legit σκινδαλάμους: quomodo etiam vocem hanc ſcriptam reperio ap. Lucian. in Διαλέξει πρὸς Ἡσίοδον p. 488. [c. 5. T. III. p. 243. Reiz. f. T. II. p. 421. Schmied.] vbi ait: σκινδαλάμους δὲ καὶ ἀκάνθας τινὰς λέγεις, i. e. *feſtucas vero quasdam et ſpinas excerpis.* At σκινδαλμοὺς [fuit olim h. l. σκινδαλμοὺς] legitur etiam Ran. 835. Heſychius vtramque lectionem agnoſcit *r*). *Kuſt.* Gloſſae: σκινδάλαμος *ſcrupulum*, *ſcrupulus*. Eaedem: σκινδαλμὸς *ſcindulum*, *aſſula*. Latinae: *Scrupulum*, μέριμνα, φροντίς, σκινδάλαμος. Eaedem: *Scrupulus*, σκινδάλαμος, ψηφίς. Schol. — ἀπὸ τῆς σχίσεως τῶν καλάμων. Nempe σχίζω, vnde et Lat. *ſcindo*, v. 192. Occurrit et Ran. 829. *Bergl.*

---

q) In Lib. de Cherubim T. I. p. 153. ed. Mang. ſiue T. II. p. 42. f. ed. Pfeiffer. — De v. διδάσκεσθαι autem v. Ammon. p. 45. et 46. Valck. Tho. Mag. in διδαχή, Kuſter. de Verb. Med. II, 3. Wolle de Verb. Med. p. 181. ff. Fiſcher. Ind. Aeſch. Socr. V. Διδάσκειν, Intpp. Heſych. I. p. 1306.

r) Ap. Phot. Lex. p. 584. tantum σκινδάλαμοι.

Metrum *s)* videtur poſcere, vt legatur *σκινδαλάμους*, quemadmodum ap. Suid. legitur, item ap. Schol. Lucian. l. d. vbi h. l. laudat. Heſych. *σκινδάλαμος, σκόλοψ. τινὲς δὲ διὰ τοῦ σχ σχινδάλυμος* (leg. *σχινδάλαμος*)· *ἄλλοι, σκινδαλμός.* Errat Soping. qui putat leg. *σκίνδυλος.* Ap. Suidam: *ἡ ἐπεξεργασία τῶν ἀκριβῶν.* † *Σκινδάλαμοι.* Puto haec coniunctim legenda, vt ap. Schol. Interpr. vertit *curioſa circa res leues diligentia.* Non video, quomodo *ἐπεξεργασία* hoc notare poſſit. Eſt enim figura rhetorica, quam *conſummationem, expolitionem, cumulum quendam ex abundanti* dicere poſſis. Videtur eſſe ſententia Schol. et Suidae, poëtam vti voc. *σκινδαλμοί*, tamquam explanatione quadam et expoſitione verborum *λόγων ἀκριβῶν*, quae voc. *σκινδαλμοὶ* praecedunt. Ap. Schol. Lucian. d. l. legitur *ἡ ἐπεξεργασία*, pro *ἡ*, vt videtur. *Duck.* Perperam vulgo *σκινδαλμούς*, corruptis numeris. Ex vſu Atticae dialecti litera aſperata pro tenui reponenda fuit *t)*. V. not. ad Ran. 819. Productiorem formam *σχινδαλάμους* ſola metri neceſſitas tuetur. Accedit etiam codicis auctoritas: in B. ſcriptum *σκινδαλάμους.* Heſych. *σκινδάλαμος, σκόλοψ. τινὲς δὲ διὰ του χ, σχινδάλαμοι. ἄλλοι σκινδαλμός.* Quae ad hanc gloſſam voci explicandae affert Lamb. Bos [Obſſ. Critt. p. 186.], ſunt bonae notae. Sed ſenariorum leges nec prosodiam graecam nouerat, ſi *δαλμους* pro iambo habuit, aut ſi ſpondeum ibi ſtare poſſe credidit. *Brunck. σχινδαλάμους* cum Br. dederunt *Sch. Inu. Herm.*

Poſt *μαθήσ.* paululum haeſitaſſe Strepſiades videtur, tum perrexiſſe: *ἰτητέον* —

131. *τί ταῦτ' ἔχων* — Thesm, 480. *τί ταῦτ' ἔχουσαι κεῖνον αἰτιώμεθα*; vbi participium manente eodem ſenſu abeſſe poteſt; nam in Acharn. 513. idem plane dicit omis-

s) Verſus hic loco quarto habet ſpondeum (*σκινδαλμούς*): quod ferri omnino nequit. Repone ergo ex Suida et Heſych. *σκινδαλάμους.* Anapaeſtus enim facile admitti poteſt eo loco, ſpondeus, vt dixi, minime. *Bentl.* Toupius Add. ad Theocr. p. 402. T. II. Warton. [laudatus etiam ab Ern.] non opus eſſe putauit; *σκινδαλμοὺς* pronuntiatum eſſe vt *σκιδάμούς.* Contra, Dawes. M. Crit. p. 91. *σκινδαλάμους* praefert.

t) V. Moeris in *Σχινδαλμὸς* p. 360. ibique Piers. (qui hunc Atticismum illuſtrat) laudatus iam Burgeſſio in App. ad Dawes. p. 385. et *Harl.* ad h. l.

ſo participio: *τί ταῦτα τοὺς Λάκωνας αἰτιώμεθα*; vtitur autem lubenter hoc participio, quum *moram eſſe* vult ſignificare; Eccles. 1146. *τί δῆτα διατρίβεις ἔχων*; ib. 450. *οὐκοῦν βαδιοῦμαι δῆτα· τί γὰρ ἔστιν ἔχων*; Nub. 509. *τί κυπτάζεις ἔχων περὶ τὴν θύραν*; *Bergl. quid ceſſo pulſare oſtium? ἔχων* eſt elegans pleonasmus, idque participium additur verbis morandi, ineptiendi, nugandi, ludendi. v. Ruhnk. ad Timaei Lex. Plat. p. 184. [258. ed. ſec.] *Harl.* Add. qui ſubtiliter de hoc pleonasmo disputauit, Weiskius de pleon. Gr. p. 106. ſ.

στραγγεύομαι i. e. *cunctor, tergiuerſor*, non, vt Friſchlinus, ſollicitor. Pollux IX, 136. vbi de verbis *cunctandi* et *morandi* agit: *στραγγεύεσθαι δὲ ἐν ταῖς Ἀριστοφάνους Νεφέλαις.* Reſpexit procul dubio ad h. l. Caeterum de v. *στραγγεύεσθαι* v) vide, quae notauimus ad Suid. V. Ἡ δεῖ χολώνης, vbi pluribus exemplis probamus, vocem hanc ap. ſcriptt. Grr. ſaepe ab imperitis librariis mutatam fuiſſe in *στρατεύομαι. Kuſt.* In C atramento ſcriptum *στρατ.* reliqua vocis pars minio ſcripta *ηγεύομαι.* Primo librarius ſcribere voluit *στρατεύομαι*, quod verbum ſaepe cum *στραγγεύομαι* commutatum. V. Heſych. intpp. ad gloſſam: *στρατεύομαι, διατρίβω*, inprimis vero Valcken. ad Ammon. L. II. c. XIII. *Brunck.*

132. Puerum vocans, quem a ianua ſeruare putat vehementiſſime ſimul, vt ruſticus, fores pulſat calcibusque impetit. *Schütz.*

133. Prodit quidam Socratis diſcipulus et ante aedes cum Strepſiade conſabulatur. *Sch.* v. ad Plut. 1097. *Harl.* Ex foribus dimidia tantum parte apertis haec Βάλλ' ε. κ. proclamare hominem cenſet *Wil.*

134. Κικυννόθεν. Infra 210. dicit Strepſiades: *καὶ ποῦ Κικυννεῖς εἰσὶν οἱ ἐμοὶ δημόται*; *Bergl.* Fuit igitur hic pagus Atticae.

---

v) A *στράγξ, στραγγὸς ſtillicidium*, deſcendit *στραγγεύω ſtillatim cado*, i. propius ad originem, *ſtringo*, hinc metaphor. *στραγγεύειν* ſiue media potius poteſtate, *στραγγεύεσθαι ceſſare, commorari, laborare*, docente Valcken. Anim. ad Ammon. p. 150. *Harl.* De v. *στραγγεύεσθαι morari* cf. Toup. Em. in Suid. III. p. 324.

135. οὑτωσὶ σφόδρα. In Plut. 1101. σὺ τὴν θύραν ἔκοπτες οὑτωσὶ σφόδρα; *Bergl.* ἀμαθὴς h. l. non tam est *indoctus* (vt *Wil.* reddidit: du mufst wohl kein Gelehrter seyn) quam *rusticus*, *rudis* homo (Tölpel, vt rectius *Schütz.*).

136. Citat Thom. M. V. Ἀφροντιστεῖν [p. 134. ed. Bern.] V. etiam *Henr. Stephanum* Schediasm. L. V. c. 27., qui putat vocem hanc per iocum a Comico nostro confictam esse, vt alluderet nempe ad μεριμνοφροντιστῶν appellationem *x)*, quam philosophis indit supra 101. *Kust.*

λελάκτικας. Ran. 38. τίς τὴν θύραν ἐπάταξεν; ὡς Κενταυρικῶς ἐνήλατο. *Bergl.* Alia metaphora Plautus Truc. II, 2. [v. 1.]. Quis illic est, qui tam proterue nostras aedes arietat? *Brunck.*

137. Citat Etym. V. Ἀμβλῶσαι eodemque respexit Suidas V. Ἐξήμβλωκας. *Kust.* Socrates erat obstetricis filius *y)*: et dicere solebat, se quoque artem maternam exercere quodammodo, educentem foetus ingenii in cerebro conceptos; hinc iste studiosus increpat rusticum, quod nimio strepitu excussisset intus philosophis contemplationem ex animo, quasi abortum aliquem. *Bergl.* Haud praetereunda mihi videtur Schol. ad h. l. adnotatio, nempe ideo quod Socrati solemne esset, profiteri, se callere artem obstetriciam, cuius beneficio procuraret, vt iuuenes cogitationes suas in mente possint parere, inde sugillari eum ab Aristoph., *quod meditationem quamdam mente conceptam abortiri fecerit*, dum aedium ianuam vehemen-

---

x) *Duck.* praeterea addit, Stephanum monere, vocab. exponi debere, non vt Schol. ἀμαθῶς, sed ἀνοήτως, ἀπερισκέπτως. Tho. M. ἀσκόπως.

y) Allusio ad Socratis matrem, quae obstetrix erat; ipse autem dicere solebat, se eamdem artem exercere, ὅτι τέχνην ἔχω τὴν μαιευτικήν, καὶ διὰ ταύτης ποιῶ τοὺς νέους ἀποτίκτειν τὰ νοήματα ἐν τῇ ἑαυτῶν ψυχῇ. Schol. *Brunck.* Adsentitur *Wiland.* Est ἐξαμβλίσκειν proprie abortum facere, inde h. l. cogitationem (ideam) tamquam abortum excutere. Bene Sch.: Ich ging da just mit einer herrlichen Speculation schwanger, und die hab' ich drüber verschüttet. Timaei Lex. ibique Ruhnk. p. 78. s. p. 107. ed. sec. laudauit iam *Harl.* Francog. interpres Plutarch. Quaest. Plat. n. 1. laudat.

tius pulsat Strepsiades. Haud ignota vtique, quae de τέχνῃ illa sua μαιευτικῇ, seu, vt ipse eam vocat, τῆς μαιεύσεως, *arte obstetricia*, vt qui esset obstetricis filius, disserit ap. Plat. in Theaet. Socrates p. 149 ff. T. I. [c. 17. ff. ed. Heindorf.] traditque inter alia, id se efficere, p. 151. [c. 21.] vt parturiant ac dubitatione repleantur noctes ac dies: ὠδίνουσι γὰρ καὶ ἀπορίας ἐμπίπλανται νύκτας τε καὶ ἡμέρας. *Spanh.* Valde probat hoc verbum [ἐξαμβλοῦν] Phrynichus [p. 88. et 128.]. Id frequentant Plato et imitatores, sensu tropico; hi non semper bene, vt opinor. Nam est forma comica, qua Plato potuit per iocum in dialogo vti, non alii in sermone serio et disputatione graui. Sed in hoc saepe peccatum a studiosis orationis ornatioris. *Ern.*

138. (al. 139.) Ξύγγνωθι *Brunck. Sch. Herm.* ediderunt.

τηλοῦ κ. τ. λ. Rustici plerumque sunt rustici et rudes; vnde et Hector, in Rhesо Eurip. 266. ad rusticum, minus opportuno, vt videbatur, tempore venientem dicit: ἦ πόλλ' ἀγρώταις σκαιὰ πρόσκειται φρενί, *multa ruditas inest animis rusticorum. Bergl.* Pro οἰκῶ Reizio placebat ἥκω. *Herm.* πρᾶγμα *rem*, negotium, vt rusticus appellat mox Streps. illam cogitationem. *Wiland.:* was die Sache war, womit dir's Unrecht (unrichtig) ging?

140. Ἀλλ' οὐ θέμις. Citat Suidas V. Ἀλλ' οὐ θέμις. *Kust.* Subint. τινί, *cuidam.*

141. Cod. L. οὑτωσίν, non bene qua ω, sed non male ob ν, quod verbum cum sequente melius iungit, vt 173. 74. *Ern.* [At nec necessarium nec vsitatum in hoc pron. est.] οὗτοσί cum emphasi quadam. Nostri: *ich wie du mich hier siehst. Sch.* Brunckius pro λέγε νῦν edidit λέγε νυν *z)*, quo robur et elegantia numeri frangitur. Νὺν enclitica breuis est, nec quidquam interest ad significationem, vtrum νὺν an νῦν dicatur. Vtrumque enim et de tempore et in ratiocinationibus, vt ap. Romanos *nunc* adhibetur *a)*. Eodem modo errant, qui partic. ἄρα non nisi

z) Non monito, vt saepe, lectore. Eum vnus Inu. sequutus est, siue potius non mutatum reliquit in exemplo Br. typis expresso.

a) Vsu tamen inualuisse videtur, vt breuiter pronunciaretur, vbi pro δή ponebatur.

in interrogationibus circumflecti volunt, quam accentuum ratio vbicumque ἆρα scribi postulat, vbi longa est, etiamsi interrogatio nulla sit. Ita contra saepe ἄρα, prima breui, quod respuit circumflexum, in interrogationibus est. *Herm.*

143. μυστήρια. Aristaenetus L. II. ep. 5. [extr. p. 81. ed. Abresch.] μυστήριά σοι ταῦτα γεγράφθω (haec ad te scripta sint tamquam arcana quaedam). Aelianus ep. I. ταῦτά σοι, πρὸς τοῦ Πανός, μυστήρια τὰ μεγάλα ἔστω. *Bergl.*

144. De oraculo Chaerephonti dato [quod Schol. memorat] vide etiam Laërt. 2, 37. vbi ἁπάντων pro δὲ πάντων, vt et ap. Iustin. Mart. [Cohort. ad Gr. p. 32. Mar.] cuius locum ibi laudat Menagius. Schol. Lucian. Hermot. p. 515. [c. 15. p. 754. T. I. Reiz.] ἀνδρῶν πάντων Σωκράτης σοφώτερος. Meminit iterum Lucian. Rhet. praecept. p. 316. [c. 13. p. 13. f. T. III.] Saltat. p. 795. [c. 25. p. 282. T. II. Reiz.] Amor. p. 908. [II, 48. p. 452. T. II.] vbi etiam ἁπάντων. *Duck.*

145. Ad h. l. Aristoph. procul dubio respexit Lucianus T. I. p. 18. ed. Amst. [Prom. 6. T. I. p. 34. Reiz. vbi vid. Hemsterh.] ἄρτι μὲν ἀεροβατοῦντας δεικνύουσαι καὶ Νεφέλαις ξυνόντας· ἄρτι δὲ ψυλλῶν πηδήματα διαμετροῦντας κ. τ. λ. Item in Philopatr. p. 770. [c. 12. T. III. p. 597.] σίγα τὰ νέφθε καὶ τὰ σιγῆς ἄξια· οὐκ ἔστ' ὧδε μετρεῖν τὰ ψυλλῶν ἴχνη. Et Xenophon Symp. p. 892. E. [c. 6. §. 8. vbi vid. Schneid.] vbi Syracusanus sic ad Socratem: ταῦτα μὲν ἔα· ἀλλ' εἰπέ μοι, πόσους ψύλλα πόδας ἐμοῦ ἀπέχει. ταῦτα γάρ σε φασὶ γεωμετρεῖν. *Kust.* Adducitur quoque hic versus in Scholl. ad Soph. Electr. 1204. et ideo quidem, vt Αἴγισθον ibi a Soph. pro Αἴγισθος dictum, illo exemplo, ψύλλαν, nempe in hoc Comici versu, inter alia tueatur. Cuiusmodi quarti casus, loco primi vsurpati, occurrit in hac fab. exemplum v. 1107. τοὺς κριτάς etc. vt monent ibidem Scholia. Quod vero notat hic Schol., ψύλλαν ab Atticis dici, quod reliqui Graeci ψύλλον vocant, firmat Hesych., qui ψύλλαν ab aliis ἀξιενικῶς, vt ab Epicharmo, ac proinde ψύλλον dici notat; et quomodo vsurpari a LXX. interpretibus monet ibidem vir doctus *b)*. Quae firmat

b) v. Biel. Thes. philol. in LXX. Intpp. III. p. 626. Add. Photius in Lex. p. 477.

inſuper Eumoeris Ms. [Moeris p. 418. vbi vid. Piers.] Ψύλλα, θηλυκῶς, Ἀττικῶς· ἀρρένικῶς, Ἕλληνες. *Spanh.*

αὐτῆς recte iam emendauit Friſchlin. in vers. *pedes ſuos:* in graeco enim textu ed. Frf. 1597. qua vtor, caret vocabulum ſpiritu. Brunck. e tribus Mſſ. ſic edidit pro vulg. αὐτῆς c). *Harl.* Nempe quaerebatur, quantus eſſet pulicis ſaltus, ſi interualio metiendo non humani, ſed ipſius pulicis pedes adhiberentur. Male igitur Reiskius correxit ὁπόσους ἂν θοῖτο τοὺς αὐτῆς π., *quantos putaret eius pedes.* Caeterum in his et quae ſequuntur, mera Socratis calumnia. Si quis enim vmquam philoſophorum ab ineptis friuolisque disputationibus abhorruit, is certe fuit Socrates. *Schütz.* Fieri tamen potuit, vt Socrates per iocum aliquando, inter conuiuas potiſſimum, talem quaeſtionem proponeret, quo doceret magna et parua relatiue dici; ſed Comicus, quae philoſophus iocoſe dixerat, tamquam ſerio disputata perſtringit. *Wiland.*

146. Non displicet, quod Schol. monet, h. l. ſimul Chaerephontis craſſum ſupercilium, Socratisque caluitiem rideri. *Schütz.*

147. Athenaeus L. XI. p. 507. commemorat Socratis quoddam inſomnium de Platone: δοκεῖν γὰρ ἔφη Πλάτωνα κορώνην γενόμενον ἐπὶ τὴν κεφαλήν μου ἀναπηδήσαντα, τὸ φαλακρόν μου κατασκαριφᾶν (Plato mihi viſus eſt, in cornicem mutatus, aſſultare capiti meo et caluitiem meam ſcarificare.) Nempe quia caluus erat Socrates, et Chaerephon hirſuta habebat ſupercilia, Comicus ridiculi cauſa iſtum ſaltum pulicis commentus eſt, et praeterea vult traducere inanes et ſutiles nugas philoſophorum. *Bergl.*

148. πῶς δῆτα τοῦτ' ἐμέτρησε. MS. Vat. V. πῶς δῆτα διεμέτρησε d) — *Kuſt.* Ita edendum putauimus. Recte enim multis in locis obſeruauit Brunkius ſimplicia vocabula pro compoſitis ſcripta reperiri. v. ad v. 985. *Herm.* Etiam *Schütz.* non monito lectore nuper edidit: πῶς δῆτα διεμέτρησε; Sed potuit compoſitum per librariorum incuriam

c) Ei etiam *Sch.* et *Herm.* adſtipulati ſunt.

d) Compoſitum verbum eſt etiam in aliis libris, cum vel ſine pronom. τοῦτο, v. Varr. Lectt.

e sequ. *διατήξας* oriri, et quod *τοῦτο* additur, sermoni huic apprime conuenit.

149. Versum hunc cum tribus sequentibus citat Synesius in Dione p. 40. edit. Paris. Graeco-lat. vbi eos *στρογγύλως καὶ σὺν εὐρυθμίᾳ*, i. e. *rotunde et numerose decurrere* ait. *Kust.*

151. *ψυχείσῃ* scil. *κατὰ τοὺς πόδας.* Pedes enim tantum pulicis cera liquefacta tinxerat. *Schütz.*

Περσικαὶ *e)* vulgo *calceamenti muliebris* genus, vt hic in Scholl. et a Polluce similiter L. VII. c. 22. dicitur: et quomodo etiam sumuntur infra Conc. 329. Thesm. 741. Lysistr. 230. Id genus calceamenti meminit insuper Clemens Alex. Paedag. II, 11. vbi *Atticas*, *Sicyonias*, *Persicas* et *Tyrrhenicas crepidas* s. calceamenta memorat. Ad quod proinde *Persici calceamenti* genus referendum videtur, quod a Persarum choro de Dario, defuncto eorum rege, ap. Aeschylum dicitur Pers. 662. *κροκόβαπτον ποδὸς εὐμαρὶν αἴρων croco tinctam pedis attollens crepidam.* Εὐμαρίδες vtique de *barbaris* itidem *crepidis* vel *sandalis* dictae ap. Eurip. Or. 1372. *βαρβάροις ἐν εὐμαρίσι.* Praemisso vero a Comico hic verbo *περιέφυσαν*, *adnatae sunt*, adluditur ad ambiguitatem voc. Περσικαί, qua *arbor Persica* et *calceus Persicus* vocabatur. E quo loco, vt hoc obiter moneam, licet colligere, Aristoph. aetate, qua fabula haec primum acta, cognitam fuisse in Graecia appellatam arborem, aut certe malum eius, seu de *citro*, seu de *vulgari Persica*, Περσικὴν dictam, ac proinde iam ante Theophrastum et Alexandri Magni tempora: qua de re videri potest perplexa viri summi [Salmasii] Homonym. Hyl. Iatr. c. 67. commentatio. *Spanh.* Primum aptissime Περσικαί· sunt enim calcei muliebres, cani, albi et tenues; quae omnia conueniunt calceis *ψύλλης* e cera: deinde verbum *περιέφυσαν* apte exprimit habilitatem calceorum. Sic *περίποδα* s. *περὶ πόδα ὑποδ.* sunt *ἁρμόζοντα*, Poll. VII, 84. vbi v. Intpp. Caeterum simile huic loco, et forte spectatum a poëta est Homeri Od. *ξ*, 477. *σανδέσσι περιτρέφετο κρύσταλλος. Ern.*

---

e) Subintelligitur *κρηπῖδες.* Photius Lex. p. 313. habet Περσικὰ sc. *ὑποδήματα.*

152. ἀνεμέτρει τὸ χωρίον. Loci huius meminit Schol. Eurip. ad Oreſt. 14. *Kuſt.* ὑπολύειν eſt verbum propr. de iis, qui calceos, ſolutis vinculis, detrahunt.

154. Sic et Lyſiſtr. 402. τί δῆτ' ἂν εἰ πύθοιο καὶ τὴν τῶνδ' ὕβριν; *Bergl.*

156. ἀνήρετ'. *Reiskius* coniecit: ἀντήρετ', *in vicem interrogabat.* Quia ſcil. antea Socrates Chaerephontem interrogauerat.

Χαιρεφῶν ὁ ΣΦ. Strepſiades Cicynnienſis eſt tribulis Chaerephontis Sphettii; nam Cicynna et Sphettus erant ambo pagi Acamantidis tribus. v. Schol. ad 134. et ad h. l. Stephanes Byz. Σφηττὸς δῆμος Ἀκαμαντίδος φυλῆς. *Bergl.*

157. τὴν γνώμην ἔχοι *quam ſententiam foueat;* quae phraſis Attica et a qua incipit Periclis oratio ap. Thuc. I, 140. τῆς μὲν γνώμης, ὦ Ἀθηναῖοι, ἀεὶ τῆς αὐτῆς ἔχομαι. *Kuſt.* Recte ἔχοι legitur, non vt in nonn. libris, ἔχει, quoniam quaeſtio ad rem, quae incerta cogitari poteſt, pertinet.

161. *Reiskius* ſcribi maluit διὰ λεπτοῦ — Ita ſtructura parum commoda exiſtit.

162. εὐθὺ τουβδέοπ. *recte verſus* — v. Valk. ad Ammon. p. 90. et Hemſterh. ad Luc. T. I. p. 437 *Ern.*

163. κοῖλον πρὸς στενῷ προσκ. Nominatiuus pro Genitivo abſoluto. v. Nos ad Plut. 277. *Kuſt.* Oratio eſt ſupplenda hoc modo: κοῖλον τὸν πρωκτὸν πρὸς στενῷ τῷ ἐντέρῳ· nam ampliorem vult eſſe podicem contiguo inteſtino, vt fiat quaſi tuba. *Bergl.* Duckerus *f)* comma poſt προσκειμ. tollit et κοῖλον refert ad πρωκτόν. Sic accipit et vertit Berglerus. *Ern.* Ita Daweſius quoque in Miſc. Crit. p. 125. ſ. *g)* et Brunkius, recte. *Herm.*

---

f) In Duck. notis edd. nihil hac de re inuenitur, ſed Bergl. vertit: deinde anguſto inteſtino adiacentem podicem ſonare vi flatus.

g) Qui ibi Kuſteri interpretationem, ſupra propoſitam, refutat. Sequuti ſunt meliorem illam interpunctionem et explicationem *Schütz ius* (qui loco maiorem indidit vim comicam eo, quod in argumentationis rationem omnia redegit) et *Wielandus* (qui ἰμπίδας vertit *Schnaken*).

165. σάλπιγξ. Homerus in Batrachom. [199. f. qui tamen locus huic non prorſus ſimilis eſt] καὶ τότε κώνωπες μεγάλας σάλπιγγας ἔχοντες, δεινὸν ἐσάλπιζον πολέμου κτύπον h). *Bergl.*

166. διεντερεύματος. Euſtathius ad Il. Υ. p. 1205. reſpicit ad h. l.: ἐντερεύειν ἔφη παρὰ τὸ ἔντερον· ἀπ' αὐτοῦ δὲ καὶ διεντέρευμα ἐλέχθη τῷ κωμικῷ· οἶδεν ὁ περιτυχὼν αὐτοῖς. *Spanh.* Dubitari poteſt, an praeferenda ſit ſcriptura codd. Elb. et Bau. τρισμακάριοι, vt ad Socratem et diſcipulos referatur.

167. φεύγων *reus*, quoniam fugit perſequentem in foro: ἀποφύγοι *abſoluetur*, v. Tho. M. p. 892. ibique intpp. Senis autem animo oculisque ſemper obſeruantur creditores, quos effugere et eludere cupit. *Harl.* Illuſtrat formulam φεύγοντα ἀποφυγεῖν Porſon. ad Eurip. Phoen. 1231. ita, vt ſimplici verbo conatum, compoſito effectum indicari oſtendat.

168. (al. 169.) ὅστις διοῖδε. Venit in mentem: ὅστις δὴ εἶδε, *Ern.* metro non fauente.

170. ὑπ' ἀσκαλαβώτου. Id eſt, *a ſtellione*. Friſchlin. male: *a fele*. Aliud eſt enim *felis* ap. Latt., aliud ἀσκαλαβώτης ap. Graecos: vt iamdudum docuerunt Salmas. ad Solin. p. 532. ed. Vltrai. et Bochartus Hieroz. I, 4, 6. et 7. [p. 513. ſſ. T. II. ed. Roſenm.] vbi plura de hoc animali videri poſſunt *i*). *Kuſt.* *Stellio lacerti genus eſt, quo Galli, Germani, Anglique carent; cuius proinde nomen illi nullum habent.* Harduin. ad Plin. T. I. p. 606. Quin iuxta Plin. T. II. p. 508. ſtellio, quem Graeci colotem vocant et aſcalaboten et galeoten, in Italia non naſcitur. *Brunck.*

---

h) In praef. ad Hom. Odyſſ. p. 19. Bergl. putat, hinc ductum eſſe locum Batrach. 199. *Ern.*

i) Eſt *Lacerta gecko* Linn. v. Schneider. in Ind. ad Eclogas phyſicas ab eo editas ſ. h. v. Nec lacertam eſſe nec muſtelam contendit *Wieland.* ſed ignotum animalculum; ideoque pro eo poſuit noſtrum *Iltis*, Schütz. *Katze.* — Stellio, animal venenatum, nitens in dorſo maculis quibusdam ad modum ſtellarum. *Harl.*

171. τῆς σελήνης τὰς ὁδούς. Infra 1510. καὶ τῆς σελήνης ἀσκοπεῖσθε τὴν ἕδραν. *Bergl.*

173. γαλεώτης. Hunc paulo ante 170. ἀσκαλαβώτην vocauit. Vtraque enim vox eiusdem est significationis, et *stellionem* notat, non *felem*, vt iterum hic male interpres latinus. V. Saimas. et Bochart. ll. ll. qui et locum hunc Aristoph. non praetermiserunt intactum. *Kust.*

175. Cf. Ruhnk. ad Mem. Socr. I, 2, 31. p. 220. *Harl.* Ruhnk. h. l. famem Socrati exprobrari censet. Nimirum plura garrit homo, quam necesse erat, et ea etiam effutit, de quibus non erat quaesitum, obseruante Wilando.

176. εἶεν delet male C. nam perit versus. Est autem verbum concedentis, frequentatum Platoni, Isocrati, Demosthenis, eoque hic facete vtitur poëta. *Ern.* Nullae hic facetiae, quas quaerit Ern. εἶεν hic properantis est, qui quam celerrime cognoscere cupit, quo pacto coenam paraverit Socrates. Nam simili artificio sibi quoque propediem opus fore intelligit. *Herm.*

τἄλφιτ'. Infra 647. τί δέ μ' ὠφελήσουσιν οἱ ῥυθμοὶ πρὸς τἄλφιτα; *Bergl.* παλαμᾶσθαι est *moliri, excogitare aliquid.*

177. τέφραν. Sermo est de puluere [cinere] in abaco geometrico, qui debet esse tenuis, vt sit aptior ad descriptiones figurarum aut linearum. *Harl.* Post λαβὼν ponenda est lineola, index sententiae interruptae.

178. διαβήτην. Pollux II, 200. voc. διαβήτης ex Aristoph. mentionem facit, ad hunc, vt credo, locum respiciens. *Kust.* Cuius, vt geometrici instrumenti, meminit quoque Comicus Au. 1004. *k)* ἐνθεὶς διαβήτην *imponens circinum.* Eumdem vero διαβήτην architecturae quoque tribuit Plato in Phileb. p. 56. T. II. [c. 34. vbi vid. Fischer. p. 79.] κανόνι γάρ, οἶμαι, καὶ τόρνῳ χρῆται καὶ διαβήτῃ καὶ σάθμῃ. *Spanh.* Suidas fere eadem, quae Schol. Solebant autem geometrae in abaco puluere consperso lineas describere. v. Brod. I. Miscell. 1. Salmas. ad Tertull. de pall. p. 469. *Duck.*

---

k) S. 1002. quem locum etiam *Bergl.* laudat.

179. Monui ad Plut. 985. legendum esse: ἐκ τῆς παλαίστρας ἱμάτιον ὑφείλετο. *Brunck.* Ex lectione cod. Rau. ἐκ τραπέζης fortasse aliquis lectionem omnium librorum ϑοιμάτιον defendere posset. Nam in altera lectione ἐκ τῆς παλαίστρας manifesto vitiosum est ϑοιμάτιον, quia non de certa quadam veste agitur. Brunckio etsi de articulo omittendo nemo non potest accedere, mirum tamen est, in libris ad vnum omnibus id, quod iam Schol. habuit, ϑοιμάτιον legi. Quare ego, sicut in Plut. 985. ϑοιματίδιον pro ϑ' ἱματίδιον legebatur, ita hic quoque scribendum arbitror: ἐκ τῆς παλαίστρας ϑ' ἱμάτιον ὑφείλετο. Quae correctio si cui forte paullo audacior videatur, obseruandum est, copulam eodem modo post participium adhibitam esse, quo εἶτα et κἄτα vsurpari solet. v. Koen. ad Greg. Cor. p. 62. et Dawes. M. Crit. p. 279. et nostram not. infra ad 857. Nimirum hic Socratis discipulus, oratione in verbo λαβών interrupta, gestu imitatur argutam magistri vafritiam, vestem clanculum surripientis: deinde illa addit ἐκ τ. π. ϑ' ἱ. ὑ. Ita insignis huic loco comica vis atque elegantia accedit, quae nulla plane est in ea, quam Brunk. reposuit, lectione. Aeschylus etiam verbum addita copula iunxit participio in Agam. 97. ff.

τούτων λέξασ', ὅ τι καὶ δυνατόν,
καὶ ϑέμις αἰνεῖν,
παιών τε γενοῦ τῆσδε μερίμνης,
ἢ νῦν τότε μὲν κακόφρων τελέϑει,
τότε δ' ἐκ ϑυσιῶν ἀγαναὶ φαινοῦσ'
ἐλπὶς ἀμύνει φροντίδ' ἄπληστον
τῆς ϑυμοβόρου φρενὶ λύπης.

Ita hic locus legendus est. Eadem dicendi ratione, si bene memini, etiam alibi vsus est Aeschylus. *Herm.* [Is tamen per literas mihi significauit, nunc se nolle mutari ϑοιμάτιον. ϑ' ἱμάτιον recepit *Schütz.*]

Satis acerba insectatio, si quidem Socrates philosophus, non vulgarem alias grauitatem prae se ferens, in palaestra, vbi pueri exercentur nudi, vestem furatus est. Comicus autem noster hic etiam videtur, vt alibi saepe, sequutus Eupolin, qui et ipse furantem introduxit Socratem, vt testatur Schol. ad v. 90., citans etiam Eupolidis verba: δεξάμενος δὲ Σωκράτης τὴν ἐπίδειξιν Στησιχόρου οἰνοχόην ἔκλεψεν. *Bergl.* Ridiculum est praeter exspectationem. Socrates geometrarum more tabulam puluere con-

ſpergit, circinum parat; exſpectat igitur ſpectator, dum figuras deſcribat; ecce autem veſtem e palaeſtra ſurripit. *Schütz.* et *Harl.* Dacieriam, quae duo ab Ariſt. Socrati obiici putabat, quod ſurripuerit veſtem et quod frequenter, pulcrorum puerorum viſendorum gratia, adierit palaeſtram, *Wilandus* reprehendit; nam huius quidem poſtremi criminis nullum eſt in textis veſtigium, nec ſolet Comicus ita tecte vllum vitium notare. Idem hac ipſa de cauſa Harleſii, ſ. Schützii, quem ille ſequutus eſt, interpretationem repudiat, quoniam eos quoque putat, nimium tribuere *palaeſtrae*, in qua Socrates fuerit. Ipſe cenſet voluiſſe diſcipulum, garrulum hominem, multis verbis enarrare, quomodo Socrates, tabula puluere conſpergenda ſpectatores a furto, quod meditabatur, auertere ſtuduerit, ſed eum mox ſermonem abrupiſſe, atque hinc obſcurius loquutum eſſe, neque in facto ipſo, ſed in ratione qua haec in ſcena dicebantur et agebantur, vim quaerendam eſſe; incertum etiam eſſe, vtrum Socrates e veruculo inflexo circinum ſibi parauerit, vt Harl. putabat, an veruculum inflexum ſecum attulerit, et interea dum circinum tractabat, veruculo clam pallium attraxerit, quod absportatum venderet.

180. Citat Etym. V. Θαλῆς. *Kuſt.* Plautus Capt. II, II, 24. *l*). *Eugepae! Thalem talento non emam Mileſium; Nam ad huius ſapientiam ille nimius nugator fuit.* Contra Au. 1010. ille, qui ſe ſimulat admirari ſapientiam Meronis, dicit: ἄνθρωπος Θαλῆς. *Bergl.*

181. ἀνύσας gl. Cod. R. σπεύσας *m*), bene, vt in Plut. 975. vbi opponitur τῷ μέλλειν. Eſt autem ab ἀνύτω Attico, vt metrum docet. Nam ab ἀνύω media eſſet longa. *Ern.* De prosodia failitur Erneſtius. *Herm.*

---

l) Repetiit eum locum *Brunck.*

m) In cod. Bau. additur ὡς τάχιστα, quae gloſſa eſt ad vim verbi ſignificandam. ἀνύσας enim cum alio verbo iunctum indicat celeritatem, promtitudinem, et ſupplendum eſt δρόμου, *perficiens curſum aperi* h. e. *cito aperi*. v. Plut. 229. Bos Ellips. gr. l. p. 229. ed. Schweb. [p. 333. ed. Schaef.] et quae notaui in Anthol. gr. poet. ad Tyrt. II, 15. Ortum eſſe quoque potuit hoc gloſſema e v. ſeq. Verſus enim 181. primum in cod. Bau. omiſſus fuit, dein margini adſcriptus. *Harl.*

182. MS. Vat. V. Σωκράτην. Et sic passim alibi vocem hanc et similes alias, vt Ἀριστοφάνης, Δημοσθένης etc. ap. scriptt. Att. inflecti videas. *Kust.* Codd. τὸν Σωκράτην. Hanc formam praefero, vbi vitando hiatui seruit: illa magis Attica est, vt Κλεισθένη, Ἀντισθένη, aliaque: proinde hic relinqui debuit. V. not. ad Conc. 366. *Brunck.* Σωκράτην L. C. I. vterque. *Ern.* Id ex Reizii etiam sententia reposuit *Herm.*

183. μαθητιῶ. Est verbum desiderii. Synesius ep. 103. καί τισιν ἀπὸ τούτου ἔδοξέ τις εἶναι· καὶ τὴν γε Φύσιν ἐμακάριζον καὶ ἐμαθητίων πολλοί. Tale est φονᾷν. Soph. Philoct. 1205. φονᾷ, φονᾷ νόος ἤδη. Vbi Schol. θανατοιᾷ, θανάτου ἐπιθυμεῖ. βιητιᾷν Lysist. 717. Sic κουρειᾷν in Hippocr. Epist. 2. et σιβυλλιᾷν in Eqq. 61. vbi v. Not. Est et alia forma verborum voluntatem significantium, vt δρασείω Pac. 61. *Bergl.*

184. Hic versus nouam scenam incipit. Apertis enim a Socratis discipulo foribus ostenditur spectatoribus φροντιστήριον eius s. schola, vbi primum magistrum sublimem in corbe pendentem, deinde complures discipulos studiis intentos, postremo varia literarum instrumenta hic ibi disposita videbant. Nondum autem introire audet Strepsiades, sed in limine haerens introspicit, deque his, quae ibi videt, discipulum interrogat. *Schütz.* Reliquos discipulos variis et ridiculis gestibus et modis exhiberi, eorumque adspectu perterritum retrocessisse Strepsiadem, censet *Wieland.* Ignorantia rustici depingitur naturali pulcritudine, sed bonus Socrates a multis ineptiis erat alienus: astronomiae tamen et geometriae studiosus. ποδαπὸ est ἐκ ποίου γένους, vt explicuit Thom. M. p. 724. nostrum locum, vbi v. intpp. ποδαπὸς enim dicimus. quando rogamus de genere s. natione alicuius, ποταπὸς vero quando de moribus *n*). *Harl.*

185. εἰκέναι. Perperam vulgo ἐοικέναι. Moeris [p. 148. vbi v. Piers.] εἰκὼς Ἀττικῶς· ἐοικὼς Ἑλληνικῶς. In Conc. impressi etiam exhibebant v. 1161. προσεικέναι. In Vesp. 1321. εἰκότας. Quibus in locis altera forma metro non repugnabat. Sic etiam Au. 1298. καὶ γὰρ εἶπεν ὄρτυγι.

---

n) Cod. Ib. ποταπά. *Ern.*

Ad haec aliaque exempla εἰκέναι, εἰκότες vbique ſcribendum, ni metri lex obſtet, vt Vesp. 1309. ἔοικας, ὦ πρεσβύτα, νεοπλούτῳ τρυγί. 1413. γυναικὶ κλητεύειν ἔοικας ϑαψίνῃ. Eamdem medelam feci Euripidi in Bacch. 1273. μῶν σοι λέοντι φαίνεται προσεικέναι; Sic Soph. Philoct. 903. δρᾷ τὰ μὴ προσεικότα. *Brunck.* o)

186. V. Suid. V. Ἐοίκασι, vbi loci huius meminit. *Kuſt.* Proprie non in Pylo capti ſunt iſti Lacedaemonii, ſed in Sphacteria; in qua inſula, iacente prope Pylum, in continente ſitam et ab Athenn. munitam, plusquam quadringentos Lacedaemoniorum Athenienſes obſidione cinxerant tandemque expugnauerant, et ex iis fere trecentos captiuos abduxerant. His autem Lacedaemoniis ſimiles dicit eſſe philoſophos illos, quos apertis foribus intus conſpicabatur, nempe ſqualidos et macie confectos; tales autem reddiderat Lacedaemonios in inſula illa deſerta fames diutina *p*). Rem omnem accurate narrat Thucydides lib. IV. [c. 15. ff. et 38 — 42.]. *Bergl.*

τῆς Λακωνικῆς repoſuimus pro τοῖς Λακωνικοῖς, re etiam et ratione poſtulante, vt docet Ducker. ad h. l. *q*). Eſt Pylus Laconica, quae diſtinguitur ab alia vrbe cognomine. *Erm.* Ita Reizius etiam volebat. At vero recte caeteri libri τοῖς Λακωνικοῖς, quod non ſolum poſſeſſiuum eſt, ſed aeque de hominibus Lacedaemoniis dicitur, ac Λάκωνες, vt Lys. 628. Eccles. 356. Pac. 212. *Herm.*

187. conf. Hom. Il. γ, 217. ibique Clark. *Harl.*

188. βολβοὺς (bulbos, Zwiebeln) reddidit *Sch.*, ad noſtram comicam rationem propius, *Erdäpfel.* — Mox Streps. illos diſcipulos, fortaſſis propius adſtantes foribus

---

o) Receperunt εἰκέναι etiam *Sch.* et *Herm.*

p) Miſerabilis erat Laconum ab Athenn. in Pylo captorum adſpectus. Adeo fame enecti ceterisque obſidionis malis afflicti erant. *Sch.*

q) Λακωνικοῖς poſſeſſiuum eſt, vt Steph. Λακεδαίμων, nec video qua ratione Lacedaemonii Λακωνικὴ dici poſſint. Forte τῆς Λακωνικῆς, *quam tenebant Lacedaemonii, quae eorum terrae annumerabatur.* Sed Suidas V. Ἐοίκασι vulgatum ſeruat. *Duck.*

alloquitur, neque enim, quod Sch. coniecit, plures ex iis iam exiiſſe videntur.

189. (al. 190.) τοῦτ' ἔτι. Sic A. C. recte r). In B. τοῦτο φρ. In meo τούτου Φρ. Vulgo τοῦτό γε. *Brunck.* Probant *Sch.* et *Herm.*, ſed *Sch.* praeterea μή νυν ſcribi vult; *nolite igitur hoc amplius quaerere*, quod et Reizio placebat, non Hermanno. Sed Porſon. ad Eurip. Hec. 1214. memorata Br. emendatione: „Debebat ſaltem τοῦτό γ' ἔτι φρ., ſed verum eſt τουτογί, quod nunc in τοῦτό γε, nunc in τοῦτο τί corruptum his turbis ortum dedit." Porſono nunc adſentitur Herm. Recte.

190. (191.) εἰσὶ μεγάλοι καὶ καλοί. R. εἰσὶν οὗτοι καὶ κ. *Ern.* Recepit eam ſcripturam, vnius illius cod. auctoritate (quamquam etiam Schol. videri poteſt, voc. μεγάλοι ignoraſſe), *Herm.* „Ac μεγάλοι quidem, ait, nec vitio vllo laborat, et vere etiam ac docte dictum eſt. Etſi enim Athenaeus II, 23. vbi de bulbis agit, nihil de eorum magnitudine dicit, Plinius tamen XIX, 30. *vetuſtiores*, inquit, improbant; item paruos et longos: contra rubicundis rotundioribusque laus et grandiſſimis. Sed hic locus etiam hanc vim habere poterit, vt ad καλοί interpretationis cauſa μεγάλοι adſcriptum fuiſſe putemus, quum, qui eſſent optimi bulbi, aliquis indicare vellet. Quod ſi quis elegantiam et comicam virtutem vtriusque lectionis diligenter expendat, vulgata facile ſuperatur a ſcriptura cod. Regii. In vulgata enim nihil eſt, quod placere poſſit, praeter ſimplicitatem Strepſiadae; in altera lectione ad ſimplicitatem ſenis et maior vis orationis et facetior quidam comicae dictionis lepor accedit. Neque enim, vbi meliores bulbi inueniantur, ſcire ſe dicit, quod in vulg. lectione eſt: ex quo conſequitur aliquos tamen hic inueniri poſſe, vbi iſti eos quaerant: ſed, quo magis illos a quaerendis bulbis deterreat, vbi omnino inueniantur, ſcire ſe dicit, quo ſignificat, nullos hic inuentum iri. Deinde haec ἐγὼ γὰρ οἶδ' ἵν' εἰσὶν οὗτοι vel per ſe plus valent ad riſum excitandum, quam vulg. lectio. Nam non ſolum ſimplicitatem, verum etiam ruſticam et ineptam ſuperbiam vocabulo οὗτοι prodit Strepſiades, qui hanc ſcilicet rem a tantis philoſophis quaeri miratus, id nimirum ſe quoque ſcire

r) Ita etiam Elb. Bau. et R. ap. *Ern.* ſed L. τούτου γε.

laetatur. Quae ſtultitia hominis magis etiam ridetur, quum illa addit, καὶ καλοί· quibus verbis, duplicata ſententia, non modo confirmat ſtuporem ſuum, ſed auget etiam. *Herm.*

191. τί δ' ἄρ' οἶδε s). Male vulgo τί γὰρ οἶδε. Vocula γάρ, quae hic locum non habet, e ſuperiore verſu repetita fuit. *Brunck.* Falluntur, qui γὰρ non putant in interrogatione poni poſſe, niſi vbi aut e praecedentibus aut e ſequentibus verbis aliqua ratio erui poſſit, quare γὰρ ſignificet *igitur*. Nam quaeuis interrogatio ita eſt comparata, vt recte in ea γὰρ adhibeatur, quemadmodum Romani etiam *quisnam*, *vbinam*, vel *nam quis*, *nam vbi* dicunt. Sic Hom. Il. XVIII, 182. Ἴρι θεά, τίς γάρ σε θεῶν — vbi nec praecedit quidquam nec ſequitur, quare γὰρ ſit *igitur*. Nimirum in quauis interrogatione hoc poteſt intelligi, *incertus ſum*, vel *miror*, vel *dic mihi* t). Vnde quum ipſa ſequitur interrogatio, recte γὰρ aut *nam* adhibetur, vt quo cauſa indicetur et ratio, quare quis incertus ſit, aut miretur, aut dici ſibi aliquid velit. Ita hic: τί γὰρ οἵδε δρῶσιν, eſt ſtupentis nouo aliorum diſcipulorum adſpectu, rationemque reddentis, quare eos miretur. Similiter infra 201. pariter re noua conſpecta: πρὸς τῶν θεῶν, τί γὰρ τάδ' ἐστίν; et 219. vbi nominari ſibi iubet eum, de quo interrogat: φέρε, τίς γὰρ οὗτος κ. τ. λ. *Herm.* Comicus philoſophos cogitabundos, non Homeri locum Il. III, 216. f. vti Clark. ibi opinatus eſt, ludit. *Harl.*

192. οὗτοι γ' ἐρεβ. Sic tres Regii. Vulgo οὗτοι δ' — *Brunck.* quem *Sch.* et *Herm.* ſequuti ſunt, adſentiente etiam Porſon. ad Eur. Hec. 1214. p. 94. ed. Lips.

ἐρεβοδιφῶσιν ὑπὸ τὸν Τάρταρον. Aeſch. Prom. 152. Εἰ γάρ μ' ὑπὸ γᾶν· mox εἰς ἀπέραντον Τάρταρον· alias τὰ τάρταρα, vt Eurip. Hipp. 1290. ὑπὸ γῆς τάρταρα. Vt vero trita omnia ac pueris nota de Erebo, ceu ima et profunda,

---

s) Ita etiam Inu. dedit, ſuis tamen codd. non hanc in rem laudatis. Recte autem *Sch.* et *Herm.* vulgatum reſtituerunt. Wakefield. ad Lucret. III, 7. emendauit τί γὰρ — (quaſi ea non eſſet omnium codd. lectio) et hunc part. γὰρ vſum copioſe illuſtrauit.

t) Integram ſententiam ſuppleri nonnulli iuſſerunt. v. Lamb. Bos. de Ell. gr. p. 810. ed. Schaef.

iuxta Seru. ad Virg. Geo. IV, 46. inferorum parte: ita minus forte obuium, quod de profundo mari ap. Soph. legitur Antig. 597. [f. 584. ff. ed. Erfurdt.] ἁλὸς οἴδμα δυσπνόοις Θρηίσσαις ὅταν ἔρεβος ὕφαλον ἐπιδράμῃ πνοαῖς *ſicut maris tumor aduerſis Thraciis flatibus profundus incurrit*, f. iuxta Schol. *niger incurrit*. Scholia nempe ibidem: ἔρεβος· μέλαν. *Spanh.* Theophylactus Simocata epiſt. 12. οὔτε φλέβας χρυσοῦ μεταλλουργοὶ ἀνιχνεύοντες, οὔτε ῥεωρύχοι τὰ τῆς γῆς ἐρεβοδιφῶντες ἀπόῤῥητα (aquileges, terrae arcana penitus rimantes), ὀφθαλμοὺς ὑδάτων ἀναζητοῦντες θεάσασθαι, οὕτω περὶ τὴν ἑαυτῶν ἐσπουδάκασι τέχνην, ὡς ἐγὼ ἐσκινδαλάβιζον (ſcrupuloſe et minute perquiſiui) ἅπασαν εἴ πω τὸν Ἀγησίλαον ἦν με θεάσασθαι. In iſto autem loco videtur ἐσκινδαλάμιζον legendum, vt ſit a σκινδάλαμος, de quo ſupra v. 130. Quam autem ſit facilis literae μ in β mutatio, norunt, qui legunt MSta. *Bergl.*

195. εἴσιθ' pro εἴσιτε. Loquitur ad condiſcipulos, qui κατὰ τὸ σιωπώμενον foras prodierant. *Bergl.*

Ἐκεῖνος, ἐκεῖνος i. e. *magiſter*. Solebant enim diſcipuli et ſerui honoris gratia, αὐτὸς et ἐκεῖνος dicere, quum *dominum* vel *magiſtrum* ſignificare vellent. Vid. Nos etiam ad 219. *Kuſt.* Colloquentibus inter ſe diſcipulo et Strepſiade, complures alii ſe ex φροντιστηρίῳ proripuerant, viſuri, quid rerum ante fores gereretur. Hos ille ſummouet et redire in ſcholam iubet. ὑμῖν dedi pro vulg. ἡμῖν· illud enim conſequentibus magis conuenit. *Schütz.* ὑμῖν recepit *Herm.* et ſic eſt in cod. Bau. Nunc tamen ἡμῖν retineri vult. Nam ſe quoque diſcipulus includit.

196. ἐπιμεινάντων pro ἐπιμεινάτωσαν, vt infra 455. παραθέντων, 452. δρώντων et alibi ſaepe. *Bergl.* Add. Pierſon. ad Moer. p. 15. Koen. ad Greg. Cor. p. 74. Fiſch. ad Well. II. p. 343. Vim ſtructurae ἵνα cum κοινώσω illuſtrat Dawes. M. Cr. p. 87.

199. (al. 200.) ἄγαν ἐστὶν χρόνον ν). Vulgo ἄγαν γ' ἐστὶ χρόνον. Primo iſtud γ' recte abeſt a tribus Regiis. Tum ἐστὶν ob metrum ſcribi oportuit. Inſertum fuit γε ab incepto librario prosodiae imperito. Vltima in ἄγαν poëtis

---

ν) Ita etiam cum Br. dederunt *Sch. Inu.* (e codd. ſuis) et *Herm.* In L. ap. *Ern.* γ' deeſt.

Atticis semper producitur. V. quae notaui ad Eurip. Androm. 364. Quae ibi propoſita fuit Sophoclei verſus in Aiac. 965. emendatio, quam ſuo loco adferam, *clariſſimi Profeſſoris regii* [Vauuillierſii] ſuffragio comprobata non fuit. Tamen *certi ſatis nihil videt.* Huic ergo dico, vt Dicaeopolis agricolae illi, qui flendo morbum oculorum contraxerat, κλαῖε πρὸς τοὺς Πιττάλου. At ego medico ſoluam mercedem, ſi mihi lippus ille vnicum e poëtis Atticis verſum indubiae lectionis oſtendat, in quo ἄγαν vltimam corripiat. Quod Euſtathius ait ad Odyſſ. β, 49. i. e. p. 1433, 64. cuius loci indicium Heathio debet; ὅρα δὲ καὶ τὸ πάμπαν συναλὲν ὡς τὸ ἄγαν καὶ λίαν· illud ſcribens humani quid paſſus eſt. Quod ad πάμπαν adtinet, vltimam iſtius aduerbii corripi, ipſe agnoſcit auctor Etym. M., quem laudaui, ſed hoc de ἄγαν et λίαν diſerte negat: ἄγαν, τὸ γαν μακρόν. τὰ εἰς αν λήγοντα ἐπιῤῥήματα μακρὸν ἔχουσι τὸ α, οἷον πέραν, λίαν, εὐάν· πλὴν τοῦ ὅταν καὶ πάμπαν. Nullibi apud poëtas Atticos λίαν occurrit vltima breui. Primam modo producunt modo corripiunt. Producitur in Antiſthenis verſibus, quos profero aliter ac leguntur in Floril. Grot. p. 321.

τί φῄς; λαθεῖν ζητῶν τι, πρὸς γυναῖκ' ἐρεῖς
τὸ πρᾶγμα; καὶ τί τοῦτο λίαν διαφέρει,
ἢ πᾶσι τοῖς κήρυξιν ἐν ἀγορᾷ φράσαι;

V. quae notaui ad Andr. 860. et Med. 928. Aduerbium μακρὰν vltimam etiam ſemper producit, vt dixi ad Ran. 434. Incerti Tragici verſus ap. Stob. de R. N. ed. Grot. p. 127. ſic legendus eſt:

καὶ τὴν Δίκην μακρὰν ἀπωκίσθαι βροτῶν.

Si legas που μακρὰν pes vel tertius vel quartus creticus erit. *Brunck.* ἐστὶ refertur ad οἷον τε, vt ſit: οὐχ οἷόν τ' ἐστὶν αὐτοῖς. *Bergl.* Scilicet vt tanto pallidiores atque doctiores videantur, incluſi aedibus tenentur. *Wiland.*

200. Brunck. tacite pro vulg. εἰπέ μοι, quod *Sch.* et *Herm.* recte retinuerunt, dedit: εἶπ' ἐμοί, vnde venit in ed. Inu.

201. Pertinet ad reprehendendum Socratem, qui ſtudium geometriae et aſtronomiae commendabat ſuis. Xen. Mem. Socr. L. IV. *Ern.* ἀστρονομία x) μὲν αὐτηί. Quod

x) Tabula aut Sphaera, vbi ſidera erant deſcripta. *Bergl.*

ad vifam ibi a Strepfiade fphaeram vel Zodiaci tabulam et quaerente, quaenam eadem forent, hic a Socratis difcipulo dicitur. *Aftronomiae* vero deditum fuiffe Socratem, vel ex his quae ap. Plat. de Rep. VII. p. 517. etc. de fcientiae illius a iuuenibus addifcendae praeftantia difierit, liquere fat poteft. Adde ex iis infuper, quod a Xenoph. Mem. IV, 7. traditur, hortari folitum Socratem, καὶ ἀστρονομίας ἐμπείρους γίγνεσθαι, et quidem, quod addit, vt noctis et menfis et anni tempora cognofcere poffent, feu, vt idem Plato tangit de Legg. VII. p. 809. vt aftrorum, folis et lunae curfus, atque ita ordinem dierum in menfium curriculo, et menfium anni curfum, tum ftata et conuenientia feftis ac facrificiis tempora haud ignorarent: non vero, quod docet rurfus d. l. Xenophon, vt ea quae non funt in eodem ambitu fidera, eaque vaga et errantia, aut ipforum a terra interualla et circuitus cognofcerent. Etfi aliquid amplius ea in re, nempe de folis, lunae et errantium fiderum curfu edoceri iuuenes concedit Plato de Legg. VII. p. 818. [Steph. f. p. 382. ff. T. VIII. Bip. add. p. 388.]. *Spanh.*

202. Γεωμετρία. Idem quoque de *geometria*, eaque a tenera aetate, ex fcito Socratis, addifcenda tradunt in dictis modo libris Xenophon et Plato, ille Memor. l. IV. [c. 7.] §. 3. hic in Phileb. p. 56. [T. II. f. T. IV. p. 300. Bip. c. 34. Fifch.] et de Republ. VII. p. 527., vbi quum ad rei bellicae adminiftrationem, tum ad omnes artes geometriae vtilitatem praedicat. Apud Xen. vero, quo vsque incumbendum geometriae et a quibus abstinendum, docet, vt mox dicetur, Socrates. *Spanh.*

203. γῆν ἀναμετρεῖσθαι. Nempe quod, vt palmarium geometriae opus, *terram metiri* f. terram recta metiendi ratione accipere, vel tradere, vel distribuere, iuueni addifcendum in eoque ei acquiefcendum, docet ap. Xen. d. l. Socrates. Quibus continuo fubdit, haud debere illum in eo geometriae ftudio progredi ad quaeftiones inutiles: quod non videat (etfi Socrates fit rerum, quod ibi additur, haud imperitus), quem vfum illae fint habiturae, illaeque praeterea a multis aliis vtilibusque difciplinis auocent. Quae memorabilia vtique vel Socratis vel grauiffimi fimul imperatoris, hiftorici et philofophi verba haud omittenda hic mihi videbantur. *Spanh.* Ambiguitas eft in v. ἀναμ., quod fignificare poteft *metiri* et *menfura diuidere*, vt

ſimplex μετρεῖσθαι, quod paſſiue eſt, *menſura accipere.* Hac ambiguitate captatur riſus et irridentur philoſophi non populariter loquentes. *Ern.* Fallitur Ern. philoſophos irrideri putans. Nam ἀναμετρεῖσθαι pro μετρεῖν nequaquam proprium eſt philoſophorum aut a populari ſermone alienum. Ita Eurip. Ion. 1271. ἀνεμετρησάμην φρένας τὰς σάς· Electr. 52. γνώμης πονηροῖς κανόσιν ἀναμετρούμενος τὸ σῶφρον ἴσῳ. *Herm.*

τὴν κληρουχικήν. Terra nempe κληρουχικὴ hic dicitur, vt viderunt Schol. et Harpocr. V. Κληροῦχοι. de agris captarum vrbium, qui ſorte dein Athenienſibus a κληρούχοις ad id electis diſtribuebantur y). Κλῆροι proinde agri ſeu fundi captarum id genus vrbium appellati, *ſorte*, vnde iis nomen, adſignati; quomodo, captis ab Athenn., quae ab iis defecerant, Mitylenis, decretum inter alia dicitur ap. Thuc. III, 50. κλήρους δὲ ποιήσαντες τῆς γῆς, πλὴν Μηθυμναίων, τρισχιλίους. Inde κληρουχίαι dictae *coloniae*, quae in eas vrbes, quarum agri erant ſorte nouis Athenn. colonis diſtribuendi, mittebantur, et κληροῦχοι praefecti, ſeu dicti apud Romanos *Duumviri* vel *Triumviri coloniis deducendis*, quibus hoc munus diſtribuendorum ſorte agrorum incumbebat. Praeter adductam ab Harpocr. [p. 216. ed. Blanc.] ex Iſocratis Paneg. [c. 31. init. vbi cf. Morus] illam voc. κληρουχίας ſignificationem, eam adſtruit quoque in Pericle Plutarchus p. 170. [c. 34. p. 659. T. I. Reisk.] vbi docet, eumdem Periclem, quo plebem ob bellum Peloponneſiacum iratam demulceret, eam pecuniarum largitionibus placaſſe, καὶ κληρουχίαν ἀνέγραψεν. Cuiusmodi κληρουχίας Samum, eadem inſula ſimiliter poſt defectionem capta ab Athenn. deductae meminit Ariſtoteles Rhet. II, 6. ὥσπερ Κυδίας περὶ τῆς Σάμου κληρουχίας ἐδημηγόρησε. Quod ſimiliter *Heſtiaeenſium* in Euboea ſatum, docebit rurſus Thucyd. I, 114. Vnde audita, quae ter-

---

y) De κληρουχίαις vide quae habent Harpocr. et Suid. Locus Demoſth. laudatus ap. Suid. et expoſitio σώματα, quam adfert Kuſterus, eſt Valeſii ad Harpocr. Quid ſit γῆ τελοῦτα ap. Schol. non ſcio. Quod κληρούχους γεωργοὺς exponit, eſt etiam ap. Suid. et Heſych. Hinc κληρουχικὴ γῆ eſt heredium ruſticum. v. Spanh. ad Callim. h. in Del. 761. et ad Iulian. p. 187. *Duck.* Inde a Periclis temporibus inprimis agri hoſtium occupati inter ciues inopes ſorte diuidebantur, vnde κληρουχίαι dictae ſunt. *Wil.*

ram metiri doceret, Geographia, quaerit continuo Strepsiades, an sit terra illa κληρουχική, seu in qua agri sint forte Athenn., e quorum numero ipse erat, ciuibus distribuendi. Vt nunc addam, quod in decreto Smyrnaeorum in Marmorr. Oxonn. p. 16. *z)* dicatur, priscis Magnesiae incolis et qui ad Smyrnaeos transierant, ὑπάρχειν αὐτοῖς τοὺς τρεῖς κλήρους δωρεάν, καὶ ὅσοι αὐτῶν ἀκληρούχηται, δοθῆναι αὐτοῖς κλῆρον ἱππικὸν δωρεὰν τῶν παρακειμένων τῷ χωρίῳ *fore iis agros* deinceps seu *fundos gratis, et quotquot sunt eorum, quibus agri nondum sunt adsignati, traditum iis iri fundum equestrem* (ad equites nempe alendos) *gratis* (seu sine onere, iuxta Seldenum) *ex iis qui castello adiacent.* Et haec obiter ad hunc Comici locum, qui aliqua pleniore luce indigere videbatur. *Spanh.*

204. ἀστεῖον h. l. non *facetum* est, vt fere reddunt, sed *pulcrum*, id quod probatur, placet. Vnde statim *inventum populare* (populi commodis inseruiens) *et vtile* appellat.

206. Venustam emphasin habet σοι abundans. V. ad Ran. 1119. *Brunck.*

208. ἐπεὶ δικασὰς — Quasi hoc praecipuum sit signum, vnde Athenn. vrbs a caeteris dignosci possit, si nempe iudices in foro sedeant; perstringit autem hic etiam τὸ φιλόδικον eorum: de qua re ex professo edidit Vespas. *Bergl.* Tanta enim fuit iudicum Athenis multitudo, vt fere quartam ciuium partem efficerent. *Wiland.*

210. Κικυννῆς. Perperam vulgo Κικυνεῖς. In A. C. Κικυννεῖς *a)*. Genuinam terminationem Atticam meus exhibet Κικυνῆς, sed ν geminari debuit. Pagi nomen est Κίκυννα, vnde Κικυννόθεν supra 134. Pessime in B. καὶ ποῦ Κυνεῖς. Deprauatae etiam sunt Hesychii glossae: Κικίννης. δῆμος τῆς Ἀκαμαντίδος φυλῆς. Κικίννα, τριχόπλακος. Scripserat: Κίκυννα, δῆμος τ. Ἀ. φ. δημόται, Κικυννῆς. Tum nomen, ad quod pertinet explicatio τριχόπλακος epitomatoris culpa omissum fuit. Dicitur autem Κικυννῆς, vt Ἀχαρ-

---

z) N. XXVI. §. 102. f. p. 58. ed. Roberts.

a) Ita in Not. *Bergl.* scribitur qui ad v. 134. et 156. lectores ablegat. Κικυννῆς recentt. edd. omnes post Br. habent.

νῆς, Κερκυῆς, κωπῆς, ἀμφορῆς, γναφῆς, ἱππῆς, quae forma eſt nominatiui pluralis nominum omnium in εvς deſinentium. V. Gregor. de dial. Att. §. 43. In priore Heſych. gloſſa Atticam terminationem non animaduerterunt interpretes. Κικίνης deprauatum a Κικυννῆς. His nominatiuis olim non ſubſcribebant. *Brunck.*

212. ἤδί *b)*· παρατέταται. v. de h. l. Spanhem. ad Call. p. 336. [ad h. in Del. 20. p. 391. T. II. Ern.] *Kuſt.* μακρά. Euboea erat oblonga inſula, vnde et Μάκρις dicebatur, teſte Steph. Byz. et Schol. *Bergl.* Vnde Μακρὶς etiam dicta haec inſula Euboea, et ap. Callim. h. in Del. 20. Μακρὶς Ἀβαντιάς, ad quod eius nomen reſpicit h. l. ab Ariſtoph. ibidem vidimus. Hanc vero vocem παρατέταται non de extenſa in longitudinem Euboea intellexerat Strepſiades, ſed de eadem ab Athenn. duce Pericle ſubacta *c)*, dum ab eo dicitur: ὑπὸ γὰρ ἡμῶν παρετάθη καὶ Περικλέους *a nobis enim et a Pericle tributis*, vt hic innuunt Scholia, *eſt oppreſſa.* Ap. Heſych. Παρατενεῖς, ἀποκλεῖς. Euboeam certe totam, quae ab initio belli Peloponnes. ab Athenn. defecerat, mox a Pericle ſubactam, ita vt reliquae eius partes certis conditionibus in deditionem reciperentur, Heſtiaeenſibus vero ſede ſua pulſis, eorum agrum retinuiſſe Athenienſes. docet Thucydides [I, 114. *d)* add. VII, 57.], ad quem distribuendum κληδοῦχοι, de quibus modo egimus, fuerunt ab iis miſſi. *Spanh.*

213. ὑπὸ γὰρ ὑμῶν. Sic etiam edd. vett. Ald. et Flor. At quaedam recentiorum *e)*: ἡμῶν. *Kuſt.* ὑμῶν (quod in Mſſ. et edd. Paris. Bas. etc. etiam legitur) ſeruat Kuſterus. Vellem explicaſſet. Intellige dictum ad populum, converſa repente oratione, non ad Socratis diſcipulum. *Ern.*

---

b) Reizius e Schol. ἤγουν ἰδοὺ coniicit alios olim, ſed repugnante metro, ἠνὶ pro ἤδὶ legiſſe. *Herm.*

c) Aliter accepit Ruſticus hanc vocem, hoc ſenſu: *Euboea*, ſ. incolae eius, *extenſa eſt et proſtrata*, i. e. devicta et ſubiecta. *Bergl.*

d) Eius verba: καὶ Ἀθηναῖοι πάλιν ἐς Εὔβοιαν διαβάντες, Περικλέους στρατηγοῦντος, κατεστρέψαντο πᾶσαν, laudauit *Bergl.*

e) *Ern.* eas non viderat, ſed *Harl.* in ed. Lugd. et Amſt. ita legi oſtendit. ἡμῶν etiam *Reisk.* ſcribi iuſſit.

Bene duo Regii ἡμῶν. Eſt etiam in Schol. ms. ἡμῶν. *Brunck.* Poſt eum ita *Sch.* et *Herm.* cum *Inu.* ediderunt.

214. Rotundius fuerit: — ποῦ 'σθ'; ὅπου 'ϛιν; *Bentl.* ποῦ 'σθ' R. quod non displicet. *Ern.* Receperunt *Sch.* et *Herm.* Brunckius ποῦ 'ϛιν retinuit.

215. Olim in hoc verſu pro πάνυ legebatur μέγα, quod Schol. agnoſcit, itemque Suid. V. Μέγα, vbi τὸ μέγα interpretatur πάνυ. Nimirum illud πάνυ ex gloſſemate irrepſit, et inuenuſte profecto, quum mox ſequatur πόῤῥω πάνυ. Quare reuocandum hic eſt τό, μέγα φροντίζετε. *Bentl.* Ia. πάνυ μέγα φροντ. Gloſſa τοῦ πάνυ irrepſit in textum. *Ern.* Brunkius ex B. ſimiliter adfert: τ. πάνυ μέγα φρ. Idem praeeunte, quem laudat, Bentl. recepit μέγα, in quo eum ſequuti ſunt *Sch.* et *Herm.*, ſed *Inu.* e ſuis πάνυ reſtituit, quod tamen etiam Herm. recte iudicauit inuenuſtum eſſe.

218. κρεμάθρας. Pollux in h. l. olim legit κρεμάϛρας. V. eum lib. X. ſect. 156. *Kuſt.* Praeter Pollucem occurrit etiam ap. Ariſtot. (quod pridem ad hunc Comici locum notaueram, et iam occupaſſe Lexica video) κρεμάϛρα, Rhetor. III, 11. [§. 5. p. 354. T. IV. ed. Buhl.] ἢ εἴ τις φαίη, ἄγκυραν καὶ κρεμάϛραν τὸ αὐτὸ εἶναι. Adde veteres gloſſas: Κρεμάϛρα, *Carnalium.* Κρεμαϛὰ vero haec eadem ab vno Schol. dicitur. *Spanh.* Per machinam oſtenditur Socrates *f)*, ridiculi cauſa, ſublimis, in corbe penſili. Gloſſae: κρεμάϛρα *carnalium.* Schol. dicit eſſe *vas, in quo reliquias obſoniorum ſolemus reponere.* Comicus ipſe mox ταῤῥὸν vocat. Gloſſae: Ταῤῥὸς *crates. Bergl.*

219. αὐτός *g)*. Ad loci huius illuſtrationem non gravabor deſcribere, quae notauit Caſaubonus ad Theophr. Char. cap. περὶ κολακείας [§. 2.] ad verba illa ἕως ἂν αὐτὸς παρέλθῃ [§. 3. p. 34. ed. Fiſch.]: „Vt in lingua ſancta,

---

f) Socrates in corbe ſuſpenſus ſedet, eumque miratur Strepſiades. *Schutz.* Vt hic Socratem Comicus in corbe ſuſpenſum exhibet, ſic Acharn. Euripidem in machina theatrali. *Brunck.*

g) Ad comicam vim *Schütz.* melius reddidit: das ſind *Hochdieſelben*: quam *Wiland.* *Er ſelbſt*, qui quidem Wil. recte animaduertit, admodum comice dictum eſſe: αὐτὸς — τίς αὐτός;

inquit, הוא *ipſe* pro deo aut Chriſto abſolute ponitur: ſic apud Graecos honoris eſt appellatio Αὐτὸς h. e. *ille*, et, vt hodie loquuntur homines κολακευτικοί, *dominus ſine adiectione*. Ita ſemper in hoc cap. deſignatur ὁ κολακευόμενος, qui eſt adulatori inſtar domini. Sunt enim αὐτὸς et ἐκεῖνος voces ſeruorum, quas honoris cauſa propriorum nominum loco vſurpabant. Ariſtoph. Ran. [513. f.] ἴθι νῦν, Φράσον πρώτιστα ταῖς αὐλητρίσι Ταῖς ἔνδον οὔσαις, αὐτὸς ὡς εἰσέρχομαι. Schol. αὐτὸς ἀντὶ τοῦ ὁ δεσπότης. Sic apud Latinos. Plautus Caſina, vbi Stalino et ancilla colloquuntur [IV, 2, 10.] St. Quid tu hic agis? An. Ego eo, quo me Ipſa miſit. (*Ipſa* h. e. hera mea.) Terentius Hecyra [III, 4, 14.]: Sed Pamphilum ipſum video ſtare ante aedes. Donatus: *Ipſum, a quo miſſus ſum: vel dominum, vt Graeci αὐτόν.* Idem notat Aſconius in quemdam *Verrinarum* locum. Erat et diſcipulorum vox, quum de praeceptore loquerentur: vnde illud: Αὐτὸς ἔφα. Ariſtophanes Nebulis [h. l.] Φέρε κ. τ. λ. Αὐτός. Scholiaſtes ibi *h*), *honoris cauſa*, inquit, *non ſtatim Socratis nomen profert.* Idem notatur ab eodem etiam alibi et a Donato non vno loco. Apud Platonem in Protagora [p. 95. T. III. ed. Bip.] pulſantibus fores Calliae ſophiſtae reſpondet ianitor: οὐ σχολὴ αὐτῷ, i. e. *doctori i) non vacat.*" Haec Caſaubonus. Vide etiam ſupra v. 195. *Kuſt.* Ad haec quae ad illuſtrationem voc. αὐτὸς pro *hero* ſ. *magiſtro* dicti a Caſaub. adtulit Kuſt., addam, αὐτὸν pro *ciue* etiam Athenienſi ſubinde dictum, et quidem quum intuitu μετοίκων *(inquilinorum)*, tum ξυμμάχων, ſ. *ſociorum*, qui Athenienſibus annua pendebant tributa. Cuius rei exemplum ſuppeditat in Acharnn. Ariſtophanes, qui poſtquam dixerat, non ſe ideo a Cleone perſtrictum iri, quaſi praeſentibus ſociis, vrbi Athenarum male diceret, addit continuo (503. ff.):

Αὐτοὶ (*ſoli*, nempe ciues Athenn.) γὰρ ἐσμὲν, ὑπὲ
Ληναίῳ τ' ἀγών,

h) Hanc poſtremam dictorum Caſaub. partem etiam repetiit *Bergl.*

i) At ibi αὐτῷ eſt *hero*; nam ianitor exiſtimat pulſantes moleſtos fore hero Calliae Hipponici f. (non ſophiſtae), apud quem Protagoras deuerterat, ſed illi, ſe Protagoram adituros eſſe oſtendunt itaque iutromittuntur.

Κοὔπω ξένοι πάρεισιν· οὔτε γὰρ φόροι
Ἥκουσιν, οὔτ' ἐκ τῶν πόλεων οἱ ξύμμαχοι·
Ἀλλ' ἐσμὲν αὐτοὶ (ciues) νῦν γε περιεπτισμένοι.
Τοὺς γὰρ μετοίκους ἄχυρα τῶν ὀσῶν λέγω.

Agebatur nempe illud Acharnn. drama *Dionyſiorum* ſ. *Liberalium* κατ' ἀγροὺς dictorum tempore autumnali, non autem verno *Dionyſiorum* ἐν ἄστει (qua de re plenius ad alia huius Comici loca dicetur), quo Athenienſium ſocii ſoliti tum Athenas confluere et annua, quae iis pendere tenebantur, tributa deferre. Vnde αὐτοὶ ibi reſpectu quum eorumdem ſociorum, tum eorum qui agebant quidem Athenis, μετοίκων ſ. *inquilinorum*, ſed haud minus a ciuibus erant diſtincti et eodem ferme loco, quo ξένοι ſ. *peregrini* habiti, vt de iis μετοίκοις haud vnus occurrat, quum ad poſtrema haec in Acharnn. verba, tum alibi in his fabulis dicendi locus. Quibus adde, de hoc voc. αὐτοὶ pro *ciuibus Athenn.*, Demoſth. I. Philipp. p. 26. *k)* καὶ μετὰ ταῦτα ἐμβαίνειν τοὺς μετοίκους ἔδοξε καὶ τοὺς χωρὶς οἰκοῦντας· εἶτ' αὐτοὺς πάλιν ἀντεμβιβάζειν. *Spanh.*

ὦ Σώκρατες *l)* τὸ ὦ, quod Mſſ. noſtri ſeruant omnes, eſt inſititium ad complendum verſum. Nec eſt in edd. antiquis meis, eſtque alienum. Nam Strepſiades demum v. 122. alloquitur Socratem. Bentleius corrigit: τί; Σωκράτης; Cur autem non ὁ Σωκράτης; *Ern.* Articulus hic vehementer frigeret. Reizius probabat Bentleii correctionem. Nam ſane Brunkius fallitur in eo, quod haec verba non vocantis, ſed admirantis eſſe putat. Admirantis foret ὦ Ζεῦ, non ὦ Σώκρατες. Nihilo tamen minus retinendam exiſtimaui librorum Mſſ. lectionem, quae ſi recte intelligitur, egregiam in mouendo riſu vim habet. Et-

---

k) T. I. p. 50. Reisk. Add. de hoc relatiuo vſu pron. αὐτὸς Sturz. Lex. Xen. I. p. 476.

l) Sic IV. codd. [Regii] vt Kuſt. edidit. In prioribus edd. adverbium ὦ omiſſum erat. Eſt autem illud admirantis, non vocantis. *Brunck.* In hoc verſu [e vulg. lect.] deficit ſyllaba. Forte aliquis inſerendam putet voculam ὦ, vt legatur: ὦ Σώκρατες: et ſane Schol. lectionem iſtam clare agnoſcit. Sed fruſtra. Nam praeterquam quod aduerſus τὸ ᾖθος peccat, apparet ex verſu abhinc tertio, αὐτὸς σὺ κάλεσον etc. nondum tum Strepſiadem compellaſſe Socratem. Lego itaque: Αὐτός. τίς αὐτός; Σωκράτης. Τί; Σωκράτης. Nimirum τί hic eſt particula admirantis, vt ap. Lat. *quid*, vel *hem. Bentl.*

enim Strepſiades, Socratis nomine audito, pro ea, qua ardet, diſcendi cupiditate, illico hunc vocat. Socrates autem, ſuperbi homo ſupercilii, et caeleſtia magis quam humana curans, animum non aduertit, quid ἐφήμερος iſte, quem dicit, ſtrepat. Igitur Strepſiades reuerentia ductus, metuit, ne ipſi neſas ſit illum vocare ob eamque rem diſcipulum id facere iubet. *Herm.* Hinc etiam Schütz. et Wiland. in verſſ. poſt haec verba recte poſuerunt lineolam, quae ſpatium quoddam interiectum indicet.

221. Quoniam nunc magiſter adeſt, diſcipulus, cui antea multum erat otii ad nugandum, ſe occupatum fingit. *Wiland.*

222. Conſtituitur hic vulgo tertiae ſcenae actus primi initium. Verba ὦ Σώκρ. extra verſum ſunt poſita.

223. ὦ ἐφήμερε *m*). *O homo*, quaſi Socrates ipſe non ſit homo; duplici ſenſu: vel quia res humanas contemnat ſcilicet, *vt nec humana videatur ſorte creatus*, ſed deus aliquis: hinc etiam per machinam, vt dii ſolent, in tragoediis, apparebat, ſed ridicule in corbe penſili. Alexis ap. Athen. VI. [p. 226. C. f. T. II. p. 370. Schweigh.] εἶτ' ἐς νέωτά φησι γράψειν κρεμαμένους· καὶ θᾶττον ἀποπέμψουσι τοὺς ὠνουμένους, ἀπὸ μηχανῆς πωλοῦντες ὥσπερ οἱ θεοί· *deinde proxime ſequenti anno dicit ſe legem laturum, vt* (piſcatores) *pendentes vendant: et ſic citius dimittent emtores ſuos, ſi e machina, tamquam dii, vendant;* quia machina ſubito apparere ſolet. Vel quia Sileno ſimilior videatur, quam homini, vtpote caluus et ſimius; quare et in Sympoſio Platonis adoleſcentulus aliquis in eum iocatur et turpiorem dicit Silenis. Itaque Comicus facit eum loquentem talibus verbis, qualibus Pindarus fecit loquentem Silenum, cuius haec ſunt verba ap. Schol. ὦ τάλας ἐφήμερε, νήπιε, βαδίζεις χρήματά μοι κομπεύων *n*). Homines ἐφημέρους vocat Aeſchylus ſubſtantiue in Prom. 82. θεῶν γέρα συλῶν ἐφημέροισι προστίθει, et v. 253. καὶ τῶν φλογωπὸν πῦρ ἔχουσ' ἐφήμεροι; et v. 944. τὸν ἐξαμαρτόντ' εἰς θεούς, τὸν ἐφημέρους πορόντα τιμάς. Euripides in Oreſt. 973. ἰώ, ἰώ, παυδάκρυτ' ἐφαμέρων ἔθνη. v. not. ad Aun. 688. *Bergl.*

m) Bene Sch. et Wil. reddunt: Erdenſohn.

n) Ap. eumdem Pind. Pyth. VIII, 155. ἐπάμεροι.

225. Quae hic Socrati affinguntur, de aliis sophistis, quos sub persona Socratis vniuersos irridet Comicus, vera sunt: at ille, vt ait Cicero Acad. I. a rebus occultis et ab ipsa natura inuolutis auocauit philosophiam et ad vitam communem adduxit, vt de virtutibus et vitiis, omninoque de bonis rebus et malis quaereret. Caelestia autem vel procul esse a nostra cognitione censebat, vel, si maxime cognita essent, nihil tamen ad bene viuendum. *Brunck.* Senex implorat fidem et disciplinam Socratis, per aërem incedere visi; hic, spretis diis vulgaribus, initiationis facit initium. *Harl.*

Ἀερο βατῶ κ. τ. λ. o). Hieronymus in epist. Pauli ad Titum c. 2. (vbi verba illa apostoli explicat: *μηδείς σου περιφρονείτω*) locum hunc Arist. non solum citat, sed etiam sic latine reddit: *scando per aërem et pluris me esse noui quam Solem.* Sed non videtur Patrum suae aetatis facile doctissimus veram Comici mentem et vim voc. *περιφρονῶ* satis perspexisse. Duplex enim verbo illi, (vt et Schol. recte monuit) hic inest significatio, aperta et latens. Aperta est ea, quae conuenit personae loquenti, i. e. Socrati, secundum quam nimirum philosophus ille dicit: *per aërem incedo et solem accurate contemplor.* Latens est ea, quae ex mente poëtae, risum ex ambiguitate vocum p) aucupantis, subintelligenda est: secundum quam scilicet Socrates dicere videtur: *per aërem incedo et Solem despicio* vel *contemno:* quo sensu Strepsiades verba philosophi illius accipit, vt ex v. sequ. patet, in quo *τὸ ὑπεροφρονεῖν* ponitur *ἐκ πυρολλήλου τῷ περιφρονεῖν.* Sed omnem ioci elegantiam perire necesse est in quauis alia lingua, quae eamdem voc. ambiguitatem seruare non potest. Caeterum non video, verbum *περιφρονῶ* ab aliis graecis auctoribus vsurpari priori significatione, quam proinde poëta noster comica quadam licentia ei affinxisse videtur q). vt nimirum ambiguitate sensus, prout diximus, ludere posset. *Kust.* Ad h. l. respexit omnino in Prometheo Lucianus

---

o) Hunc versum sarcastice infra repetit Strepsiades 1506. *Bergl.*

p) Hanc ambiguitatem melius expressit Wiland. *und überſehe die Sonne*, quam Schütz. *und beachte die Sonne*, quamquam alliteratio est huius verbi et sequentis *(verachten)*.

q) At cf. Fischer. ad Aesch. Socr. III, 3, 17.

iis verbis, quae ad v. 145. adtulit iam Kuſterus [c. 6. p. 34. T. I. Hemſt.]. Vſum vero minus vſitatum verbi περιφρονῶ pro *contemplari* adhibuit rurſus Comicus in hac fab. 739. κατὰ μικρὸν περιφρόνει τὰ πράγματα. Ap. Heſych. vero περίφρων, σωφρονέστατος, item συνετώτατος· quae vox alioquin, ſolita verbi περιφρονεῖν ſignificatione pro *contemtoribus* vſurpatur Aeſch. Suppl. 765. περίφρονες δὲ θεῶν, vbi vett. Critici: περίφρονες, ἀντὶ τοῦ ὑπέρφρονες. ὑπερφρονεῖς vero a Strepſiade dicitur hic in ſeq. verſu eodem ſenſu, quo περιφρονεῖν τὸν Ἥλιον dixerat Socrates; nempe τοὺς θεοὺς ὑπερφρονεῖς, *deos deſpicis. Spanh.*

226. Citat locum hunc Thom. Mag. V. Ὑπερορῶ [p. 870. Bern.] et Euſtath. ad Il. A. p. 843. ed. Rom. Ἔπειτα autem h. l. notat *itane r)*: de qua voc. ſignificatione plura diximus ad Plut. 79. *Kuſt.*

227. Scholiaſtes verba haec Socrati tribuere videtur. Nam ſecundum eius interpretationem perſonae Strepſiadis minime conueniunt. Sed vellem idem magiſter nos docuiſſet, quid ſtatuendum ſit de vocula εἴπερ, quae obſcuritate et difficultate non caret. Quodſi modo dicta verba, ſecundum codd. hodiernorum fidem, Strepſiadi adſignanda ſunt, (vti illi ſatis commode adſignari poſſunt) locum hunc per ellipſin ſententiae ita intelligendum puto, ac ſi Strepſiades diceret: ἀλλ' οὐκ ἀπὸ τῆς γῆς (ſc. ὑπερφρονεῖς τοὺς θεούς) εἴπερ ὑπερφρονεῖν δεῖ τοὺς θεούς *s)*. *Kuſt.* Strepſiadis ſermonem abrumpit Socrates: dicturus erat ille εἴπερ ἔξεστι περιφρονεῖν τοὺς θεοὺς δηλονότι. Sic ſententiam ſupplet Scholion ms. in membr. *Brunck.* Subintelligitur:

---

r) enimuero reddit *Ern.*, et Attice ita dici monet, vt 1251. non aliter quam εἶτα 1216.

s) Sic gloſſa Ms. R. σ' ἔξεστι περιφρ. τοὺς θεοὺς δηλονότι. Me part. εἴπερ non moueret: quae cum ellipſi rurſus eſt et v. 260. vbi gloſſa addit δυνατόν, quod et in altera ratione locum habet. Et Schol. editus hoc intellexit et h. l. Ego propterea non tribuam Socrati, quia τὸ περιφρονεῖν, quaerere res diuinas, non eſt ἀδύνατον. Itaque et Schol. permutat cum διαγνῶναι. γὰρ refertur ad negationem reſpondentis Socratis, quae intelligitur. *Ern.* Leg. ἀλλ' οὐκ ἀπὸ τῆς γῆς. Socr. εὖ γὰρ εἴπερ ἦν ποτε. *non enim, ſi vnquam, inuenero.* Vel pro εἴπερ poterit legi εὖ γάρ, ſic vt primum οὐ γὰρ ſit pro *nequaquam, nullo modo* ὑπερφρονῶ τοὺς θεοὺς ἀπὸ τῆς γῆς, ἀλλ' ἀπὸ τοῦ ταμείου. *Reisk.*

εἰ δεῖ ὑπερφρονεῖν. Vt in Ran. 74. τοῦτό γάρ τοι καὶ μόνον ἔτ' ἐστὶ λοιπὸν ἀγαθόν, εἰ καὶ τοῦτ' ἄρα. Nam ibi manifeſte ſubauditur: ἔστιν ἀγαθόν. Sic Lucian. de conſcr. hiſtoria [c. 17. T. II. p. 26. Reiz.] φορτικὸν ἔδοξέ μοι — τὸ εἰπεῖν· ὡς ἐξαίρετον τοῦτο ἕξει ὁ ἡμέτερος ἄρχων, οὗ γε τὰς πράξεις καὶ φιλόσοφοι ἤδη συγγράφειν ἀξιοῦσι· τὸ γὰρ τοιοῦτον, εἴπερ ἄρα (an etiam ſc. eximium ſit), ἡμῖν ἔδει καταλιπεῖν λογίζεσθαι, ἢ αὐτὸν εἰπεῖν. *Bergl.* Ruſticus peruertit id, quod Socrates dixerat. Ille ſe *contemplari* ſolem affirmauerat, hic intelligit *contemnere*. *Schütz.*

228. ἐξεῦρον t) ὀρθῶς τὰ μετέωρα. Vnde non φροντιστὰς ſed inſuper μετεωρολέσχας ſ. *vanos ſublimium rerum diſceptatores* hic a Comico appellari, tangit in dicto Prometheo Lucianus T. I. p. 17. ed. Amſt. [c. 6. p. 33. T. I. Hemſt.] Immo vnde μετεωροφροντισταὶ de Socrate et eius diſcipulis ſupra dicuntur v. 103. Ac Socrates nominatim τά τε μετέωρα φροντιστὴς ap. Platonem in eius Apol. [c. 2. add. c. 3. ibique Fiſch. p. 76.], qua de re iam ante ad v. 94. et ap. Xenoph. in Symp. c. 6. τῶν μετεώρων φροντιστής. Alibi vero ἄνδρας μετεωροφένακας v. 339. et v. 359. μετεωροσοφιστῶν de iis in hoc dramate dicitur. *Spanh.*

230. C. καμίξας pro καμμίξας vel per compendium pro καταμ. τὸν ὅμοιον ἀέρα pertinet ad opinionem Ionicorum de anima, quam inde ab Anaximene dicebant ἀεροειδῆ, auctore Plut. de plac. phil. IV, 3. *Ern.* Imo pertinet eo, quod ita ſubtilis et tenuis ſit meditatio, vt aëri ſimilis habeatur. Bene Schütz. παραφράζει· daſs man ſeinem Verſtande einen höhern Geſichtskreis verſchaffe (ἀρεμ. quod vno verbo expreſſit Wil. *exaltiren*) und den dünnen, ſubtilen Geiſt der Speculation in dem ihm an Feinheit gleichartigen Elemente der obern Luft wirken laſſe.

231. εἰ δ' ὧν χ. Erneſtius (1753.) edidit εἰ δ' ἂν χ. et in Not. e cod. L. adfert ὤν, quod tamen, monente etiam Herm. eſt in aliis edd. omnibus. Nec e Mſſ. ἄν memoratur.

---

t) οὐ γὰρ ἂν ἐξεῦρον et 232. οὐκ ἄν ποθ' εὗρον vertendum eſt: *numquam poſſem indagare.* Nam ἄν cum aor. ſec. iunctum reddi debet per imperfectum coniunctiui. v. Hoogeu. de part. I. gr. T. I. p. 79, 7. et not. meam ad Callim. h. in Cer. 27. in Anthol. gr. poët. *Harl.*

232. οὐ γὰρ ἀλλ'. C. οὐ γὰρ ἄν ἀλλ' ſaluo quidem verſu, ſed non e forma Attica. v. Ran. 192. Eccl. 386. add. Bentl. ad Callim. fr. 92. et Iens. ad Luc. T. I. p. 595. qui tamen fallitur diuiſim legendum quum putat. *Ern.* Loca, in quibus hae particulae (οὐ γὰρ ἀλλά) ſic iunctae occurrunt ap. Comicum, diligenter ſunt annotata in Indice in οὐ. Schol. hic dicit pro καὶ γὰρ poni Attice. *Bergl.*

233. πάσχει δὲ ταυτὸ τοῦτο, i. e. *eadem prorſus natura eſt cardami* v). Hoc enim ſenſu τὸ πάσχειν apud Atticos interdum adhiberi et alibi monuimus. Schol. dicit τὸ πάσχειν hic adhiberi pro ποιεῖν, quod eodem redit. Siue enim dicam: *naſturtium hoc facere ſolet;* ſiue: *haec naſturtii natura eſt;* ſenſus idem eſt. Caeteroqui verum eſt, τὸ πάσχειν apud Atticos interdum poni pro πράττειν vel ποιεῖν, vt apud noſtrum Plut. 603. τί πάθω; *quid faciam?* Veſp. 1008. τοῦτο γὰρ σκαιῶν θεατῶν ἐστι πάσχειν. *Hoc enim inepti et imperiti ſpectatores facere ſolent.* Atticismum hunc expreſſit Horatius, venerum graecarum amantiſſimus poëta, I, Od. 3. x). *Audax* omnia *perpeti* gens humana ruit per vetitum nefas, i. e. *audax* omnia *facere* vel *aggredi* vel *tentare.* Vti autem πάσχειν pro πράττειν vel ποιεῖν, ſic contra πράττειν pro πάσχειν apud Graecos interdum ponitur, qua de re vid. ad Plut. 485. *Kuſt.* Ad vſum Atticis familiarem verbi πάσχω pro ποιῶ vel πράττω addi poſſunt duo alia ap. hunc Comicum loca, Eqq. 187. οἷον πέπονθας ἀγαθὸν εἰς τὰ πράγματα (quale adiumentum ad res gerendas adtuliſti) et 512. Οὐχ ὑπ' ἀνοίας τοῦτο πεπονθὼς διατρίβειν. Sic Eurip. Hec. 614. τί γὰρ πάθω; *quid enim agam?* Καρδάμων vero, ſeu *naſturtii*, quod ea natura hic dicitur, vt terrae humorem et ita vicinarum plantarum ſibi adtrahat, inde fit, quod *naſturtium* peculiarem vim exſiccandi omniumque humorem ſuperfluum tollendi habere crederetur. Vnde etiam Perſis familiarem fuiſſe *naſturtii* vſum, e Xenoph. Cicer. Strab. viderunt

---

v) Ariſtophanes alludit ad conſuetudinem Socratis decreta ſua exemplis vitae communis illuſtrandi. Naſturtium (Kreſſe) putabatur habere vim humorem (ἰκμ.) attrahendi et exſiccandi. *Wil.*

x) V. 25. ſ. ad q. l. cfr. *Mitſcherlich.*

iam alii, qui de hac planta egerunt viri docti *y*); atque inde, quod vrinam, ſputa et emunctiones narium illud comprimeret, quae ſingula a Perſis turpia ducebantur, vt id a Xenoph. Cyrop. I. [2, 16. vbi v. Schneid.] et inde a Suida traditur. Quo ſpectat etiam, qui viros eruditos fugit, Comici locus Thesm. 622. ſſ. Κλ. πολύν γε χρόνον οὐρεῖς σύ. Μου. νὴ Δί', ὦ μέλε, Στραγγουριῶ γάρ· ἐχθὲς ἔφαγον κάρδαμα. Κλ. Τί καρδαμίζεις; *(Quid naſturtia narras?)* Illud vero ἔφαγον κάρδαμα ibi dictum, iuxta receptum ap. Grr. prouerbium: ἔσθιε κάρδαμον, de quo Paroemiographi *z*). Mitto alium huius voc. vſum apud hunc Comicum Vesp. 453. βλεπόντων κάρδαμα de iis, qui *acerba* vel *aſpera* vident, et Conc. 291. βλέπων ὑπότριμμα, iuxta Tan. Fabrum, *acerbe tuens:* ſed de quibus id genus, quae in his Comici fabulis ſunt obuiae, locutionibus, dicetur infra ad v. 1178. *Spanh.*

235. Τί φής; Non patitur verſus, qui hoc ſublato rectus eſt, quod eſt a gloſſa interlineari. *Ern. a).* Immo hoc inter verſus ἐπιφώνημα adiectum eſt. *Herm.*

236. (al. 235.) Peruertit ruſtici ſtupor etiam hic dicta Socratis.

237. ὡς ἐμὲ pro ὡς πρὸς ἐμέ. *Harl.* De form. hac v. ad Xen. Mem. Socr. II, 7. [2.] *Ern.*

238. μ' ἐκδιδάξῃς *(edoceas)* haud dubie praeſtat ſcripturae με διδάξῃς in C. Eib. Bau. Borg. Rau. Edoceri autem vult ea, quorum cognoſcendorum cauſa venerat. ὥσπερ ἔνεκ' *Herm.* legi iubet.

His dictis Socrates e corbe deſcendit. *Schütz.*

239. (al. 238.) ἦλθες δὲ κατὰ τί; Similiter Pac. 192. ἦκεις δὲ κατὰ τί; et Au. 917. ἀτὰρ ὦ ποιητὰ κατὰ τί δεῦρ' ἀνεφθάκῃς; Scholiaſtes etiam monet, ita locutum eſſe Comicum in Pace, nempe 191. *Bergl.*

---

y) V. Perizon. ad Ael. V. H. III, 30. Weſſeling. Obſſ. p. 245. Bodaeus a Stapel ad Theoph. II, Pl. VII, 2. p. 763. ſ. vbi nec hic locus praetermiſſus eſt.

z) V. Erasmi Adag. p. 397. ed. Frf. 1670. f.

a) Rectius *Duck.* „Haec non pertinent ad hunc verſum, ne is abundet integro pede."

240. (Kuſt. 239. Herm. 241.) χρήσης ap. Graecos tam ſignificat foeneratorem, quam eum, qui pecuniam foenori ab alio accipit. H. l. deſignat foeneratorem, vt praeter Scholiaſtem et ex eo Suidam monuerunt etiam Harpocr. V. Χρῆσαι [p. 348. Blanc.], Thom. Mag. V. Χρήσης [p. 921. Bern.] et Euſtath. ad Od. M. p. 1729, 43. ed. Rom. *Kuſt.*

241. (240.) Ἄγομαι κ. τ. λ. i. e. *bona mea diripiuntur et pignori capiuntur a creditoribus.* Friſchlinus non recte haec Latine reddidit. *Kuſt. b)* Euripides Troad. 1319. ἀγόμεσθα, φερόμεσθα. Demoſthenes de Syntaxi [T. I. p. 167. extr. Reisk.] τοὺς μὲν συμμάχους ἄγωσι καὶ φέρωσι, τοὺς δὲ πολεμίους μηδὲ ὁρῶσιν. Idem contra Timocr. [p. 740. T. I.] καταθέων (incurſiones faciens) καὶ ἄγων καὶ φέρων ὑμᾶς. Ita vſurpant et Latini hanc prouerbialem formulam, pro *vexare, populari.* v. Gellium N. A. II, 6. *Bergl.* ἐνεχυράζομαι. Bene ac melius, quam latinus interpres, eadem explicat Schol. vt nempe ἐνεχυράζεσθαι non ſit *oppignorare*, ſed *oppignerari.* vid. quae ad v. 35. notauimus. *Spanh.*

242. πόθεν δ' ὑπόχρεως σαυτὸν ἔλαθες γενόμενος; Friſchlinus: *At obaeratus quum eſſes, te ipſum quomodo ignoraſti?* Inepte; ſenſus enim eſt: *At qui non animadverti ſti* (vel, *quomodo te latere potuit*) *te fieri obaeratum? c) Kuſt.* In Pac. 32. ἕως λάθῃς σαυτὸν διαῤῥαγείς. Aelianus Epiſt. 13. μηδέ σε ὁ θυμὸς εἰς λήθην προαγέτω· μὴ καὶ μανεὶς σεαυτὸν λάθῃς. Quod ſi quis eiusmodi orationes inuertat, idem erit ſenſus hoc modo: πῶς σεαυτὸν λαθὼν γέγονας ὑπόχρεως; ἕως λαθὼν σεαυτὸν διαῤῥαγῇς· μὴ λαθὼν σεαυτὸν μανῇς. Ita Aelian. V. H. I, 7. ὅταν αὐτοὺς λαθόντες (imprudentes) ὑοσκυάμου φάγωσι. *Bergl.*

243. Ex alluſione ad γαγγραίνας et φαγεδαίνας facta pendent omnes Ariſtoph. argutiae in h. l., de qua re nihil videtur ſuſpicatus Scholiaſtes, vt fortaſſis nec editores

---

b) Heſych. ἄγειν καὶ φέρειν, τὸ λητεύειν καὶ ἁρπάζειν. cf. Demoſth. Or. de Cor. c. 67. p. m. 464. inprimis Gronou. Obſſ. III. 22. *Harl.*

c) De hoc Atticismo, quem Bergl. bene expreſſit in verſione *[quomodo non animaduertiſti te obaeratum factum?]* vid. ad Iuliani Caeſ. p. 166. a me notata. *Harl.*

ipſi *d*): *νόσος ἔμ' ἐπέτριψεν ἱππική, δεινὴ φαγεῖν.* Vel quod aures muſicae facile praetulerint: *Νόσος ἐπέτριψ' ἔμ' ἱππική, δεινὴ φαγεῖν.* *Wakefield.* Silu. Crit. III. p. 157.

244. *Τὸν ἕτερον τ. σ. λ.* Inferiorem nempe ſermonem, ſ. cauſae iniuſtae patrocinium, quod ſuperiorem ſ. cauſae iuſtae defenſionem vinceret, de quo ſupra Comicus v. 113. et nos ibidem. *Spanh.*

245. *τὸν μηδὲν ἀποδιδόντα.* *Sophiſticam rhetoricam*, ad eludendos creditores. *Bergl.*

μισθὸν ὅντιν' ἂν πράττῃ μ'. Apud Xenoph. Mem. I. [c. 6. §. 11.] aliquis ad Socratem dicit: *οὐδένα γοῦν τῆς συνουσίας ἀργύριον πράττῃ* (a nemine exigis argentum ob converſationem). De eodem ibid. [I, 2, 5.] *τοὺς δ' ἑαυτοῦ ἐπιθυμοῦντας οὐκ ἐπράττετο χρήματα e).* V. ad Ran. 569. Machon ap. Athen. XIII. p. 581. [T. V. p. 100. ed. Schweigh.] *ἐπυνθάνετο μίσθωμα πράσσεται πόσον.* In Ranis 563. *Bergl.*

246. *ὀμοῦμαι σοι καταθήσειν.* Sic infra 1229. *ἀποδώσειν γ' ἐπώμνυς τοὺς θεούς.* *Bergl.* Sic et Thucyd. I, 27. Demoſth. c. Midiam p. 40. ed. Taylor. *Ern.*

247. (246.) *ὀμεῖ* attice pro *ὀμόσῃς.* v. Moer. p. 276. et Schol. ad Plut. 40. *f*). Male autem arguitur Socrates mercedem poſtulaſſe. V. Xen. Mem. I, 11, 7. Plato Apol. 24. et alibi. Sophiſtae, in quorum claſſe aut ſocietate Socratem fuiſſe populus facile ad credendum adduci potuit, exegerunt mercedem ſuamque ſapientiam pro pecunia quaſi vendiderunt. v. Xen. Symp. 1, 6. Plat. Menon. p. 371. ff. Vol. IV. Bip. *Harl.*

248. *νόμισμα numus*, et aliud, quodcumque *lege receptum eſt g).* Itaque bifariam poteſt accipi, vel: *nos*

---

d) Senſit tamen Schütz. qui ita reddidit: das macht alles die Pferdeſucht, die frilst ärger um ſich als der *kalte Brand.*

e) Vidd. Tho. M. in *πράττω*, et Raphel. Elsn. Kypk. Palair. Munth. Segaar. ad Luc. III, 15.

f) Suid. agnoſcit *ὀμῇ* [quod habent cod. L. Bau. et Elb.] in voce ea, ſed *ὀμεῖ* Atticum eſt. v. Schol. Plut. 40. *Ducker.*

g) Νόμισμα h. l. eſſe *νόμιμον λέγες*, exiſtimat Leopard. XVII.

numos non habemus, quibus impreſſa ſit dei alicuius imago; vel: *nos nullos ſtatuimus deos:* vt atheum ſe prodat Socrates, nam illo ſe crimine quam maxime oneraverat. *Bergl.* Quam calumniam pridem ante Socrati impactam, quaſi peregrinos et ignotos Athenienſibus, non vero patrios vrbis deos coleret, haud omiſit in eius accuſatione Melitus; quamque adfert ac diluit in Apol. Socrates ap. Plat. p. 26. [cap. 14. ed. Fiſch.] θεοὺς διδάσκοντα μὴ νομίζειν, οὓς ἡ πόλις νομίζει, ἕτερα δὲ δαιμόνια καινά, quaſi nempe *doceret ſe deos non cenſere illos, quos vrbs credit, alia vero noua numina inducere.* Vnde illud Comici: ἡμῖν νόμισμ' de diis, quorum cultus Athenis erat legibus et ſtatutis inductus. Quam calumniam ab illo quoque amolitur Xenophon Mem. 1, 2, 64. *Spanh.* Sic Euripides, qui philoſophus etiam erat et inſuper poëta bonus, in Ran. ait v. 889.: ἕτεροι γάρ εἰσιν, οἵσιν εὔχομαι, θεοί. Philoſophorum de diis opiniones exagitat Comicus, absque vllo religionis ſtudio. Nam et ipſe deos paſſim in fabulis ſuis irridet. Qui autem deos ita ridicule traduxit, aegre ferre non potuit, ſi quis eos nihil eſſe doceret. Quod autem Socrates ait νόμισμα, id alio ſenſu accipit Strepſiades, nimirum pro *numo. Brunck.*

τῷ δ' ἄρ' cum Brunk. dedit Inu., ſine codd. pro vulg. τῷ γὰρ — quod recte *Schütz.* et *Herm.* reſtituerunt. V. ad v. 191.

249. σιδαρέοισι pro σιδηρέοισι, dorice. Plato Comicus ap. Schol. χαλεπῶς ἂν οἰκήσαιμεν ἐν Βυζαντίοις, ὅπου σιδαρέοισι νομίσμασι χρῶνται. *Bergl.* Reſpicit Comicus ad ferreos numos, quibus olim Byzantii vſi fuerunt, vt praeter vet. Schol. recte etiam monuit Heſychius, V. Σιδάρεοι, vbi ſic dicit: Σιδάρεοι. Παρὰ Ἀριστοφάνει ἐν Νεφέλαις, σιδάρεοι θεοί, ὡς ἐν Βυζαντίῳ ἔτι εἰσὶν ἐν τῷ λεπτῷ νομίσματι, ᾧ σιδηρῷ καὶ

Emendd. c. 15. ſed haec ſunt obſcura. *Duck.* Luditur in ambiguitate voc. Socrates *morem* intelligi vult; ruſticus de *moneta* accipit. *Schütz.* An ſcripſerat poëta ὑμῶν, *primum dii veſtri;* quos vos colitis, nobis *non ſunt lege recepti,* a nobis non agnoſcuntur? et interpres quidam adſcripſerat ἡμῖν, quod poſtea in textum venit, extrula vetere lectione. Nam Socrates interrogauerat: ποίους θεούς; exclusis diis popularibus, quod ad inuidiam et irriſionem philoſophorum, praecipue Socratis, plane dictum eſt a poëta. conf. 251. ſſ. *Harl.*

ἐλαχίστῳ ἐχρῶντο Βυζάντιοι. Eiusdem rei mentionem etiam facit Pollux IX, 78. vbi vid. intpp. *Kuſt.* De ferreis hisce *Byzantiorum nummis* quae ad hunc et corruptum antea Pollucis de iis locum IX, 6, 78. ex optimo cod. Voſſiano pridem ad oram huius ap. Comicum loci emendata notaueram, occuparunt iam in nupera et praeclara Pollucis editione quum Kühnius ex eodem praeſtantiſſimo codice, tum qui ſingulari diligentia nec vulgari eruditione bonam illius operis partem illuſtrauit, Tib. Hemſterhuſius. Numum vero horum Byzantiorum, ſed non ferreum, quod attinet, quem ibidem e cimeliis I. de Wilde profert vir eruditiſſimus *h)*, et ad cuius explicationem me humaniter itidem compellat, ea opportuniori forte loco defungemur: etſi ingenue fatear, nihil adhuc melius eam in rem occurriſſe iis, quae ibidem obiter tangit vir eximius. Addam hic obiter, quae ſub finem Orat. adu. Timocr. tangit Demoſthenes: multas eſſe ciuitates, quae aperte argento vtantur, quod ſit aere et plumbo contemperatum. *Spanh.*

253. (252.) ταῖς ἡμετέραις δαίμοσι. Inde Nubes Socratis et eius diſcipulorum deae hic dicuntur, vt inanis omnino et ſollicita eorum contemplatio ſugilletur, quod ſcilicet, qui ſublimia tantum ac coeleſtia ſe contemplando adſequi profiteantur, tantum *nubes et inania captent:* quibus proinde pauca illa ac trita poëtae lyrici verba commentarii ferme vicem foenerantur. Quomodo etiam per νεφέλας iuxta et per καπνούς, σκιάς, *nubes, fumos, vmbras, res nihili* a Graecis dici obſeruant hic Scholia. Ita hasce duas poſtremas voces pro *re nauci* coniungi a Sophocle videas Antig. 1184. ἀλλὰ ἐγὼ καπνοῦ σκιᾶς οὐκ ἂν πριαίμην. Huc autem referas, quod infra Socrates, vbi hae Nubes quales eſſent deae et quae earum vis, Strepſiadi indicaſſent, ille continuo v. 318. regerit, quod, ex quo Socratem ea de re loquentem audiuerit, animus ipſius καὶ λεπτολογεῖν ἤδη ζητεῖ καὶ περὶ καπνοῦ σενολεσχεῖν. *Spanh.*

254. (253.) σκίμποδα *i)* per *grabatum* ſ. *lectulum*, vti quoque Heſych. et in quo non quidem κατακλίνεσθαι ſ.

---

h) Cf. Raſche Lex. numism. T. I. p. 1638.

i) De origine et vi voc. vid. praeter Etym. Suid. et Heſ. etiam Zonar. Lex. II. p. 1650. Phot. Lex. p. 384. *Das heilige Kanapee* reddidit Schütz. ſed Wiland. den heiligen *Schragen.*

accumbere, sed καθῆσθαι s. *sedere*, opportune hic a Comico dicitur. Quam in rem similis exstat ap. Athen. de σκιμποδίῳ s. de exiguo id genus grabato locus l. IV. p. 340., vbi in Epicliis, solemni apud Lacedaemonios festo, tradit esse qui doceat, vbi δεῖ πρῶτον κατακλίνεσθαι ἢ δεύτερον ἢ ἐπὶ τοῦ σκιμποδίου καθῆσθαι *aut in lectulo* (ad mensam nempe) *sedere*. Sicut vero a Socrate iubetur h. l. Strepsiades in grabato id genus sedens exspectare, quomodo sit cum duabus Nubibus in colloquium venturus, ita infra Socrates eum iubet ibi non *sedere* sed *accumbere*, v. 590. ἀλλὰ κατακλινεὶς δευρί· ita similiter in Vespis [1208.] κατακλινεὶς προσμάθανε. Mos erat alioquin veterum, doctrinarum studiis incumbentium, cruribus librum imponendi, de quo agit Galenus de vsu part. l. III. c. 11. n. 122. *Spanh.*

257. (256.) Oratio est perturbatior ad exprimendum metum. Ordo est ὅπως μή με, ὥσπερ τ. Ἀ. θύσετε *k*). *Ern.* τὸν Ἀθάμαντα *l*). Respicit ad Sophoclis Athamantem, qui in dramate cognomine introductus fuerat *coronatus* a poëta, quum deberet immolari, ex responso Apollinis, quia Phrixum filium, instigatus ab eius nouerca, voluerat occidere. Haec ex Schol. ad h. l. et ex Herodoto in Polymnia [VII, 197. vbi v. intpp.]. Sic etiam Demonactem philosophum Lucianus in eius vita dicit *coronatum* prodiisse in concionem Athenn., et se tamquam victimam dediisse immolandum, quum inique esset impietatis accusatus, vbi eum haec verba dixisse refert: ἄνδρες Ἀθηναῖοι, ἐμὲ μὲν ὁρῶντες ἐστεφανωμένον, ὑμεῖς ἤδη κἀμὲ καταθύσατε· τὸ γὰρ πρότερον οὐκ ἐκαλλιερήσατε [c. 11. extr. T. III. p. 380. Reiz.]. Intelligit autem Socratis mortem ab Athenn. interfecti. Lucretius I. [88. ff.] de Iphigenia mactanda:

---

k) De structura part. ὅπως cum fut. indicat. egit, hoc ipso loco laudato, Dawes. M. Crit. p. 227. Add. Porson. et Schaef. ad Eurip. Hec. 402.

l) Alluso est ad Sophoclis *Athamantem coronatum*, quo in dramate introducebatur Athamas caput corona redimitus, araeque admouebatur Iouis, vt immolaretur, Phrixoque, qui mortuus esse credebatur, poenas lueret, at interuentu Herculis nuntiantis Phrixum viuere et apud Colchos esse, liberabatur. *Brunck.* Add. idem ad fragmm. Sophoclis T. III. ed. Soph. mai. 8. p. 383. f.

Cui simul infula virgineos circumdata comtus Ex vtraque pari parte malarum profusa est: Et moestum simul ante aras adstare parentum Sensit. Et apud Virg. II. Aen. [132. ff.] Simon itidem immolandus dicit: Iamque dies infanda aderat: mihi sacra parari Et falsae fruges et circum tempora vittae. *Bergl.*

258. πάντα ταῦτα. L. ταῦτα πάντα. Vereor ne Aristophanes scripserit πάντας ταῦτα *m)*. Nam πάντα sane, meo sensu, hic friget. *Ern.* ταῦτα πάντα etiam Inu. editio habet, nihil tamen monito lectore. Erneſtii coniectura sane peracuta est, eademque et Reizii fuit et Schützii sententia, qui id ipsum in versione expressit *n)*. Verum tamen nihil in vulgata lectione mutandum videtur. Nam non solum satis est, Socratem τοὺς τελουμένους ταῦτα ποιοῦμεν, respondere, sed egregia etiam vis ad deridendum philosophum in verbis πάντα ταῦτα inest. Spectant haec verba ad illa, quae ante commemorauerat, ἱερὸν σκίμποδα et στέφανον. Quibus quum deinde addit, haec omnia perpeti oportere eos qui initientur, insigne quoddam momentum magnamque vim his nugis tribuit, quasi nulla earum sine magno detrimento omitti possit. *Herm.*

260. (al. 259.) τρίμμα κ. τ. λ. Sic Auu. 432. τρίμμα, παιπάλημ᾽ ὅλον, *rabula, pollen totum:* ac huius fab. v. 446. περίτριμμα δικῶν. *Spanh.* In Auu. 431. vocat hominem *callidum* πυκνότατον κίναδος — τρίμμα etc. Idem autem est τρίβων, de quo infra 867. In Rheso Eurip. 625. ad Vlyssem dicitur: τρίβων γὰρ εἶ τὰ κομψὰ καὶ νοεῖν σοφός. Apud Synesium epist. 120. ad eumdem Vlyssem dicitur paullo aliter: δριμύτατον μὲν ἀνθρώπιον ἔοικας εἶναι καὶ ἐγκατατετριμμένον ἐν πράγμασιν, i. e. *veterator*. *Bergl.*

κρόταλον *o)*. Proprie *crepitaculum*. Hic autem ponitur pro homine loquace, et multum quasi tinniente ina-

---

m) Ita iam coniecerat *Reiskius*.

n) Vertit: diese Ceremonie nehmen wir mit Allen vor, die bey uns eingeweihet werden.

o) Schol. κυρίως δ σχιζόμενος κάλαμος κ. τ. λ. Intelligit, opinor, *calamum fissum* ad fistulam faciendam. Theocr. VIII. Id. 23. ἴστι καὶ τὸν δάκτυλον ἀλχῶ τοὔτων, ἐπεὶ κάλαμός με διασχισθεὶς διέτμαξεν. v. Heins. c. 15. Lect. Theocr. Verba Schol. leguntur

nisque verborum soni pleno, et per consequentiam, pro homine fallace et callido. Tales enim homines verbis abundare solent linguamque habere volubilem. Hoc sensu vox illa etiam accipitur ap. Eurip. Cycl. 104. Οὔτ' ἄνδρα κρόταλον, δριμὺ Σισύφου γένος. Eiusdem significationis est κρότημα apud eund. Eurip. Rhes. 498. ἔτι δ' αἱμυλώτατον Κρότημ' (fraude instructissimum crepitaculum) Ὀδυσσεύς. Pari metaphora Iuuenalis Sat. VI, 441. feminas loquaces et verbosas comparat cum peluibus et tintinnabulis, quae pulsantur: *Tot pariter pelues, tot tintinnabula dicas Pulsari.* Huc etiam pertinet prouerbium: Δωδωναῖον χαλκεῖον, *Dodonaeum aes p)*, de quo vide Erasmum et alios. *Kust.* Addam eamdem vocem in hac fabula eodemque sensu repeti v. 447. Citatur vero hic locus ab Eustathio ad Iliad. φ. p. 1337. λέγειν γενήσῃ τρίμμα, κρόταλον. *Spanh. Homo nimium tinniens*, tamquam *cymbalum*, quod leui impulsu sonitum ingentem edit: *homo agilis, versutus, vafer q).* Ita Vlyssem κρόταλον dicit Cyclops ap. Eurip. Cycl. 104. Idem Vlysses κρότημα dicitur Rhes. Eurip. 499. Ita vox κρούσεις vsurpatur de *fallacia* infra 317. et κρουσιδημῶν qui *plebem decipit* Eqq. 855. *Bergl.*

παιπάλη r). Fies *pollen* s. *tenuissima farina*, i. e. *subtilissimus orator* s) s. λόγων τι παιπάλημα, vt Aeschrion loquitur, cuius locum adducam ad Auu. 430. Dum autem haec dicit, comminuit super Strepsiadis capite lapides friabiles, aut eum farina conspergit, vt victimae solebant *mola* conspergi; nam et iste tamquam victima coronatus

---

itidem ap. Suid. V. Κρόταλον. Παίπαλος idem exponit τραχύς, δυσκατάληπτος, *asper, inuictus dicendo.* Hunc autem versum laudat Eustath. p. 786, 2. eumdem et seq. p. 1581, 48. sqq. *Ducker.*

p) Add. intpp. ad 1 Cor. XIII, 1. vbi χαλκὲν ἠχοῦντα nonnulli de *tintinnabulo* intelligunt.

q) Cf. Valcken. ad Theocr. Adon. 49. p. 357. ff. *Harl.*

r) Homer. Od. ϛ, 418. Φοίνικες πολυπαίπαλοι, vbi Eustath. l. l. memorat. *Ern.*

s) Vid. interpp. et Pierson. ad Moer. p. 330. *Harl.*

erat *t*). *Bergl.* Ita Berglerus e Scholiaſte. Sed aliter haec acceperunt veteres magiſtri. Gloſſa (ad 262.) καταπαττόμενος ὑπὸ σοῦ ταῖς πληγαῖς διὰ τὰ μαθήματα, παιπάλη γενήσομαι. *Ita me pugnis comminues, vt facile pollen fiam. Brunck.*

261. Ἔχ' ἀτρέμας. Ita Attici, et infra 743. ἔχ' ἀτρέμα et Au. 1244. ἔχ' ἀτρέμας· (promiſcue enim poſtrema haec vox ab iisdem Atticis dicta ἀτρέμας et ἀτρέμα) Acharn. 861. ἀτρέμας *quiete.* Apud Antiphont. vero Or. IX. p. 68. [T. VII. p. 681. Orr. Grr. Reisk.] ἀτρέμα σὺν τοῖς θεωμένοις ἑσῶτα. Idem nempe ἔχ' ἀτρέμας vel ἀτρέμα quod ἔχ' ἡσυχος *v*) Plut. 127. Adde Lucian. Contempl. p. 346. T. I. [c. 7. init.] ἔχ' ἀτρέμας *x*) *quietus eſto. Spanh.* Brunckius γ' ἐμὲ edidit pro γέ με. *Herm.*

262. Loci huius meminit Euſtath. ad Il. E. p. 527. ed. Rom. *Kuſt.* παιπάλη. Cur ſe *pollinem* breui *futurum* dicat hic Strepſiades, docebunt Scholia. Nota quae ibi tangunt de vſu voc. παίπαλα pro *locis aſperis* ac *praeruptis*, vt Callim. hymn. in Dian. 194. παίπαλα κρημνούς τε *loca praerupta et ſcopulos*, de quo voc. et inde δυσπαίπαλα Aeſch. Eumen. 390. ibidem egimus. Quibus obiter ſolum addam poſteriorem hanc vocem exſtare apud Nicandrum v. 145. et vſurpari ab Archilocho ap. Hephaeſt. p. 50. καὶ βήσσας ὀρέων δυσπαιπάλους (valles montium aditu difficiles). *Spanh.*

263. (al. 262.) Εὐφημεῖν χρή *y*). Eqq. 1310. εὐφημεῖν χρὴ καὶ σόμα κλείειν. *Bergl.* Socrates inuocat Nubes, vt opem ferant et ſint praeſentes. De voc. εὐφημεῖν *lingua fauere* v. ad Moerin p. 160. *Harl.* Duo priora verba (εὐφ. χ.) leguntur itidem ab initio Eqq. Act. IV. ſc. 1. *fauere oportet et os occludere.* Quo ſenſu etiam haec ad

---

t) Wiland. exiſtimat, loco molae Socratem filices in caput Strepſiadis effudiſſe; Schütz. autem, mola conſperſiſſe caput.

v) Vnde Zonaras Lex. II. p. 352. ἀτρέμας· ἡσυχος, ἄφοβος.

x) Lucian. Hermot. 41. ἔχ' ἀτρέμα.

y) Summa cum grauitate et magica quaſi vi haec a Socr. dici monet Wiland.

Strepsiadem a Socrate hic dici, docent quae sequuntur in eodem versu: καὶ τῆς εὐχῆς ὑπακούειν, *vt adtente preces audiat*, quas ad Nubes deas facit ibidem Socrates. De qua harum vocum εὐφημεῖν, εὐφημία et εὐφημον σόμα apud graecos auctores, Tragicos inprimis, solita significatione, nempe tam de indicto in sacris gentilium *religioso silentio* quam de *fausiis acclamationibus*, quum aliunde tum ex adductis huius Comici versibus, egimus ad Callim. p. 58. f. [h. in Apoll. 17. p. 90. Ern. add. ad h. in Cer. 18. p. 761. f.]. Quibus adde Acharn. 236. εὐφημεῖτε, εὐφημεῖτε· σῖγα πᾶς. De *silentio* addendus Eumoeris Ms. in dictionibus Att. [Moeris p. 161. Piers.] εὐφήμει, Ἀττικῶς· σίγα, Ἑλληνικῶς καὶ κοινόν. De altera vero significatione Plato in Alcib. II. p. 199. [c. 20. ed. Biester. f. c. 12. ed. Nürnberg.] vbi ceu a deo Ammone dictum traditur βούλεσθαι αὐτῷ τὴν Λακεδαιμονίων εὐφημίαν εἶναι μᾶλλον, ἢ τὰ σύμπαντα τῶν Ἑλλήνων ἱερά. *Spanh.*

264. Ἀμέτρητ' ἀὴρ κ. τ. λ. Aërem et aetherem Socrates inuocat tamquam Iouem. Hinc et Euripides, qui solebat Σωκράτει παραπαθήμενος λαλεῖν, vt cum Comico dicam ex Ran. 1532., alicubi dixit *z*): Ὁρᾷς τὸν ὑψοῦ τόνδ' ἄπειρον ἀέρα Καὶ γῆν περιξ ἔχουσ' ὑγραῖς ἐν ἀγκάλαις· Τοῦτον νόμιζε Ζῆνα, τόνδ' ἡγοῦ θεόν. Quod ita vertitur *a*) ap. Cicer. Lib. II. de nat. deor. [c. 25.]: Vides sublime fusum, immoderatum aethera, Qui tenero terram circumiectu amplectitur? Hunc summum habeto diuûm, hunc perhibeto Iouem. Vbi vid. not. [Dauis.] *Bergl.*

ἔχεις τὴν γῆν μετέωρον. Terram nempe in medio vniversi sitam vndique coelo et aëre circumfundi, neque terram opus habere, vt aëre, quem hic inuocat Socrates, fulciatur, tradit disserens cum Socrate Simmias in (Plat.) Phaedone p. 107. T. I. [c. 58.] Adde Philosophum [Aristot.] de Coelo II, 13. *Spanh.*

265. Αἰθήρ. In Ran. 793. Euripides precatur: Αἰθὴρ ἐμὸν βόσκημα. Hic in Nub. 569. καὶ μεγαλώνυμον ἠμέτερον πατέρ' αἰθέρα σεμνότατον, βιοθρέμμονα πάντων. *Bergl.*

---

z) Fragm. inc. I. ed. Lips. E Crellsis fragmentum petitum putat Valcken. Diatr. p. 47.

a) Ad eosdem Eurip. versus alludere videtur locus *Ennii* (ex Thyeste) ap. Cic. N. D. II, 2.

Νεφέλαι. Eurip. Alceſt. 242. ἄλλε καὶ Φάος ἡμέρας οὐράνιαί τε δῖναι νεφέλας δρομαίου. *Bergl.*

267. Quia Socrates inuocabat Nubes, iſte timens, ne compluatur, veſtem conduplicatam *b)* imponit capiti. *Bergl.* πτύξωμαι κ. τ. λ. Apud Suid. h. v. non recte in hoc verſu legitur καταβραχῶ *c)*. Notat Thom. M. veteres ſimplex βρέχω de pluuia non dixiſſe, ſed in compoſitis a perfecto paſſiuo et omnibus temporibus inde formatis, etiam de pluuia dici. Salmas. ad Pall. Tertull. p. 400. laudans h. l. obſeruat, Cynicos ſemper duplicatum geſtaſſe pallium, ceteros per pluuiam, eius arcendae cauſa. *Duck.*

268. τὸ δὲ μή. Ellipſis, v. ad Plut. 593. Ita Ran. 747. τὸ δὲ μὴ πατάξαι σε. *Bergl.* De ea forma v. Euſtath. ad Odyſſ. p. 1542. qui interpretatur: ὡς κακόδαιμόν ἐστί μοι τό. melius: ὡς κακοδαίμων εἰμί, ὅτι μὴ ἤλθον. *Ern.* Hoc non eſt interpretari. Melius Euſtathius: ne pileum quidem, inquit, me attuliſſe: id nimirum, puta, male factum. *Herm.* Loci huius meminit Schol. ſupra ad Plut. 469. infra ad Vesp. 443. et ad Au. 7. itemque Euſtath. ad Od. E. p. 1542, 42. ed. Rom. Caeterum metri gratia ſcribendum eſt: τὸ δὲ μηδὲ κυνῆν, vt habet Ms. Vat. Vrb. Syllaba enim prima in κυνῆν breuis eſt *d)*. *Kuſt.* Repone metri gratia: τὸ δὲ μὴ κυνέην. Nam vox κυνῆ priorem corripit. *Bentl.* κυνέην ob metrum ſcribi debuit. Vulgo κυνῆν, corruptis numeris. Prima huius nominis ſyllaba ſemper corripitur. V. Lyſiſtr. 751. 754. 757. *Brunck.* Reizius dubitabat, vtrum Bentleii correctionem, quam Br.

---

b) τουτὶ pallium nempe, cui ſe inuoluit. *Schütz.*

c) In cod. C. ap. *Ern.* καταβραχῶ. Idem etiam laudat Tho. M. (p. 171. f. Bern.)

d) Sed μηδὲ friget. Nam ſimplex negatio requiritur; et omnes Grammatici veti. commemorant h. l. ſic, vt ſit μὴ κυνῆν. Rectius Bentleius μὴ κυνῆν. Sic recitat locum Salmas. ad Tertull. p. 400. et iauet Ms. Coisl. *Ern.* Grammatici, qui h. l. commemorant, eaiguae auctoritatis ſunt, vt Euſtath. h. l. qui adeo neglexit numeros, vt pro κακοδαίμονα, quod Scholiaſtae tamen iſti [a Kuſt. laudati] habent, ταπεινὸν ſcribere non dubitaret. *Herm.* κυνῆν. quale capitis tegmen, κρατὶ δὲ ἡλιοτερὴς κυνῆ *latus pileus caput a Sole protegens*, a Sophocle dicitur Oed. Col. 318. *Spanh.*

etiam [cumque eo Inu.] sequutus est, an lectionem libri Vat. probaret. Hanc ego praeferendam ratus sum *e)*. Nam, quantum equidem meminerim, forma κυνέη nusquam ap. Arist. inuenitur, sed semper Attica, κυνῆ. Μηδὲ autem tantum abest, vt frigere arbitrer, vt potius elegantius dictum putem. Nam quis nescit, quum repente in aliquod discrimen incidimus, ita rerum omnium rationem commutatam videri, quasi, quae euentura essent, praeuideri potuissent. Sic deinde quum alia nos neglexisse, tum ne hoc aut illud quidem curasse conquerimur. Ita hic Strepsiades, quasi aliquid tamen in hunc casum afferendum fuerit, pessime, inquit, factum, quod ne pileum quidem meum attuli. *Herm.* Caeterum loqui haec pro se et auersus a Socrate videtur. *Wil.*

κακοδαίμονα. Ms. Vatic. U. legit δύσηνον· quod est ταυτόσημον. At Eustath. loco laud. ταπεινόν, quod est corruptum et in metrum peccat. *Kust.* κακοδαίμονα non minus ex interpretatione natum, quam ταπεινὸν Eustathii. Quare e libro Vrb. δύσηνον reposui. *Herm.* Idem tacite recepit *Schütz.*

269. δῆτ' ὦ. In A, C, δὴ ὦ. Alibi δὴ pro δῆτ' male positum seruare memini. *Brunck.*

270. Ὀλύμπου κορυφαῖς. Eurip. Bacch. 556. Πόθι Νύσσης ἄρα θηροτρόφου θυρσοφορεῖς θιάσους, ὦ Διόνυσ', ἢ κορυφαῖς Κωρυκίαις· τάχα δ' ἐν πολυδένδρεσσιν Ὀλύμπου θαλάμαις. *Bergl.*

271. Ὠκεανοῦ πατρός. Ex diuersis locis vocat Nubes. Similiter Aesch. Eumen. 292. Orestes inuocans Palladem: ἀλλ' εἴτε χώρας ἐν τόποις Λιβυστικοῖς, Τρίτωνος ἀμφὶ χεῦμα γενεθλίου πόρου τίθησι — πόδα· εἴτε Φλεγραίαν πλάκα — ἐπισκοπεῖ, ἔλθοι· κλύει δὲ καὶ πρόσωθεν, ὢν θεός. Vocat autem *Oceanum patrem* Nubium, quia inde maxime oriuntur; proinde nemo putet hoc ita accipiendum esse, vt illud Homericum [Il. XIV, 276.] Ὠκεανός θ' ὅσπερ γένεσις πάντεσσι τέτυκται. *Bergl.* Quo sensu *Oceani hortos* dixerit h. l. Comicus, docebunt Scholia. *Spanh.*

---

e) Cum Herm. etiam Schütz. edidit: μηδὲ κυνῆν.

χορὸν ἴστατε Νύμφαις *f*). Quomodo vna voce χοροστασίαι dictae illae Nympharum choreae ap. Callim. h. in Lau. Pall. 66. Vocem Thesauris aliisque Hellenismi promtuariis indictam ex Aristide praeterea, Gregorio Theologo et Chrysostomo illustrauimus p. 597. [p. 677. Ern.]. Dicuntur vero hic Nubes sacram illam choream ducere cum nymphis Oceani, ellipsi familiari praep. σὺν νύμφαις. Easdem vero χορήτιδας Ὠκεανίνας *choream ducentes aut saltantes Oceaninas* vocat Callim. h. in Dian. 13. vbi inter alia idem hic Comici locus haud est a nobis praetermissus Obss. p. 139. [p. 176. Ern.] *Spanh.*

272. Νείλου προχοαῖς. Aesch. Suppl. 1031. μήδ' ἔτι Νείλου προχοὰς (Nili ostia) σέβωμεν ὕμνοις. Grammatici volunt, προχοὰς esse *ostia fluuiorum*. Homer. Il. XVII, 263. *g*) ὡς δ' ὅτ' ἐπὶ προχοῇσι διϊπέτεος ποταμοῖο. v. Schol. Apoll. Rhod. ad I, 11. *Bergl.* Intelligendum ante N. προχ. esse ἐν s. ἐπὶ, et ante ὑδάτων, ἐξ, monet Wakefield. ad Eurip. Ion. 446. (in delectu Tragg. Gr. T. II.) quem locum Comico obuersatum esse putat.

χρυσέης ἀρύτεσθε [ol. χρυσέοις *h*) ἀρύεσθε] πρόχουσιν. Thomas Mag. V. χοῦν [immo V. Χοή p. 917.] hunc locum sic legit: χρυσέαις *i*) ἀρύεσθε προχόῃσι· a Nomin. προχοή. *Kust.* Lege: χρυσοῖς *k*) ἀρύτεσθε πρόχουσιν. v. Suid. V. Ἀρύτεσθε. *Bentl.* Feminini generis est πρόχους. v. Piers. ad Moer. p. 296. In duobus Regiis *l*) scriptum est χρυσέαις. Euphoniae gratia praeferri debuit Ionica forma

f) De phrasi χορὸν ἱστάναι *[saltare in orbem]* v. quae diximus obiter ad Plut. 761. *Kust.* Sophocl. Electr. 282. χοροὺς ἴσης, Eurip. Iph. Aul. 683. τήσομεν ἄρ' ἀμφὶ βωμόν, ὦ πάτερ, χορεύσι; *Bergl.*

g) Vid. ad eum loc. Heynius.

h) Quod in ed. Kust. χρυσέοις legitur, id typothetarum peccatum esse, vt 699. τήμερα pro τήμερον, iam *Reisk.* animaduertit.

i) χρυσέης e codd. Leidd. et Burm. edidit Bern. v. ibi Oudend.

k) Saltem contracte legendum, etsi non necesse sit scribi, quamquam magis Atticum. Sed Thomas M. habet χρυσέαις, quod firmant Mss. nostri R. et L. et loca de v. πρόχους, allata omnia habent femininum. *Ern.*

l) Scriptura cod. (quinti) est χρυσέαις ἀρύεσθε προχόησιν. Glossa postremae voci superscripta: ἀγγείοις. *Brunck.* in Suppl.

poëtis Atticis frequentata, quam confirmat Tho. M. in χοή. *m)* Atticam formam ἀρύτεσθε repoſui e Suida V. Ἀρύτεσθαι. cfr. Koen. ad Corinth. p. 29. *n)* Ordo eſt: εἶτ' ἄρα ἐν ταῖς προχοαῖς ὑδάτων Νείλου ἀρύτεσθε χρυσέης πρόχουσιν *o)*. *Brunck.* πρόχουσιν *p)*. Haud vtique admittenda eſt Thomae M. lectio προχοῇσι *q)* nempe a nomin. προχοή, quum poſtrema haec vox in eodem verſu praecedat, nec proinde loci ratio patiatur, vt bis eamdem nec vno ſenſu proximis verbis adhibuerit Comicus. Prieri nempe loco Νείλου προχοαί, *Nili oſtia* dicuntur, vti pridem ab Hom. Il. XVII, 263. Quod Porphyrius in Schol. Mſſ. ad Iliada, olim penes Is. Voſſium *r)*, quae eius beneficio mihi pridem euoluere licuit, obſeruat, Solonem, qui in reliquis omnibus Homeri poema fuerat aemulatus, quum ad hunc verſum peruenisſet, illius et duorum ſequentium, quibus de hisce Nili oſtiis a poëta agitur, admiratione motum combuſſiſſe ſua poemata; idem quoque feciſſe Platonem; id vero haud praetereundum videbatur, quod alibi haud putem legi. *Spanh.* A πρόχους, quod eſt a πρόχοος, vt νοῦς a νόος. Eurip. Ion. 434. [ap. Wakefield. 446.] ἀλλὰ χρυσέαις προχόοισιν ἐλθὼν εἰς ἀποῤῥαντήρια δρόσον καθήσω. Antimachus ap. Athen. XI. p. 468. [p. 231. T. IV. Schweigh.] καὶ ἐς λοιβὴν χέον εἶδαρ χρυσείῃ προχόῳ. Philoxenus ap.

---

m) Formam hanc Ion. χρυσέης praetulerunt etiam *Herm.* et *Schütz.*

n) V. quoque Thom. M. V. Ἀρύτομαι ibique intpp. p. 115. ff. et Dauis. ad Max. Tyr. p. 511. ed. ſec. *Harl.* Add. Porſon. ad Eurip. Phoen. 462.

o) Quamquam ἀρύεσθε habent omnes libri Mſſ. tamen Atticam formam, probatam etiam Koenio, receperunt *Herm.* et *Schütz.*

p) R. πρόχοις. I. L. πρόχοισιν *Ern.* Rau. et Borg. προχόοισιν. Brunk. cum plerisque edd. πρόχουσιν reliquit, formam datiui inauditam. Itaque προχοῖσιν reſtituimus. *Herm.* Nunc tamen ille V. D. πρόχουσιν praeſert, quod etiam Sch. retinuit.

q) προχόῃσιν, non προχοῇσιν ſcribendum eſſe, monet Oudend. ad Th. M. p. 918.

r) De eo codice v. Valcken. praef. ad diſſ. de cod. Leidenſi et Scholiis in Hom. inedd. ad calcem Vrſini lib. Virgilius collatione gr. ſcriptt. illuſtratus etc. Add. G. H. Noelden Comm. de Porphyrii Scholiis in Homerum (1797.) p. 16.

eumdem XV. p. 685. [p. 501. T. V. Schw.] κατὰ χειρὸς δ' ἤλυθ' ὕδωρ ἄπαλὸς παιδίσκος ἐν ἀργυρέῳ προχόῳ φέρων· ἐπέχευεν· *aquam lauandis manibus ferens tenellus puer in argenteo gutto: affudit. Bergl.*

274. Huic verſiculo ſtellam addidit Caninius. Vir doctus in exemplo meo Canin. adſcripſit ὑπακούσατε *s)*. Sic Ms. R. *Ern.* χαρεῖσαι. Cod. (quintus) φανεῖσαι *t)*, cum gl. παραγενόμεναι. *Brunck.* in Suppl.

275. Iam e longinquo Chorus Nubium apparet per aërem vectus. *Schütz.* Audiri ſimul tonitru, atque non niſi nubila informia cerni, e quibus edatur canticum, quod ſequitur, cenſet *Wiland.* Incipit hic in vulgg. edd. Act. I. Sc. quarta.

Pedes ſedecim verſuum huius ſtrophae ſigillatim a Schol. continuo tanguntur, illudque praeterea in ſeqq. indicat, hos chori verſus dici περιόδους, vbi legendum παρόδους. Πάροδος enim dictus primus chori in ſcenam ingreſſus, vt h. l. Firmant id Scholia ad Veſp. 270. adductis duobus primis huius chori verſibus: τῶν μὲν χορικῶν μελῶν τὰ μέν ἐστι παροδικά, ὡς τό· Ἄέναοι *v)* Νεφέλαι, Ἀρθῶμεν φανεραί· ac Hephaeſt. p. 69. ἐν ταῖς παῳδοῖς (in Scholiis ad eumdem et ad Comicum παῴδοις) τῶν χορῶν, ad quae verba notant Scholia p. 73. οὕτως καλεῖται ἡ πρώτη τῶν χορῶν ἐπὶ τὴν σκηνὴν εἴσοδος, qua de re adiri iuſuper poſſunt Scholia ad Eqq. 247. *Spanh.*

277. δροσερόν. Subauditur κατά. *Bergl.*

εὐάγητον. Ordo conſtructionis eſt: ἀρθῶμεν ἀπ' Ὠκεανοῦ ἐπὶ κορυφὰς ὀρέων. Quid igitur ſibi volunt iſta: δρ. φ. εὐάγητον? Primum nulla hic ſyntaxis eſt, neque vllum ver-

---

s) In edd. omnibus legitur: ἐπακούσατε, recte. Quod Inu. e Rau. dedit εὐπακούσατε, non ex ὦ ἐπ. contractum eſſe poteſt, et verſum peſſumdat. Reſtituendum ἐπακ.

t) Ita Mſſ. R. L. quam lectionem etiam memorant Scholia. *Ern.* Mimas, antea memoratus, Thraciae mons eſt, Homero quoque dictus.

v) De voc. et ſcriptura ἄέναοι [in R. Ia. ap. *Ern.* male ἀένναι] v. Moerin ibique Piers. p. 25. ſ. et Dauis. ad Max. Tyr. p. 511. ed. ſec. *Harl.*

bum, cui adhaerere poſſint. Neque enim hic dixeris, aut ἀρθῶμεν φύσιν, aut φανερὰ φύσιν. Deinde quid eſt εὐάγητον? Suidas exponit: καθαράν, λαμπράν. Schol. παντα χοῦ φερομένην ἢ λαμπράν. Quae hariolationes ſunt hominum ad incitas redactorum. Ex antiſtropha, εὔανδρον γᾶν, ſcire licet, εὐάγητον ſecundam producere. Ergo Doricum eſt pro εὐήγητον. Quid hoc ad λαμπράν? Neque erit παντα χοῦ, ſed ῥᾳδίως φερομένην. Quae ſi arridet interpretatio, tum legas licet, δροσ. φύσιν εὐάγητοι. Sed languet, meo iudicio, haec oratio, et potius legerim δρ. φ. εὐγάθητοι *iucundae, delectabiles:* vel, εὐάντητοι. Nimirum nubes, vbi roribus foetae, ſunt εὐάντητοι; vbi tonitrubus et procellis, δυσάντητοι merito dicantur. Sed absque ductu MStorum nihil hic certi ſtatui poteſt. *Bentl.* δροσεραὶ et εὐάγητοι leg. niſi malis φανεραὶ ſumere pro φαίνουσαι, ἐκφαίνουσαι, δεικνύουσαι. Poſſit huc trahi illud Aelian. H. A. I, 24. de vipera: τίκτει οὐκ ᾠὰ, ἀλλὰ βρέφη, καί ἐσιν ἔνεργα (i. e. ἐνεργοῦντα, ἐς ἔργον καθιςάντα vel ἄγοντα) ἤδη τὴν αὑτῶν φύσιν τὴν κακίσην. Quamuis obloqui nolim, ſi quis κατὰ ſubintelligere velit. *Reisk.* Dor. pro εὐήγητον· nam alias eſſet iambus, quem non fert anapaeſticum genus. Bentl. autem malebat εὐάγητοι vel εὐγάθητοι, L. Bos *x)* εὐάχητον, quo verbo vtitur Eurip. Hipp. 1272. vel εὐοίχητοι pro εὐηχ. Accuſatiuus conſentit dithyrambicae rationi, quae epitheta ſine copulis iungit. Sed et Toup. Em. ad Suid. III. p. 305. ed. Lond. *y)* εὐάγητοι praefert et comparat Iudae v. 12. *Ern.* Vera eſt lectio εὐάγητοι quam ex emendatione Toupii repoſui. *Brunck.* Equidem non video, quare ab librorum lectione recedendum ſit. Nam verba ſic iungenda ſunt: φανεραὶ δροσερὰν φύσιν εὐάγητον, quod quare fieri poſſe Bentl. neget, nullo pacto intelligo. Imo ſic toti loco conſulitur. Nam quid hoc eſt: ἀρθῶμεν φανεραί? Quorſum φανεραὶ addidit? Quo nihil profecto poteſt fingi langui-

x) In Animadvv. ad ſcr. quosd. gr. p. 83. ff. vbi contra Bentl. monet, in ſyntaxi nihil eſſe, quod vulgatae aduerſetur, quum κατὰ ſuppleri poſſit, ſed ob ſenſum putat εὐάγ. vitioſum eſſe, et corrigit εὐάχητον *bene ſonans* (vt Eurip. l. l. πόντον εὐάχητον) et Nubes ſuam naturam ita dicere, quod tonitrua producant. Alterum, quod Ern. adfert, εὐοίχητοι, ibi non reperi, nec εὐάχητοι.

y) S. T. II. p. 366. ed. recent. Oxon. Ducit ille voc. εὐάγητοι ab antiquo verbo ἠγεῖν. *agiles* reddit Harl.

dius. Id enim per se intelligitur. *Herm.* (qui recte comma post ἀρθῶμεν posuit, et post φανεραὶ sustulit. Eum sequutus est *Schütz.* in ed.)

278. βαρυαχέος. Ms. L. et Suid. βαρυηχέος male. Nam debet esse forma dorica *z)*, quae a librariis saepe neglecta est. *Ern.*

282. Vulgo legitur: καρπούς τ', ἀρδομέναν θ' ἱερὰν χθόνα, i. e. Bergl. interprete: *fructusque et sacram tellurem, dum irrigatur.* Quod profecto ineptissimum est. In membr. copula post ἀρδομέναν non comparet. Vnius itaque literae mutatione, λ pro ρ posito, genuinam elegantemque lectionem restitui *a)*. *Brunck.* ἀρδομέναν non debebat mutari. Id enim interdum simpliciter *nutrire* significat, vt Pind. Ol. V, 53. ὑγίεντα δ' εἴ τις ὄλβον ἄρδει, vbi apte commemorauit Heynius intpp. ad Eurip. Suppl. 207. *Herm.*

284. κελάδειν proprium est fluuiorum. v. Warton. ad Theocr. Id. XVII, 92. *Harl.*

285. f. Hos versus, vulgo ad metrici scholiastae sententiam diuisos, vt et antistrophicos (308. f.) coniunxit *Hermannus* (cumque eo Schütz.):

ὄμμα γὰρ αἰθέρος ἀκάματον σελαγεῖται

diligente permotus consuetudinis poëtarum obseruatione. Nam scholiastas metricos omnemque grammaticorum in hoc genere doctrinam nauci non esse faciendam, in libro de metris ostendit.

287. μαρμαρέαισιν αὐγαῖς. Sic B. In duobus aliis Regiis μαρμαρέαις ἐν αὐγαῖς. Alterutra lectio recipienda fuit. Nam vulgatae μαρμαρέαισιν ἐν αὐγαῖς metrum repugnat. *Brunck.* Cod. (quintus) μαρμαραίησιν αὐγαῖς omissa praepositione *b)*. Inde lucrifacere possimus formam Ionicam

---

z) Ab ἦχος *sonus*, η in α, dorice. *Bergl.*

a) Scilicet: καρπούς τ' ἀλδομέναν ἱερὰν χθόνα, *sacramque terram fructum parientem.* Copulam θ' ante ἱερὰν deleuerunt etiam Inu. Herm. Sch. sed ἀρδ. retinuerunt, neque Inu. debebat ἀρδομένην reponere. Nam dorica forma legi debet.

b) Laudat Suidas in Μαρμαρίην, sed omisso τῷ ἐν. Interpretes

μαρμαρέησιν. *Id.* in Suppl. Nos e duobus Mſſ. Regg. et Rau. ac Borg. μαρμαρέαις ἐν αὐγαῖς ſcribendum duximus, quae doctior lectio eſt. Ita Pindarus ſaepe ἐν adhibet. *Herm.* (quem Sch. ſequutus eſt.)

288. νέφος ὄμβριον c). Prout ap. Pind. Ol. XI, 3. ὑδάτων ὀμβρίων παίδων Νεφέλας. Mox v. 298. πάρθενοι ὀμβροφόροι. *Spanh.*

289. Quid hoc eſt: ἀθανάταις ἰδέαις ἐπιδώμεθα d) τυλεσκόπῳ ὄμματι γαῖαν? In Schol. commemoratur alia lectio ἀθανάτης ἰδέας, vt haec verba cum praecedentibus coniungenda ſint. Idque etiam Reizio placebat, ac merito. Quin clare liber Rauennas ἀθανάτας ἰδέας exhibet e). ἰδέα de ſpecie corporis adhibetur Plut. 559. et Pind. Ol. X, 122. *Herm.*

292. βροντῆς μυκησαμένης. Aeſch. Prom. 1081. Βρυχία δὲ ἠχὼ παραμυκᾶται βροντῆς. *Spanh.* Virg. f) *tonitru coelum omne remugit. Bergl.* Dici haec ad Strepſiadem in promtu eſt.

293. Ἀνταποπαρδεῖν. V. Erasmum in Adag. *Oppedere* [p. m. 141. vbi male Ἀνταποπερδεῖν legitur.] *Kuſt.* Ap. Eurip. Cyclops periphraſtice idem dicit in cognomine dramate 326. ἐκπιὼν γάλακτος ἀμφορέα, πέπλον κρούω, Διὸς βρονταῖσιν εἰς ἔριν κτυπῶν. Hic in Nubb. 384. ſimili ratione

---

non notarunt. Exponit autem λαμπραῖς, et addit: μαρμαίρειν γὰρ τὸ λάμπειν καὶ καταυγάζειν. Similiter vſus eſt τῷ ἐν Plut. 765. ἀναδῆσαι βούλομαι σ' ἐν κριβανωτῶν ὁρμαθῷ. *Duck.* ἐν omittunt MS. L. Suid. male. *Ern.*

c) L. Ia. ὄμβριμον νέφος. *Ern.*

d) Sic dixit ἐπιδεῖν Lyſias c. Poliuchum p. 321. *Ern.*

e) Itaque ſic Herm. et Sch. ediderunt et interpunxerunt:
ἀλλ' ἀποσείσάμεναι νέφος ὄμβριον
Ἀθανάτας ἰδέας, ἐπιδώμεθα etc.
Vertit autem Schütz.
Dann werft den Nebel ab, der noch in dämmernden Falten
Um eure Glieder wallt!
Wilandus magis ſenſum vtcumque expreſſit,

f) In Virg. Aen. IX, 504. coelum *tuba remugire* dicitur.

dicitur fieri tonitru et crepitus ventris. *Bergl.* Verba K. σ. γ' ὦ πολ. Strepsiaden venerabundum ad Nubes, sequentia ad Socratem dicere existimat Wiland.

294. τετρεμαίνω. Hesych. τετρεμένει g). τρομεῖ, φοβεῖται, vbi male Salmasius τετραμένει vel τιτρεμαίνει legendum credit. Reponendum vero ibi τετρεμαίνει, quod ex hoc Comici loco, ad quem procul dubio respexit Hesychius. *Spanh.* Ad trepidationem signantius exprimendam τετρ. et πεφοβ. adhibita esse, docet *Bos.* Obss. Crit. p. 71. f.

295. ἐστὶν νυνί. Sic bene membr. *h*), vt ex metri lege correxit Berglerus. In aliis edd. et in codd. plerisque ἐστὶ νυνί. Prius ν a sequente absorptum est. *Brunck.* χεσείω (cacare volo.) Vt δρασείω Pac. 62., i. e. μέλλω s. βούλομαι δρᾶν. *Bergl.*

296. σκώψεις — ποιήσεις. Soloeca vulgo σκώψῃς — ποιήσῃς. v. not. ad Lys. 704. Ran. 202. 298. 524. *Brunck.* Cum Br. e Dawesii *i*) observatione, quam etiam Valcken. ad Eurip. Hipp. 607. probare videtur, σκώψεις et ποιήσεις scripsi. In his formis saepe erratum a librariis esse, passim ad Arist. ostendit Br. Vid. etiam v. 366. Particulam γε e libro Borg. addidimus (ποιήσεις γ') quae, vt saepe inepte addita a librariis fuit, ita nonnumquam male etiam omissa reperitur. Hic quidem ea recte nobis videtur et apte adhibita esse. Perinde enim est, ac si diceret: οὐ μὴ τοῦτό γε ποιήσεις· ne tu, inquit, irriseris, nec pol feceris, quod isti solent in comoediis. *Herm.*

τρυγοδαίμονες i. e. *Comici.* Nam et τρυγῳδία dicitur comoedia ap. nostrum Acharn. 399. et alibi, et τρυγῳδὸς *Comicus* Vesp. 648. *Kust.* Adde Athen. II. p. 40. [p. 152. T. I. Schweigh.] vbi dicitur, tragoediam esse in At-

---

g) In ed. Alb. p. 1373. T. II. emendatum est. Add. Moeris Attic. p. 365. ibique Piers. p. 366.

h) Etiam codd. Inu. atque ita etiam Herm. et Sch. ediderunt.

i) Dawes. in M. Crit. p. 221. ff. 227. ff. demonstrauit, οὐ μή, ὅπως μή, vel cum futuro indic. vel cum aoristo altero formae subiunctiuae, numquam cum aor. primo subiunct. verbi siue actiui siue medii construi. cfr. tamen Burgess. ad illum p. 459. *Harl.* add. Fischer. Anim. ad Well. II. p. 251. et Matthiae Gramm. gr. p. 738.

tica repertam, κατ' αὐτὸν τῆς τρύγης καιρόν, ἀφ' οὗ δὴ καὶ τρυγῳδία τὸ πρῶτον ἐκλήθη ἡ κωμῳδία. Vnde etiam infra τρυγῳδῶν in fine Vesp. et τρυγῳδίαν ποιῶν Acharn. 498. *comoediam edens*, et τρυγῳδοῖς *comoedis* Vesp. 648. dicitur. *Spanh.* Pro καποδαίμονες τρυγῳδοί, qui sunt κωμῳδοί, vt Vesp. 647. μείζονος ἢ ἐπὶ τρυγῳδοῖς. Sic τρυγῳδία Ach. 498. Ibidem tamen 349. quum dicit de Euripide: ἀναβάδην ποιεῖ τρυγῳδίαν· non loquitur de comoedia. *Bergl.* Id est, οἱ καποδαίμονες οὗτοι τρυγῳδοί. Comoedia olim τρυγῳδία appellabatur, nec vnquam isto nomine tragoedia appellata fuit *k)*, quod videbimus ad Acharn. 400. Perperam in B, C, τραγοδαίμονες. *Brunck.*

298. Nubes pedetentim adpropinquant, canentes, quod festiuum et magnificum fuisse videtur spectaculum. Cogita illas e longinquo aduentantes cum tonitru s. murmure aëris, ita vt senex paueſceret (292. ff.), sed iliis cognitis mira adficeretur laetitia cantuque illarum, tamquam heroinarum, delectaretur. Primum senex audit illas, sed nondum videt. In postscenio enim e longinquo illae sensim descendunt per montem, caua densaque loca in theatro vel picta vel facta, et demum iuxta ingressum in scenam aduentantes (325.) visuntur a sene; qui quod illarum formam miratur, Aristophanes arripit occasionem, sophistas et poëtas tumidos, quorum scribendi genus imitatur *l)*, aliosque homines famosos lepide acriterque exagitandi atque irridendi. *Harl.*

299. s. Hermann. Sch. aliique reliquerunt vulgatam scripturam:

ἦλθομεν λιπαρᾶν
χθόνα Παλλάδος, εὐάνδρου γᾶν
Κέκροπος ὀφόμεναι πολυήρατον,

quam non debebat vnius cod., in quo librarius aberrauit, auctoritate corrumpere Inu., quum et strophae 277. ff. eam postulent, et tragicae dictionis ratio defendat. Cod. R. ap. Ern. et ἐσέλθωμεν et χθόνα ἐς, per glossema, vt recte

k) Hoc pluribus ostendit Bentleius in respons. ad Boyle, ex lat. Lennepii versione, subiuncta eius editioni Epp. Phalar. p. 166. ff. et 171. ff. *Harl.*

l) In hoc et superiore Nubb. cantico regnat tragicorum chororum sublimitas.

iudicat Ern., habet; ἐς χθ. Bau. quae varia ſedes praep. ἐς gloſſema etiam certius monſtrat.

λιπαρὰν χθ. nempe *ſplendidam terram*, non vero, iuxta interpretem, *grauida loca Palladis* h. e. *Athenarum* vel *Atticae*. Sic λιπαραὶ Ἀθῆναι Eqq. 1327. et Pind. Iſthm. II, 30. λιπαραῖς ἐν Ἀθήναις, ac Nem. IV, 29. λιπαρᾶν ἀπ' Ἀθανᾶν. Sic de Attica Eurip. Iph. T. 1131. λιπαρὰν γᾶν, in quibus locis ea λιπαρᾶς vel λιπαρῶν voce *ſplendida vrbs* vel *regio* vel *terra* dicitur, non *pinguis m)*; qualis vtique non erat Attica, quae contra λεπτόγεως ob *agri tenuitatem* a Thucyd. I, 2. dicitur et ſimiliter a Galeno Protrept. c. 7. non celebrata quidem Attica διὰ τὴν τῆς γῆς ἀρετήν· λεπτόγεως γάρ· ἀλλὰ διὰ τοὺς ἐν αὐτῇ φύντας. Cuius proinde poſtremae, non vero prioris cauſae intuitu dictae ſunt λιπαραὶ Athenae, *ſplendidae* vel *illuſtres*, et h. l. λιπαρὰν χθόνα Παλλάδος, *ſplendidam terram Palladis*, vocat Comicus. *Spanh.* In Plut. 772. ſ. σεμνῆς Παλ. λάδος πλεινὸν πέδον χώραν τε πᾶσαν Κέκροπος. *Bergl.*

301. (al. 302.) οὔ σέβας — cf. Lyſiam Or. c. Andoc. p. 196. ff. ibique Taylor. ed. Reisk. *Harl.* Reſpicitur ad Eleuſinia myſteria. *Wil.*

305. ὑψιρεφεῖς *n)*. Sic recte ed. Ald. [etiam Iunt. et ſequaces, it. Küſt. Bergl., auctore *Harl.*] *o)* At quaedam Edd. [Bas. Port. Friſchl. Lugd. et Amſt. etiam duo codd. Brunck. *Harl.*] ὑψιφερεῖς *p)*. ὑψιρεφεῖς autem idem eſt, quod ὑψερεφεῖς, de quo voc. v. Lexicographos. *Kuſt.*

---

m) Adſentitur Spanhemio *Harl.* Add. de hoc epitheto λιπαρὰ Wyttenbach. Anim. ad Or. Iuliani I. (ex ed. Schäferi 1802.) p. 145. vt de vocc. εὔανδρος et εὐανδρία (de bonorum virorum prouentu) id. ib. p. 203.

n) ὑψηρεφεῖς quod Inu. induxit e duobus ſuis libris, quibuscum et alii faciunt, metro aduerſatur.

o) ὑψιρεφεῖς edd. noſtrae et Cod. R. Hoc l. firmatur haec ſcriptura, quam damnauit Barneſius. v. Alb. ad Heſych. h. v. at L. I. ὑψηρεφεῖς male, et contra metrum. *Ern.*

p) Pro ὑψιφερεῖς leg. ὑψιρεφεῖς, quemadmodum ap. Hom. pluribus locis, vel potius ὑψερεφεῖς, ab ἐρέφω, *tego*, quod et magis videtur probare Euſt., qui ſcripturae prioris per ι nusquam meminit. *Duck.* Formam ὑψιρεφὴς etiam Heyn. ad Il. V, 213. praetulit.

Brunckius [in cuius duobus codd. fuit ὑψηρεφεῖς] recte ex A, G, edidit ὑψερεφεῖς. *Herm.* (et cum eo *Schütz.*)

ἀγάλματα donaria numini cuidam consecrata, *deorum simulacra.* Proprie omne ornamentum, decus, quo quis exhilaratur et laetatur, v. Schol. ad Eqq. 398. ab ἀγάλλειν, quod propr. est *nitidum reddere, sic aliquid exornare, vt oculos grata sua specie exhilaret:* quoniam vero statuae praecipuo erant ornamento, ἄγαλμα pr. de his vsurpari coeptum est. vid. de h. v. docte copioseque disserentes Hemsterh. ad Thom. M. h. v. et Ruhnken. ad Tim. Lex. p. 3. sq. *Harl.*

306. πρόσοδοι *sacrificia publica et solemnes pompae ad delubra deorum.* In Pac. 396. καί σε θυσίασιν ἱεραῖσι προσόδοις τε μεγάλαισι διαπαντός, ὦ δέσποτ', ἀγαλοῦμεν. Au. 854. προσόδια μεγάλα, σεμνὰ προσιέναι θεοῖσιν, ἅμα δὲ — πρόβατόν τι θύειν· vbi de eadem re paullo ante loquens, dicebat: ἐγὼ δ' ἵνα θύσω τοῖσι καινοῖσι θεοῖς τὸν ἱερέα πέμψοντα τὴν πομπὴν καλῶ, vt idem sit πομπὴ quod πρόσοδος s. προσόδιον. Herodotus in Euterpe *q)* coniungit πανηγύρεις, πομπὰς et προσαγωγάς, vbi etiam dicit, hos ritus ab Aegyptiis, primis eorum inuentoribus, ad Graecos manasse. Πανηγύρις δὲ ἄρα, inquit, καὶ πομπὰς καὶ προσαγωγὰς πρῶτοι ἀνθρώπων Αἰγύπτιοι εἰσὶ οἱ ποιησάμενοι· καὶ παρὰ τούτων Ἕλληνες μεμαθήκασι. *Bergl.*

309. παντοδαπαῖς. Sic quatuor Regii [etiam R. ap. *Ern.*] Vulgo παντοδαπαῖσιν ἐν ὤ. [contra metrum]. *Brunck.* in Not. et Suppl.

310. Ἦρι τ' ἐπερχ. Βρομία χάρις *r).* Memorabilis locus, qui, vt vidit etiam Schol., respexit ad *Dionysia* s. *Liberalia,* quae incunte vere Athenis celebrabantur, et quo tempore agones tragici et comici peragi consueuerant; qui etiam his postremis vocibus Βρομία χάρις (non *charitas dei,* vt hic interpres, sed *Bacchi festiuitas*) designantur. Quum vero duo essent illa et nota apud Athenn. (vt Dionysia κατ' ἀγροὺς s. *Lenaea,* autumnale festum, nunc mit-

q) II, 58. vbi tamen προσαγωγὰς Wesseling. in Ind. reddit *oblationes.*

r) Βρομία χάρις festum Bromii s. Bacchi. *Bergl.*

tam) *s*), *Anthesteria* nempe ſ. *Limnaea*, et *Dionyſia ἐν ἄστει* ſ. *ἀστυκά*, *in vrbe*, vel *vrbana*, quae *exeunte hyeme* et, vt h. l. *ineunte vere*, agi dicuntur a priſcis auctoribus: quaenam proinde e duobus illis *vernis Dionyſiis* intelligantur, moneri obiter ab eodem Schol. debuit. Equidem *Anthesteria* ſ. *Dionyſia Limnaea*, Ἀνθεστηριῶνι μηνὶ μετὰ χειμῶνα *Anthesterione menſe poſt hyemem* et proinde *ineunte vere* acta tradit Plutarch. Qu. Symp. VIII, 10. p. 735. [§. 3. T. III. P. II. p. 1033. Wytt. *t*)] Sic Ariſtides de Smyrna loquens, Athenn. colonia, in Smyrn. p. 402. T. I. καλοῦσι γάρ σε ἦρος ὥρᾳ πρώτῃ, Διονυσίοις. Haec autem de *Anthesteriis* intelligenda, coloniarum more, de quo nos alibi, conſtare poteſt e Philoſtrato Vit. Soph. I. p. 350., vbi menſe Antheſterione Smyrnae acta docet, quae ibi ab Ariſtide de ſacra triremi eorum Dionyſiorum tempore per forum Smyrnae circumlata dicuntur. Altera vero illa, quae dicebantur *Dionyſia ἐν ἄστει* ſ. *ἀστυκά*, haud procul ab aequinoctio verno, menſe Elaphebolione Athenis agebantur; inde de his quoque et frequentius dictum legimus, quod illa, vt h. l. ἦρι τε ἐρχομένῳ, *ineunte vere*, fierent. Cuius rei vnum hic, ſed grauiſſimum adducemus Thucyd. teſtimonium V, 20. αὗται αἱ σπονδαὶ ἐγένοντο τελευτῶντος τοῦ χειμῶνος, ἅμα ἦρι, ἐκ Διονυσίων εὐθὺς τῶν ἀστυκῶν. Quorum etiam *Dionyſiorum in vrbe* tempore actum Athenis hoc drama liquet ex v. 607., quo ſaluere iubentur a poëta eiusdem ſpectatores, quum Athenienſes, tum ſocii, qui poſtremi, vt aliunde vel ex hoc Comico conſtat, de quo obiter iam ante, eo demum Dionyſiorum tempore

---

s) Scilicet Spanhemius Lenaea et ruſtica Dionyſia vnum idemque fuiſſe feſtum cenſet, eique Odericus in Ep. de marm. didaſc. aſſentitur. Alii, vt Seldenus et Corſinus τὰ Ληναῖα et τὰ κατ' ἀγροὺς diſtinguunt; ſed Lenaea a ruſticis diuerſa fuiſſe atque eadem quae Antheſteria, et tria diuerſis menſibus fuiſſe Liberalia Athenis, *ruſtica*, Poſideone, *Lenaea*, Antheſterione, et *vrbana* ſ. *magna*, Elaphebolione (exeunte hyeme et ineunte vere) eſſe acta, quamquam ante inductos in vrbem ludos, Lenaea et ruſtica eadem fuiſſe et plauſtris acta videntur, poſt Ruhnken. docuit Wyttenbach. Bibl. Crit. VII. p. 66. ſſ. XII. p. 58. ſ. Adde ſupra p. 15. laudd. Inde refingenda eſt Spanhemii adnotatio.

t) Vbi πάθημα quidem memoratur, ſed de Dionyſiis nihil dicitur.

Athenas tributa ferre consuerant. Accedit huius fabulae didascalia, quae idem tradit. Quod vero vtraque illa Dionysia, *Antheſteria* et *vrbana*, ex aequo, ineunte vere, acta dicuntur a priscis, vt vidimus, auctoribus, id (vt obiter hoc et paucis hic dicam, quo plenius et accurate alibi defungimur) factum ob diuersum veris initium; quod alii ex antiquis ab *aequinoctio verno*, vt subinde Hippocrates et Galenus, alii vero ab *ortu Zephyri*, vel *ortu Accturi veſpertini*, s. ἀκρονύχου, vel ab *hirundinis aduentu*, vt Comicus ab initio Thesmoph., atque ita vel a VII. VIII. aut IX. vel XIV. aut XVI. vt graeci Mathematici, Eudoxus, Hipparchus, Cratippus, Euctemon, Geminus, Aetius, Theophraſtus insuper, immo alibi etiam Galenus: aut ab aequinoctio quandoque, atque ita aliquanto adhuc ſerius repetunt. Ne Romanos iam tangam, Varronem, Ouidium, Columellam, Plinium. Qua ratione etiam modo vnius fere mensis, modo ſesquimensis, vel XLVIII. aut L. dierum spatium, modo etiam quatuor mensium, *veri* ab iis adsignatur, sicut ea de re pluribus alibi agimus. *Spanh.*

311. εὐκελάδων τε χορῶν ἐρεθίσματα. Friſchlinus male: *Frondicomique chori certamina.* Verte: *et ſuauiter reſonantium chororum cantus.* Nam ἐρέθισμα ap. Graecos dicitur cantus vel vocis vel fidium aliorumque instrumentorum muſicorum, quo animus (proprie *irritatur v)*, i. e.) excitatur et ad laetitiam prouocatur. Hinc Anacreon, propter ſuauitatem carminum, a Critia dictus eſt συμποσίων ἐρέθισμα, i. e. *conuiuiorum oblectamentum*, teſte Athenaeo XIII. p. 600. E. Caeterum exiſtimabam aliquando, legi hic etiam poſſe τερετίσματα (i. e. ſecundum Heſych. ᾠδαὶ ἀπατηλαί, τὰ τῆς κιθάρας κρούματα etc. ſed nunc nihil mutandum cenſeo. *Kuſt.* Eurip. Bacch. 160. λῶτος ὅταν εὐκέλαδος *x)*, *quando ſuauiter ſonans tibia*, non, vt ibi interpres, *fiſtula*, qui error et alibi ab eodem committitur: et Oppian. Cyneg. III, 283. τύμπανον εὐκέλαδον *tympanum lene reſonans.* Cui opponitur δυσκέλα-

v) v. Theocr. V, 110. s. XXI, 21. ibique not. *Harl.* qui Kuſtero adſentitur.

x) Eum locum integrum etiam laudauit *Bergl.* et vertit: *quando tibia ſonora et ſacra ſacros ludos* s. *choros ſonat*, i. e. *ſimitu ſuo excitat.*

δος Aeſch. S. C. Th. 873. δυσκέλαδον ὕμνον Ἐριννύος. *Spanh.* εὐκελάδων χορῶν ἐρεθίσματα videtur Ariſt. dixiſſe pro, εὐκέλαδα χορῶν ἐρεθ. *ſonora chori incitamenta*, vt intelligatur *cantus tibiarum*, et vt, quod ſequitur, μοῦσα αὐλῶν βαρύβρομος ſit explicatio horum verborum, vt Pac. 155. χρυσοχάλινον πάταγον ψαλίων, pro, χρυσοχαλίνων π. ψ. Ita et Lucretius dixit [III, 372. V, 621.) *Democriti quod ſancti viri ſententia ſuadet y)*, pro, Democriti q. *ſancti viri* ſ. etc. Cuiusmodi plura exempla inueniri poſſunt ap. vett. Poſſunt tamen εὐκέλαδοι χοροὶ dici *ſcite cantantes et pedibus plaudentes:* vel etiam, *qui ad ſuauem tibiae cantum ſaltant*, vt αὐλούμενος *cui canitur tibiis, qui audit tibiarum cantum*, vt dixi ad Aeliani epiſt. 9. *z) Bergl.* Kuſterus *a)* accipit per hypallagen, vt referatur ad ἐρεθίσματα· nam intelligit *bene ſonantium*, et κελαδεῖν de *cantu* dici vel Lexica docent. Poteſt tamen et de ſtrepitu ſaltantium cum Schol. ἐρεθίσματα *cantus* bene interpretatur Kuſt. Nempe cantu incenditur et incitatur ſaltatio, vt ſit cantus irritamentum ſaltationis. *Ern.* ἐρεθίσματα, *inſtigationes.* Eurip. Bacch. 148. δρόμῳ καὶ χοροῖς ἐρεθίζων *curſu* et *choris* ſ. *tripudiationibus irritans* ſ. *exercens. Bergl.*

312. Μοῦσα βαρύβρομος αὐλῶν i. e. *grauem ſonum edentes tibiae b).* Pari modo Eurip. Hel. 1367. βαρύβρομον αὐλὸν dixit. *Kuſt. Grauis cantus* ſ. *ſonitus tibiarum.* Eurip. loco paulo ante cit. [Bacch. 160.] λωτὸς βρέμει. Idem in eodem dramate 156. βαρύβρομα τύμπανα dixit: in Hel. 1367. βαρύβρομον αὐλόν. Vt autem hic μοῦσα βαρύβρομος, ita Acharn. 666. μοῦσα ἔντονος. *Bergl.*

314. ἠρῷναι Attice pro ἠρωΐναι, vt in Schol. dicitur. Sic in inſcriptione Regillae Herodis Attici coniugis [v. 55. p. 42. ed. Fior.]: Οὐδέ μιν ἠρώνησι παλαίτησιν μεδέουσα. Sic

---

y) ponit ap. Wakef. legitur.

z) Has epiſtolas Bergl. cum ſuis animaduerſionibus edere conſtituiſſe videtur.

a) Confudit Ern. Kuſteri et Bergleri animaduerſiones.

b) Salmaſium ad Vopiſci Carin. [c. 19. p. 826. ff.] laudat *Ern.* Addi hic locus iis poteſt quae Böttigerus in Comm. de inuentione tibiae (Attiſches Mus. I, 2. p. 232.) habet.

ἥρῳ Attice in tertio casu, pro ἥρωϊ. Eumoeris Ms. "Ηρῳ c) χωρὶς τοῦ ι, Ἀττικῶς, ὡς Ὅμηρος· ἥρῳ Δημοδόκῳ· ἥρωϊ δὲ, μετὰ τοῦ ἰ, Ἑλληνικῶς. Dictae alioqui a poëtis ἡρωΐναι, vt a Call. h. in Del. 101. Theocr. Id. 26, 36. aut ἡρωΐδες, vel etiam ἡρῶσσαι, vt Apoll. Rhod. IV, 1309. de quibus olim egi ad Iuliani Caes. p. 450. ac haud ita pridem ad Callim. p. 254. [h. in Dian. 185. p. 300. f. Ern.] *Spanh.*

315. Deest pes versui, quem addit Ms. L. μεγάλαι θεαὶ ἀ. ἀ. Scholiastes habuerit necesse est epitheton tale: nam interpretatur ὠφέλιμοι τοῖς ἀνθρώποις ἀπράκτοις. *Ern.* Nimirum in Ern. ed. μεγάλαι exciderat. *Herm.* Aliud vitium in ed. Brunk. commissum est, ἀγνοῖς pro ἀργοῖς d), quod in not. correxit, vbi etiam docet, Sophistas intelligi.

316. Versum hunc et sequentem Frischlinus ita vertit, vt verum sensum poëtae minime expresserit. Quare nostram hic subiiciemus interpretationem secundum quam poëta dicit:

Quae sententiam et artem disserendi et mentem nobis praebent,
Et fictiones rerum incredibilium et inutilem disputationem et fallaciam et perceptionem.

In Sophistas nempe et malos philosophos haec dicta sunt. *Kuster.*

παρέχουσιν. Arbitror ν delendum. *Ern.* Id fecit Brunkius. Nobis aliter videtur. Nam etsi vltima horum versuum syllaba numeri lege breuis est, tamen ad id ipsum inuenta est κατάληξις, vt debilitatis numeri viribus vox requiescat. Cui rei bene consulitur augenda in pronunciatione syllabae mora. Hoc semel dixisse satis est, ne idem repeti necesse sit, quoties in hoc genere nostra recensio a Brunkii atque aliorum consuetudine discrepat. *Herm.* Sequutus est Sch.

317. τερατείαν. Hoc in quinque codd. reperi. Gl. παραδοξολογίαν, ἀλαζονείαν. Nec tamen inficior potuisse Comicum scribere τερθρείαν. Moeris [p. 364. Piers.] τερ-

c) Pierson. tamen p. 176. edidit ἥρω sine iota subscr. eamque formam illustrauit p. 177.

d) ἀνδρ. ἀργοῖς· philosophis et μετεωρολέσχαις. *Bergl.*

θρεία, Ἀττικῶς· τερατεία, Ἑλληνικῶς. Quam notam ad hunc Arist. locum refert Piersonus [p. 365.]. Sed non ideo a codd. scriptura recedere necessarium duxi. Cf. Ruhnken. ad Timaeum p. 180. [252. ed. sec.] *Brunck.* add. Intpp. Tho. M. p. 840. *Harl.* κρούσιν etc. Hinc rhetor quidam dicitur κρουστικὸς et καταληπτικὸς Eqq. 1373. *Bergl.* κατάληψιν. Eamdem quoque e Luciano a Kustero [in not. ad Schol., vbi vid.] adductam *artis* definitionem tradit et simul, quid sit κατάληψις, docet Sex. Empiricus adu. Mathem. p. 468. τέχνη γάρ ἐστι σύστημα ἐκ καταλήψεων· καὶ κατάληψίς ἐστι καταληπτικῆς φαντασίας συγκατάθεσις· *est enim Ars, id quod constat ex comprehensionibus: et comprehensio est comprehendentis phantasiae adsensio e).* Notum vero, qui philosophi fuerint dicti olim ἀκατάληπτοι, *incomprehensibiles*, tertiae nempe s. nouae academiae sectatores, vt Carneades, aliique, de quibus agit idem Sextus Pyrrh. Hyp. I, 45. [c. 33. ed. Fabric.] et proinde quibus μηδὲν εἶναι καταληπτὸν a Galeno dicitur de opt. gen. doctr. [p. 6. s. T. I. Bas.] vbi etiam voc. κατάληψις occurrit. *Spanh.*

318. ταῦτ' ἄρ'. Ita pristinae; non τοῦτ' ἄρ' *f).* Pro διὰ ταῦτα, aut κατὰ ταῦτα, vt infra 334. ταῦτ' ἄρ' ἐποίουν ὑγρᾶν κ. τ. λ. et 352. ταῦτ' ἄρα, ταῦτα — In Thesm. 174. ταῦτ' ἄρ' ὁ Φιλοκλῆς — ποιεῖ. Au. 119. ταῦτ' οὖν ἵκεται — ἀφίγμεθα. Vide variantes Lectiones. *Bergl.* τοῦτ' ἄρ' nescio qua mea oscitantia irrepsit [in ed. Br.]. Scripseram primo, vt est in edd. vett. et IV. codd. ταῦτ' ἄρ' quod reponi velim. Glossa διά. Scilicet ταῦτ' ἄρα valet διὰ ταῦτα ἄρα. Sic 335. 352. vbi eadem glossa in codd. adscripta. Gregor. Cor. de dial. Att. §. VII. *g)* ταῦτ' ἄρα Ἀττικὸν ἀντὶ τοῦ, διὰ ταῦτα· λείπουσι γὰρ αἱ προθέσεις παρὰ τοῖς Ἀττικοῖς, ὡς — Reponendum etiam ἀκούσασ' i. e. ἀκούσασα, relatum ad ψυχή, vt est in libris omnibus: nec aliter excudi volebam *h).* *Brunck.* πεπότηται est, arbitror, *gestit cupiditate. Ern.*

---

e) add. Pyrrh. Hypot. III, 24. et 25.

f) Vt edd. recentt. et Küst. habent. *Harl.* Mss. R. L. edd. vett. ταῦτ', et sic cum Bergl. reposuimus. Intell. *propterea.* Male τοῦτ' retulerunt ad φθίγμα. *Ern.*

g) Ad q. l. plura notauit Koen. p. 11.

h) In eius edit. legitur ἀκούσας.

319. *περὶ καπνοῦ i)* *σενολεσχεῖν.* Praeter ea, quae ad v. 253. de voce *καπνοῦ* pro *re nauci* ab Atticis ſcriptoribus vſurpata, notauimus, addam Veſp. 144. *καπνὸς ἐγὼ ἐξέρχομαι*; et Eurip. Hipp. 954. *πολλῶν γραμμάτων τιμῶν καπνοὺς multarum litterarum colens fumos.* Hinc chorus Danaidum ap. Aeſch. de futura ſorte anxius, Suppl. 786. *μέλας γενοίμαν καπνός, niger fiam fumus. Spanh.* *σενολεσχεῖν* eſt ſubtiliter nugari, *λεπτῶς φιλοσοφεῖν, μικρολογεῖν*, vt in codd. nonnullis explicatur.

320. (Br. 321.) *γνωμ. γν. νύξας k).* Intelligi poteſt illis Stoicorum conſectariis: *ſi longus, leuis, ſi grauis, breuis.* Item: *εἰ καλήν, ἔξεις κοινήν, ἢν αἰσχράν, ἔξεις ποινήν·* reſpondet ſententiolis alter ſimilibus: *εἰ κ. οὐχ ἕξω ποινήν, ἢν αἰσχράν, οὐχ ἕξω κοινήν. Ern.* Probabilius diſputat *Wiland.* ad h. l. p. 57. ff. reſpici a poëta ad Socratis, cuius imago comica aliquam tamen habeat cum vera ſimilitudinem, ironiam, cuius vi et ope Socrates decretis (*γνώμαις*) aliorum temerariis dubitationes et quaeſtiunculas et ſententiolas (*γνωμίδια*), quibus ipſe non magnam vim tribuere videretur, oppoſuerit philoſophus quarumque callido acumine illa decreta veluti compunxerit (*νύξας*) et confutauerit: quamuis enim non ita frequenter vſum ironia eſſe Socratem docuerit Bartholomaeus in Itinere Anacharſidis, vt in Platt. dialogis vſus reperiatur, tamen ſaepius vſum ea videri, quam e Xen. Memm. colligi poſſit. Caeterum obſeruat Wil. Strepſiaden ruſticum plura hic dicere, quam ingenio eius conueniant, idque comoediae veteris licentiae eſſe tribuendum, excuſari autem inprimis eo, quod Strepſiades Nubium veluti afflatu quodam correptus fingatur, in quo artem Comici ſingularem animaduertit *l)*.

321. Hic verſus in vulgatis claudicat. Ms. L. poſt *ἰδεῖν* addit *αὐτός*, quod edidimus, et ſic verſum habet editio

---

i) Obſerues *καπνοῦ* prima producta, contra artem conſtantemque Comici vſum, a quo in anapaeſtis tantum recedit, in quibus maior ſcenicis poëtis conceſſa licentia. *Brunck.*

k) Multo minus graue eſt, quod in Elb. et Bau. legitur, *μίξας.*

l) *ἀντιλογῆσαι.* Idem dicit paullo aliter infra 1036.: *ἅπαντα ταῦτ' ἐναντίαις γνώμαισι ξυνταράξαι. Bergl.*

Bergleri. *Ern.* Immo omnes praeter Erneſtianam. *Herm.* Non enim Ern. ſatis conſulebat diligenter vett. edd.

322. Βλέπε κ. τ. λ. Locum hunc citat Steph. Byz. V. Πάρνης, vt probet, Πάρνης tam feminino, quam maſculino genere dici *m)*. *Kuſt.* τὴν Πάρνηθ' legendum: ſic diſtincte ſcriptum in IV. codd. Sic etiam excuſum tribus literarum formis in ed. Bern. Iuntae. Iam vide quid ſit in ed. Küſt.: neſcias τὸν ne an τὴν legere debeas; adeo ambigua eſt figla, ſeu compendii nota; nec mirum ſi fefellit Batauum typothetam [ed. Bergl.], qui Kuſterianam expreſſit. Ille enim dedit τόν. Veteribus tachygraphis, qui deſcribendis libris victum ſibi comparabant, condonandum eſt, quod foediſſimis illis notis, complures literas vno nexu comprehendentibus, vſi fuerint: multum enim eorum intererat, calamum cito currere foliaque plurima vno die exarari, tum chartae quam minimum dispendium fieri *n)*. At hodie typothetis nullum temporis compendium afferunt iſti nexus; lectoribus vero ſaepe negotium faceſſunt: elegantibus autem viris, etiamſi eorum perplexitas morae non ſit legentibus, non eſt tamen, vt non ſumme diſpliceant deformes illae et inuenuſtae notae, quas ſordida excogitauit barbaries. Adeo, vt mirer virum optimum, qui hodie in arte typogr. principatum tenet, *Franc. Amb. Didot*, nouas horum nexuum formas nuper in officinam ſuam intuliſſe *o)*, vnde, ſi quas habuiſſet, omnes eiicere debuiſſet. Veneri et Gratiis numquam litauit homo, quisquis ille ſit, qui ei auctor fuit, vt tam foedis formis pulcherrimos libros dehoneſtaret. *Brunck.*

323. ἥσυχα ταῦτας in meo cod., vt eſt etiam in primariis editt. *p)*, Gloſſa ἡσύχως. In membr. ἥσυχος αὐτάς.

---

m) In feminino dicit Steph. occurrere in hoc Ariſt. loco, quem etiam ibi citat, vt et Scholiaſtes ad h. l. Parnes, mons Atticae. Schol. ad Acharn. 347. *Bergl.* Hodie appellatur Caſha, verſus meridiem Atticae. *Francog. int.*

n) Vſitata tamen plurima ſcribendi compendia fuerunt, antequam recentiores codices exararentur, per Grammaticos et librarios antiquos inuecta.

o) Vidd. Iſocrates et Lyſias Augerii, qui ex eius officina prodierunt.

p) In ed. Ald. et codd. Elb. Bau. *Harl.*

In duobus aliis ἡσύχως αὐτάς. Peſſime in Kuſt. corruptis numeris ἥσυχ' αὐτάς q). *Brunck.* Ms. R. ἥσυχος, I. ἡσύχως male. At C. et ed. Ven. ἥσυχα ταύτης, ſc. Πάρνηθος, quod praeſert Duk. r) et ſic verſus bene conſtat. *Ern.* Cum Br. ἥσυχα ταύτας *Herm.* et *Sch.* dederunt. Quod Inu. e ſuis recepit ἡσύχως αὐτάς, et metro aduerſatur et gloſſema prodit.

325. [Vulgatum olim, ſigno interr. poſt χρῆμα poſito: Ὡς οὐ καθορῶ. Σωκρ. Παρὰ τὴν εἴσοδον s). Στρ. Ἤδη νῦν μόλις ὁρῶ. Quod ita vertitur: Quid hoc rei? Quod eas non video. Iam demum vix eas video.] Metrum manifeſte claudicat: cui vitio egregie medetur Ms. Vatic. U. qui ſic habet: — ἤδη νῦν καὶ μόλις ἀθρῶ. Textui lectionem hanc reſtituiſſem t), niſi collatio illius Ms. paulo ſerius ad me miſſa fuiſſet. *Kuſt.* At ἀθρῶ cum compoſitis et ſimilia vix vnquam producuntur apud Comicos. Vtcumque ſit, adhuc ſyllaba deſideratur ad verſum complendum, et legendum: ἤδη νυνί. Ego ſic ex ingenio reſtitueram: Ὡς οὐ καθορῶ. Παρὰ τὴν εἴσοδον. Ἤδη νυνὶ μόλις ἑώρων. Ἑώρων, διασυλλάβως, vt ſaepe. Sic in Auu. Ἑώρακα πάντων βαρβαρώτατον θεῶν v). Mihi quidem haec verior videtur lectio,

---

q) Ita iam ed. Iunt. et ſeqq. Harl.

r) In not. eius ad calcem ed. Bergl. nihil legitur.

s) εἴσοδον. Similis locus in comoedia Comici noſtri, quam inſcripſerat Νῆσοι, Inſulae: τί σὺ λέγεις; εἰσὶ δὲ ποῦ; αἰβὶ κατ' αὐτήν, ἣν βλέπεις, τὴν εἴσοδον. Hunc locum citat Schol. ad Au. 297. vbi etiam docet εἴσοδον dici, ᾗ ὁ χορὸς εἴσεισιν ἐν τῇ σκηνῇ *locum in ſcena*, ſ. *in theatro, qua ch rus intrat. Bergl.*

t) Reſtituerunt *Bergl.* (non monito lectore), *Herm. Sch. Harl.*

v) Vides quam imperite Vir Cl. verba tam diſſimilia confuderit. ἑώρων perpetuo triſyllabum eſt. Sed neque, ſi ipſum tempus ſpectes, recte ſe habet. Nihil vtique aliud valet, quam quod Latinorum *vidi*. Poſtulat vero loci indoles verbum praeſens-imperfectum, *video*. Pedem integrum, qui vulgatae in fine verſus deeſt, ex ſequente ſat commode ſuppleueris: — ἤδη νῦν μόλις ὁρῶ αὐτάς. Verius quidem ita emendatus non eſt inter maxime numeroſos. Sed eſt tamen legitimus. Quin et ipſi huic quicquid eſt incommodi mutato verborum ordine ſubueniri poterit: ἤδη νῦν ὁρῶ μόλις αὐτάς. Kuſteri medicina ex ſimplici morbo duplicem effecit. In recepta ſcriptura metrum vnice laborat; in hac et metrum et oratio: metrum, quod

quam illa Vaticana, quam a correctore quodam profectam non dubito. *Bentl.* Caninius ſtellam praefixit huic verſui, vt vitioſo. Nam metrum non conſtat. Dukerus [in not. inedd.] bene coniiciebat, poſt ἤδη, καὶ vel γὰρ excidiſſe; ſed καὶ plane habent MSſ. Vat. et Reg. Sed iidem pro ὁρῶ etiam ἀθρῶ, quod praefero cum Bergl. qui recepit. Nam quod Bentl. ait, Comicis ἀθρεῖν non eſſe vſitatum, fallitur. Occurrit ap. noſtrum in hac fab. 729. *Ern.* ἤδη νῦν καὶ μόλις ἀθρῶ etiam ſcriptum eſt in membr. Quod in tribus aliis eſt, ὁρῶ, e gloſſa irrepſit. At nec ἀθρῶ ſcripſerat Comicus, quod nullubi apud eum prima producta occurrit. Hic, vt multis aliis in locis, peccauit librarius praepoſitionem verbi compoſiti omittendo. V. not. ad Lys. 408. et ſimilem mendam ſublatam in Thesm. 638., vbi ἀθρῆσαι pro διαθρῆσαι male legebatur. Sed et metrum prorſus luxatum erat, transpoſitis aliis vocibus, aliis perperam ſcriptis, quibus omnibus, vt par erat, medentes, et numeros et veram poëtae manum reſtituimus:

ὡς οὐ καθορῶ. — Παρὰ τὴν ἔσοδον. — Διαθρῶ νυνὶ μόλις ἤδη x).

ἀθρῶ priorem in ſermone comico nèceſſario corripiat; oratio, quod verbum iſtud de ſimplici *viſu* numquam adhibeatur, ſed *intueri, conſiderare, examinare*, vel ſimile denotet. Immo tertium eſt, quod in egregia iſta lectione merito improbaueris, quod voculam καὶ ſimiliter otioſam non ſit reperire. Lectio haec, vti et pleraeque aliae in Ms. Vat. U. a vulgatis discedentes, a correctore eoque perquam imperito profecta eſt. *Dawes.* M. Crit. p. 315. ſſ. Non audiendi Bentleius et Daweſius, quorum Bentleius, ſummus alioqui criticus, nullius auctoritatis eſt in Ariſtophane, ad quem minime imbutus Attici ſermonis cognitione acceſſit. *Herm.*

x) Eleganter ſane, ſi ita ſcripſiſſet Ariſtophanes. Sed quid tandem eſt, quare Vatic. et Regii MS. lectionem ἤ. νῦν κ. μ. ἀθρῶ repudiemus? Nimirum ἀθρῶ nusquam ab Ariſt. prima producta occurrere dicit Br. In quo miror eius inconſtantiam. Nam ipſe ſe refutauit ad v. 319. (de voc. καπνοῦ prima producta). Eodem modo v. 1472. emendat, ne voc. πατρῶον prima longa ſit. Neque aliter χυτροῦν prima longa 1478. *Herm.* Trendelenburg. ἀθρῶ defendit auctoritate Hom. Il. γ, 450. vbi prima ſyllaba producitur, et νυνὶ reperit in cod. Elb. *Harl.* In cod. (quinto Reg.) ſcriptum: παρὰ τὴν εἴσοδον. — ἤδη νυνὶ μόλις ἐρῶ. *Brunck.* in Suppl. Disputat de h. l. etiam *Porſon.* praef. ad Eurip. T. I. p. LIX. ſſ. ed. Lips. ſec. et reiectis aliis coniecturis cenſet, ſententiam totam eſſe Socrati tribuendam et locum ſic legendum: Σω. Νυνὶ μάλ' ἀθρῶν βλέπε πρὸς τὴν

A librario infertum καὶ ineptum eſt, nec vllo modo hic ſtare poterit. Emendationem huius verſus tentauere Bentl. et Daweſius, vterque infeliciter. *Brunck.* [qui ſuam emendationem textis intulit.] Omnes iſtae emendationes propterea reiiciendae aeque ac vulgata lectio, quod, ſi nubes iam vtcumque videt Strepſiades, locus non eſt ſequenti Socratis orationi, ſubirati tamquam ei, qui ante illas non conſpexerit: νῦν γέ τοι etc. ad quae ſenex, vt qui nunc demum agnoſcat nebulas, reſpondet: νὴ Δί' ἔγωγε. Quantivis igitur pretii Rau. libri lectio: ἤδη νῦν ὡς μόλις αὐτάς..... vt a Socrate non inuitus interpelletur ſenex, additurus hoc vel quiddam ſimile, καθορῶ, dum neſcio quid nequius intelligit. cf. Lys. 333. ff. Nihil ſane aptius vel in adſpectu nubium defixo lentiusque adeo loquenti ſeni laſciuo vel impatienti Socrati. Quam apoſiopeſin quum non caperent librarii, ſtolide addidere ὁρῶ vel ἀθρῶ, qui verſificatoris foetus eſt exiſtimandus. *Hotib.* Lect. Ariſt. p. 40. Amiciſſ. *Hermannus* de h. l. ita nuper ad me ſcripſit: „Hunc verſum ad quem nihil adnotauit Scholiaſtes, ex interpretationibus natum puto. Ad φέρε ποῦ (323.) adſcripſerat aliquis: ὡς οὐ καθορῶν ſcil. φησὶ ταῦτα. Ad αὗται πλάγιαι, παρὰ τὴν εἴσοδον; ad τί τὸ χρῆμα, ἤδη νῦν ὡς μόλις ὁρῶν vel ἀθρῶν." Quae ſane ingenioſa eſt coniectura.

326. λημᾶς κολοκύνταις. Sic etiam legit Schol. vetus et Thomas M. V. Κολοκύντη [p. 541.] *y*). At MS. Arund.

εἴσοδον ἤδη. Νῦν γέ τοι ἤδη καθορᾷς αὐτάς. „βλέπε, inquit, addidi e v. 322. Iocus eſt Comicis antiquis ſolennis, vt actorem perſonae quam agit obliuiſci faciant et de theatro aut ſpectatoribus, quaſi imprudentem, loqui. Εἴσοδος autem eſt ea theatri pars, qua chorus intrat ſcenam. Ergo Socrates, Strepſiado querente ſe Nubes non videre, reſpondet: *Nunc tandem quam maxime oculos contende et ad theatri introitum ſpecta: nunc enim tandem eas vides.* Μάλ' ἀθρεῖν dicitur, vt μάλ' ἀπαυδᾶν et μάλα δάκνειν Ran. 372. 888. denique πρὸς τ. εἶς. accurate reſpondet verbis praecedd. πρὸς τὴν Παρν. E duobus optimae notae Mſſ. a me collatis πρὸς adoptaui pro παρά, quam varietatem e nullo codice adhuc enotatam eſſe profecto mirum." Sed nec haec emendatio ob frigidam repetitionem τοῦ ἤδη aliasque cauſas valde placebit.

y) Ad q. l. de vtraque ſcriptura, κολοκύντη et κολόκυνθα (quam repudiant Tho. et Phryn.) diſputant Intpp. Add. Hemſt. ad Luc. I. p. 95. (etiam ab Harl. laud.) *Wiland.* reddit: ſo

pro κολοκύνταις habet κολοκύντας: quarum lectionum neutra a genio Atticismi abhorret. *Kuſt.* κολοκύντας et ipſum rectum. Sed vulgatum firmat Appendix Vat. Cent. I. n. 36. *Ern.*

327. Venerabundus haec dicit Str. quum Nubes iam propius acceſſerint et omnem ſcenae locum occupauerint.

328. (329.) οὐκ ἤδης *z*). Sic perſpicue cod. meus, optime [pro vulg. ἤδεις], e puriori Atticismo. v. not. ad Conc. 551. vbi ἤδησθα pro vulg. ἤδεισθα repoſui. Atticam illam formam adſtruxerunt Valken. ad Il. XXII, 280. [ad calcem Vrſini lib. Virgil. cum gr. ſcr. coll.] et ad Eurip. Hipp. p. 207. Pierſon. ad Moer. p. 173. Koen. ad Greg. Cor. p. 50. *a*). Ilis, aliisque multis, auctoribus in Soph. Electr. 1018. lego: ἤδη σ' *b*) ἀποξέψασαν ἀπηγγελλόμην, vbi vulgo legitur ἤδειν. Si catus ille Profeſſor [Vauuillierſius], qui tam bene nouit, *quantum inter dicta et probata interſit* (v. not. ad Ran. 1405.), ſolos quos modo laudaui Criticos adire velit, forte intelliget, tam probatum eſſe quum vett. Grammaticorum teſtimoniis tum codicum ſcriptura, qui formam hanc, librariorum libidine ſaepiſſime obliteratam, multis tamen in locis repraeſentant, ſic Atticos ſolitos fuiſſe loqui, quam quid in hac diſciplina probari poſſit. Sed quum bibliopolis, qui eius conduxerant operam, raptim et ſine vlla cura notas ſuas ſcriberet, Heathii lectiones ob oculos habebat, qui ſolo laudato Daweſio, cum quadam dubitatione ἤδη propoſuit pro ἤδειν. Ideo arbitratus eſt, ſe doctiorem ſagacioremque Daweſio viſum iri, ſi illius emendationi nobile iſtud opponeret apophthegma: *inter dicta et probata multum intereſt.* Saltem vetus iſtud Homeri dictum exemplo aliquo, ſi opus eſſet, probari poſſet: τόνδ' οὔτ' ἄρ σκαπτῆρα θεοὶ θέσαν, οὔτ'

---

muſst du Klunkern im Auge haben, wie Kürbiſſe. Similiter fere Schütz.

z) Receperunt etiam *Sch. Inu. Herm.*

a) Cf. Fiſcher. Anim. ad Well. II. p. 372. et Matthiae gr. Gramm. p. 215. qui etiam Valken. in anim. crit. ad N. T. p. 599. laudauit.

b) Ita ibi edidit Erfurdt. apud quem eſt v. 1013.

ἀροτῆρα, Οὔτ' ἄλλως τι σοφὸν· πάσης δ' ἡμάρτανε τέχνης. *Brunck.*

329. σκιάν. L. Ia. καπνόν, quod ſententia eſſet aptius nubibus, ſi metrum pateretur. *Ern.* Immo metrum hanc lectionem efflagitat, quae eſt etiam in Br. duobus codd. Regg., qui id ineptae coniecturae Daweſii c) praetulit. *Herm.* καὶ καπνὸν εἶναι optime Regius B, ſine vllo alius lectionis veſtigio. Lectio σκιὰν ſine minima vllius editoris offenſio ne per omnes edd. propagata fuit. Vitioſam eam eſſe primus monuit Daweſius, recte obſeruans, vocem σκιάν, cuius vltima fieri non poteſt, quin producatur, metri legem reſpuere. At in eo fallitur, quod reſcribendum eſſe pronuntiat: — αὐτὰς ἡγούμην d) δάσκιον εἶναι. Poëticum epitheton δάσκιος nemoribus tribuitur nemoroſisque montibus, ſicque illud adhibet Noſter in chorico cantico Thesm. 997. μελάμφυλλά τ' ὄρη δάσκια. Sed ſubſtantiuo δρόσος minime conuenit; *et ros vmbroſus* res eſt paene ridicula. *Brunck.* καὶ καπνὸν εἶναι liquido cod. (quintus), vt ex alio Reg. B. edidi. Nec ad voc. καπνὸν gloſſa vlla eſt adpoſita nec vllum diuerſae lectionis indicium: quo magis miror, vndenam oriri potuerit illa ceterorum codd. σκιάν e). *Idem* in Suppl.

330. Codicis (quinti) ſcriptura eſt: οὐ γὰρ μὰ Δί' ἀλλ' ἴσθ' ὅτι — gloſſa γίνωσκε. Praeſtat vulgata lectio. *Brunck.* in Suppl. Mihi aliter videtur. Nam non ſolum doctior longe haec lectio eſt, quam vulgata [οὐ γάρ, μὰ Δί', οἶσθ' ὅτιὴ πλ. quae inde orta eſt, quod, quum ἀλλὰ

---

c) Vocem σκιὰν poſteriore correpta perperam hic haberi monſtrabunt haec exempla: Eurip. Herc. 494. Soph. El. 1165. Aeſch. p. 206. l. 5. Reſcribendum vero pronunciare auſim ἡγούμην δάσκιον εἶναι *nebulam et rorem opacum.* Sic δάσκια ὄρη Ariſt. Thesm. 1006. Eurip. Bacch. 218.: δασκίου γενειάδος Soph. Trach. 13. *Dawes.* M. Crit. p. 218. Hemſterhuſius quidem ad Plut. 547. negat, vltimam ſyllabam v. σκιὰν produci, ſed contrarium docent Daw. et Br. *Harl.* Brunkium recte ſequuti ſunt *Herm.* et *Sch.*

d) Ap. Br. in not. perperam legebatur ἡγοῦμεν, quod ipſe in Suppl. correxit.

e) Ex interpretamento antiquo. Nam poetam ipſum ab initio poſuiſſe hoc voc. non eſt credibile.

excidiſſet, metri cauſa οἶσθ' ὅτιη ſcribendum erat: ſed maior etiam in ea vis atque elegantia ineſt. Quantumuis enim imperiti Strepſiadae contemtum voce et geſtu Socrates exprimat, quum haec dicit: οὐ γάρ, μὰ Δί', οἶσθ' ὅτιη — hoc ſolum tamen ſignificat, Strepſiadem, hominem ruſticum ea ignorare, quae ſapientibus ſcilicet nota ſint. Atqui, quod deinde addit, non eſt eiusmodi, vt id ſciant doctiores, ſed plane inauditum eſt. Quod ſi dicit, οὐ γάρ, μὰ Δί' ἀλλ' ἴσθ' ὅτι, praeter miſerationem imperiti ruſtici et graue ſupercilium doctoris etiam rem omnem tamquam placitum ſibi vni proprium profert, ſimulque ſpectatorum animos excitat ad percipiendam rem prorſus nouam. Idque hoc aptius facit, quod ea, quae dicit, ad irridendos alios comparata ſunt. *Herm.* Quos hic Sophiſtas *f)* intelligat, ipſe dicit in ſeqq., nempe: vates, medicos, et dithyrambicos poëtas; hos dicit ali a Nubibus, quod eorum artes circa Nubes occupatae ſint, per quas artes facile cibum inueniant. *Bergl.*

331. Θουριομάντεις *g)*. Hac voce notat praecipue Lamponem vatem, quem Athenienſes cum aliis quibusdam praefecerant coloniae Sybarin, quae poſtea *Thurium* dicta eſt, deducendae, vt teſtatur Diod. Sic. l. XII. [c. 10. vbi vid. Weſſ. T. I. p. 484.] et Schol. Comici ad h. l. et ad Au. 521., vbi etiam addit, quod praecipue ad hanc rem facit, eum videlicet de publico in prytaneo cibum habuiſſe: ἔτυχε δὲ, inquit, καὶ τῆς ἐν πρυτανείῳ σιτήσεως· quod nonniſi illuſtribus viris, et de rep. praeclare meritis alias contingebat; et tamen vt ille, ita Hierocles quoque hunc honorem conſequutus eſt, qui et ipſe vates erat, quamuis non magni pretii; adeo vt Comicus eum etiam auſus fuerit traducere in *Pace*, vbi inter alia, quibus falſe ridetur, ad eum Trygaeus dicit v. 1085. οὔποτε δειπνήσεις τοῦ λοιποῦ γ' ἐν Πρυτανείῳ· vbi v. Not. Vult igitur Lamponem et ſimiles homines perſtringere, tamquam indignos illo honore. Quomodo autem vatum ſ. haruſpicum ars circa Nubes verſetur, id ſatis planum eſt; ſolent enim

---

f) De voc. σοφιστὴς v. Mori not. ad Iſocr. paneg. c. 1. p. 4. *Harl.*

g) Proprie ſunt *vates Thurini*, inde omnino inepti vates, Lamponi ſimiles. *Reiskius* coniecit θριομάντεις, *qui a vento vaticinantur.*

coelum contemplari et ex volatu auium auſpicia capere. *Bergl.*

ἰατροτέχνας. Medicos videtur intelligere eos, qui vel publice conducerentur, vt Democedes ante haec tempora conductus fuerat ab Athenn., teſte Herodoto in Thalia [III, 131.]: vel, qui in prytaneo etiam alerentur, vt Hippocrates, et eius poſteri. Soranus in vita Hippocratis: *καὶ παρ' Ἀθηναίοις (ἔτυχε τιμῶν), οἵτινες καὶ δεύτερον αὐτὸν ἀφ' Ἡρακλέους δημοσίᾳ τοῖς Ἐλευσινίοις ἐμύησαν καὶ πολίτην ἔγραψαν καὶ τὴν ἐν Πρυτανείῳ σίτησιν ἔδοσαν εἰς ἐκγόνους.* Pertinet autem ad medicos etiam meteorologia. Hippocrates in Lib. de Aëre, Aquis et Locis [c. 1. §. 8. T. I. p. 8. ed. Coray.] ſcribit: *οὐκ ἐλάχιστον μέρος ξυμβάλλεται ἀστρονομίη ἐς ἰητρικήν.* *Bergl.*

σφραγιδονυχαργοκομήτας h). Vocem hanc Etym. M. ſic explicat: *ὁ ἄσωτος, παρὰ Ἀριστοφάνει· ἀπὸ τοῦ σφραγὶς καὶ ὄνυξ καὶ ἀργὸς καὶ κόμη, οἱονεὶ ὃς φέρει τοὺς δακτυλίους μέχρι τῶν ὀνύχων καὶ ὃς ἄεργός ἐστι καὶ κομᾷται.* *Kuſt.* et *Br.*

332. *κυκλίων τε χορῶν i).* Schol. recte de choris Dithyrambicorum locum hunc interpretatur. Illorum enim chori dicebantur *κύκλιοι*, vti ipſi poëtae dithyrambici *κυκλιοδιδάσκαλοι.* v. Au. 1403. et ibi Schol. *Kuſt.* Quod notat Scholiaſtes de Philoxeno aliisque id genus dithyrambicis poëtis, dictum firmat Plutarchus de Mus. p. 1142. [c. 30. T. V. p. 669. ed. Wyttenb.] *καὶ Ἀριστοφάνης μνημονεύει Φιλοξένου καὶ φησιν, ὅτι εἰς τοὺς κυκλίους χοροὺς μέλη εἰσηνέγκατο.* Idem alibi de X. Orr. in Lycurgo p. 842. [c. 7. p. 378. T. IV. P. I. Wytt.] vbi ab illo rhetore inter

---

h) Hinc corrigendus eſt locus in Photii Lex. p. 413. vbi ita editum: *σφραγιδόνυχα, ἀργοκομήτα* (etiam R. et Ib. ap. *Ern.* *σφραγιδονυχαργοκομήτας*) *καὶ ἐν τοῖς δακτυλίοις σφραγῖδα ἔχοντες λίθου ὄνυχος.*

i) Cf. Bentlei. diſſ. ad Phalar. de origine tragoediae ex verſione lat. Lennepii p. 169. ff. *Harl.* Dithyrambici poëtae docebant choros ad ludos ſolennes, et a chorago mercedem accipiebant: Scholiaſtes dicit etiam quosdam eorum in prytaneo cibum habuiſſe ad v. 338., iſtos etiam a Nubibus ali dicit Comicus, quia eorum ars, qua victum quaerunt, circa Nubes verſatur, vt qui aſſidue de meteoris canere ſoleant, in Aun. 1387. *κρίματα* etc. Et in Pac. 830. dicit animas dithyrambodidaſcalorum in aëre volitare. *Bergl.*

alia ſtatutum tradit: ἔτι δὲ ὡς τοῦ Ποσειδῶνος ἀγῶνα ποιεῖν ἐν Πειραιεῖ, κυκλίων χορῶν οὐκ ἔλαττον τριῶν. Qualem non κύκλιον, ſed, vt apud eum legitur, κυκλικὸν χορὸν in minoribus Panathenaeis agendum refert Lyſias Or. XX. p. 342. [in Απολ. Δωροδ. T. II. p. 34. ed. Auger.] de illo vero Philoxeno διθυραμβοποιῷ ac ſummo inſuper helluone videri poſſunt Machaonis verſus ap. Athen. VIII. p. 341. Vt mittam, quod, praeter Aues, iidem dithyrambici poëtae ab hoc Comico ſugillentur inſuper in Pac. 829. ψυχὰς δύ' ἢ τρεῖς διθυραμβοδιδασκάλων. *Spanh.*

ᾄσματοκάμπτας. Cf. Nos ad v. 966. Caeterum toto hoc loco poëta noſter de induſtria vtitur vocibus ſesquipedalibus et inſolentius compoſitis, vt rideat dithyrambicos poëtas, qui talibus vocabb. frequenter vti ſolebant. *Kuſt.* Infra 967. ἢ κάμψειέ τινα καμπήν, οἵας οἱ κατὰ Φρύνιν τὰς δυσκολοκάμπτους. *Bergl.* In Brunk. et aliis edd. male poſita eſt maior interpunctio poſt μετεωροφένακας, quo oratio inconcinna redditur. Vtrumque βόσκουσιν e part. ὅτι pendet. Bimembris enim oratio eſt: ἴσθ' ὅτι βόσκουσι σοφιστὰς κ. τ. λ. καὶ ὅτι βόσκουσι κυκλ. χορ. ἀ. Ac repetiit verbum, quo maiorem ſententiae vim adderet. *Herm.* (qui omnem interpunct. ſuſtulit, ſed Sch. poſuit comma poſt μετεωροφ.)

333. τ. μουσ. Dithyrambici poëtae nubium mentionem faciebant. v. Ariſt. Pac. 1403. et ibi Schol. *Ern.* μουσοποιοῦσι codd. Elb. Bau. et ed. Brunk. ν, quod olim additum erat, reſtituit *Herm.* vid. 316.

334. ταῦτ' ἄρ' ἐποίουν *k*). Hic iam exempla aſſert ex dithyrambicis poëtis, vt doceat illos meteora canere; de Nubibus volantibus, de fulminibus, de procellis, de auibus in aëre natantibus, de imbre: et vtitur dorica dialecto, illorum more. *Bergl.* Totum h. l. ſic verte:

Propterea igitur verſibus ſuis crepabant humidarum Nubium ſolisque ſplendori officientium celerem impetum,
Cirrosque centicipitis Typhonis furentesque procellas:

---

k) ἐποίουν *verſibus cantabant, celebrabant.* Sic et profaici verbo vtuntur, vt Iſocr. Euag. Lys. Or. II. p. 27. vbi vid. Taylor. *Ern.*

Item aërias, vdas, aduncas volucres, et in aëre natantes,
Imbresque pluuios rorantium nubium. Deinde pro his (verſibus) *deglutiebant*
Ceſtrearum magnarum et bonarum fruſta carnesque turdorum.

Imitatur nimirum poëta h. l. tumidum et inſolentem ſtilum poëtarum dithyrambicorum, vt eos ludibrio et riſui populi exponat. *Kuſt.*

σρεπταιγλᾶν nunc editur *l)*. At ſcribendum erat σρεπταίγλαν *m)*, cum accentu in penultima ſyllaba. Sed quid demum eſt illud σρεπταίγλαν? Explicant ſcilicet τὴν σρέφουσαν αἴγλην καὶ ἀφανίζουσαν *auertentem ſolis radios.* Quod tamen analogia ipſa non patitur, ſiquidem σρεπτὸς paſſiue ſignificat, non actiue: et deinde ipſa ἔννοια eſt humilis et puerilis. Verterim potius σρεπταίγλαν *tortum fulgur emittentem:* nam ad fulgur nubium, non ſolis lumen hic reſpici veriſimile eſt. Tamen, vtcumque hoc ſatis concinnum eſt, auguratur animus, poëtam ſcripſiſſe σραπταίγλαν. σράπτειν ſcilicet eſt ἀσράπτειν, vt σεροπή, ἀσεροπή· σπάραγος, ἀσπάραγος· σραπή, ἀσραπή, ſi fides Etymologo *n)*. *Bentl.* Recte Bentl. σρεπταίγλαν intelligit emittentem tortum fulgur; ſed quare hoc verbum ad ὁρμᾶν trahi velit, in quo ei Brunkius obſequutus eſt [atque Inu.], equidem neſcio. Ita quidem etiam cod. Elb. Immo σρεπταιγλᾶν, quod etiam in Schol. memoratur, et nubibus egregie conuenit, et ad poſituram verborum elegantius eſt,

---

l) apud Kuſt., item Harl. Herm. Sch. De prosodia voc. ὑγρᾶν haec notauit Porſon. praef. ad Eurip. I. p. LXIII. „Licentiam, qua ob mutam et liquidam producitur ſyllaba, rariſſime admittunt (Comici), idque partim ex neceſſitate, partim quum alios poëtas vel citant vel imitantur. Quum igitur primam ſyllabam in ὑγρᾶν producit Ariſt., dithyrambos ridet; quum Homeri verba vſurpat, Homerico metro vtitur, Nub. 400. ζοΐνιον ἄκρον Ἀ. Nec dubito, quin Nub. 519. Tragicorum aliquem, Euripidem, opinor, ob oculos habuerit.“

m) σρεπταίγλαν Ms. C. Suid. et Schol., pro quo Bentl. malebat σραπταίγλαν· alterutrum rectum. Sed nil refert ſcire, quid verum ſit, quum ſit verbum ineptum dithyrambicum, quod poëta ridet. *Ern.*

n) Vtramque σρεπταίγλαν et σραπταίγλαν in nota Bentl. confudit Harl., niſi quaedam in eius nota exciderant.

et magis poëticum. Etenim ſuus quemque ſenſus doceat neceſſe eſt, quid interſit inter hunc ordinem epithetorum, ὑγρᾶν νεφ. στρεπταιγλᾶν, et inter illum στρεπταίγλαν δ. ὄ. quorum alter poëtarum, alter oratorum proprius eſt. *Herm.*

335. Cod. (quintus a Br. adhibitus) ἑκατονταπεφύλα. Sic etiam in meo et in B. perperam *o*). *Brunck.* Τυφὼς eſt ventus vehemens, qui in vorticem, contortus intra denſam nubem luctatur; qui ſi ibi accendatur, fit πρηστήρ, et aërem igne inficit, vt docet Ariſtoteles III. Meteor. cap. I. Veteres, qui res naturales fabulis inuoluere ſolebant, vnum ex gigantibus, qui diis bellum intulerint, faciunt hoc nomine. Aeſch. Prom. 352. δεῖον τέρας ἑκατοντακάρηνον Τυφῶνα θοῦρον, πᾶσιν ὃς ἀντέστη θεοῖς — ἐξ ὀμμάτων δ' ἠστραπτε γοργωπὸν σέλας. *Bergl.* Add. Tho. M. p. 861. ibique intpp. Iablonskii Panth. Aeg. V, 2. et Heyn. ad Apollod. I, 6, 3. [p. 32. ſ. T. II. ed. ſec.] *Harl.*

336. Locus hic obſcurus eſt, quoniam non apparet, quo duo illa adiectiua feminina [ex vulg. lect.] ἀερίας et διερὰς referenda ſint *p*). Sed non multum nobis laborandum puto de ἀκολουθίᾳ et ſenſu totius loci huius, quippe quem poeta ex vocibus et phraſibus dithyrambicis, hinc inde ſumtis, contexuit, vt indicaret, canora et tumida Dithyrambicorum carmina ſaepe ſenſu et connexione carere. *Kuſt.* Duobus prioribus adiectiuis femininis Νεφέλας, ac tertio maſculino *Aues*, quas hae *Nubes* referre viderentur, deſignari cenſendum eſt. De Νεφέλαις vtique haec dicuntur ac de *Auibus* ſimul, quarum poſteriorum vox graeca quum vulgo eſſet maſculini generis, inde Nubes ἀερίας, διερὰς, ac dein γαμψοὺς οἰωνοὺς hic vocant. Mitto quod *volucres* caeteroquin apud Romanos, a duplici ſexu, vtriusque generis, vt vulgo notum, fuerint. Ἐλελιζομένη διεροῖς μέλεσι *lugens humidis cantibus*, ob fuſas nempe lacrymas, dixit alibi Comicus, Auu. 216. ac de ſanguine

---

o) Ita etiam Ms. L. et ed. Baſil. *Ern.* Typothetae errore ita in ed. Herm. legitur.

p) Haec non poſſunt referri ad οἰωνοὺς nec ad θυέλλας. Itaque ἀερίας ſubſtantiue capio pro ὁμίχλας. Sic placebat etiam Duckero [in not. inedd.] Sed ita poſt γαμψοὺς inſerendum τ', vt volebat Bentleius. *Ern.* Lego γαμψούς τ' οἰων. ne cum Schol. et Suida *nubes* putide vocemus γαμψοὺς et οἰωνούς. *Bentl.*

humi fuſo Aeſch. Eumen. 263. τὸ διερὸν πέδῳ κεχυμένον. Hic vero ἀέριαι, διερραί, ad *liquidum* aërem, volucrium inſtar, id genus Nubium domicilium, adludunt. Lucretius IV, 209. *Siue ego per liquidum volucris vehar aëra pennis. Spanh.* In membr. ἀερίους, διερᾶς. Rectius C. vtrumque adiectiuum in maſculino exhibet [ἀερίους, διερούς]: referuntur enim ad οἰωνούς. *Brunck.* Recte is ita edidit. διεροὶ οἰωνοὶ ſunt *liquidi, mobiles.* Ita Auu. 212. et Hom. Odyſſ. IX, 43. διερῷ ποδί. *Herm.* qui cum Schütz. ſequutus eſt Brunkium.

337. κατέπινον. Lucianus in Aſino [c. 28. T. II. p. 597. Reiz.] μάζας ὅλας ποιοῦσα κατέπινεν. Plato in Euthyphr. [c. 6. vbi v. Fiſch. not. 9.] καὶ τοῦτον (τὸν Δία) ὁμολογοῦσι τὸν αὑτοῦ πατέρα δῆσαι, ὅτι τοὺς υἱεῖς κατέπινεν οὐκ ἐν δίκῃ. Lucianus de eadem re in Saturn. [c. 5. T. III. p. 388. R.] ἐκείνη δὲ (ἡ Ῥέα) ὑφελομένη τὸν Δία, λίθον ὑποβαλλομένη ἀντὶ τοῦ βρέφους ἔδωκέ σοι καταπιεῖν (dedit tibi deglutiendum). Alciphron Epp. I, 22. πρὸς τὰς καταπόσεις (τοῦ πλακοῦντος) εὐτρεπιζόμενος *ad abſorbendam placentam meipſum parans*; vbi videri poſſunt quae annotaui [p. 122. ed. Wagn.]. *Bergl. Abſorpſerunt*, de iis audacter dictum, quae comeduntur. *Harl.*

338. Μεγαλῶν ἀγαθῶν Ms. L. Porro ὀρνίθια Ib. vt volebat Duk. Sed ita verſus non conſtituitur. Itaque Bentleius *q)* vult legi κρέα τ' ὀρνιθήϊα κιχλᾶν, ſublato γε, quod hic friget; Kuſterus *r)* autem κρέατ' ὀ. τε κ. Nam in κρέα vltimam eſſe longam ex contractione. Sane τα poteſt per apocopen ablatum eſſe, ſed tamen lenis eſt correctio. Optimum eſt ſequi teſtimonia Grammaticorum vett., qui hic legi dicunt κιχήλας, Dorum more, vt Athen. II. p. 64. et Euſtath. ad Hom. Od. X. p. 1934. Koenius [ad Greg. Cor. p. 102, 66.] produxit locum Etym. Ms. in bibl. Leid., in quo verſus hic ſic eſt: κρέα τ' ὀρνίθεια κιχηλᾶν, et addit

---

q) Coniectura ſimpliciter propoſita, neque cauſis additis.

r) Scribere [pro vulg. κρέα τ' ἐρνίθειά γε κ.] praeſtat: κρέατ' ἐρνίθειά τε κιχλᾶν. Nam ſi κρέα contracte dicatur pro κρέατα, vltima eius voc. ſyllaba erit longa, quam tamen hic oportet eſſe breuem. Caeterum citat locum hunc Thomas M. V. τέμαχος [p. 840. Bern.] et Suid. V. κεφᾶν τεμάχη. *Kuſt.*

Δωρικῶς, ἀντὶ τοῦ κιχηλῶν, ἤγουν κιχλῶν s). *Ern.* In primariis edd. erat: κρέα τ' ὀρνίθια κιχλᾶν. Emendauit nescio quis κρέα τ' ὀρνίθειά γε κιχλᾶν. Ineptissime insertum istud γε in nullo cod. comparet t). In membr. est, vt edidimus κρεάτ' ὀρνίθεια κιχηλᾶν, quae vera est et genuina lectio. In C κεστρῶν τεμάχη μεγάλων, ἀγαθῶν, κρέατ' ὀρνίθεια κιχηλᾶν: male neglecto Dorismo, quem de industria affectauit Comicus ad Dithyrambicorum imitationem derisionemque v). Sincera lectio ex Eustath. reponi poterat, cuius haec est obseruatio p. 1934, 15. ὅτι δὲ τὰς κίχλας κιχήλας τρισυλλάβως ἔλεγον οἱ Δωριεῖς, καὶ ὡς ἐκ τῆς αὐτῶν φωνῆς κιχλίζειν καὶ κιχλισμὸς ἐπὶ γυναικείου γέλωτος, οὐκ ἄδηλόν ἐστι· χρῆσις δὲ κιχηλῶν οὐ μόνον παρὰ τῷ Κωμικῷ, ἀλλὰ καὶ παρ' Ἐπιχάρμῳ, ἐν τῷ· τάς τ' ἐλαιοφιλοφάγους κιχήλας, ὃ κεῖται παρὰ τῷ Δειπνοσοφιστῇ. Scilicet [Athen.] p. 64. F.]: Συρακούσιοι δὲ τὰς κίχλας κιχήλας λέγουσιν. Ἐπίχαρμος· τάς τ' ἐλαιοφυλλοφάγους κιχήλας, μέμνηται τούτων καὶ Ἀριστοφάνης ἐν Νεφέλαις. Cf. Koen. ad Cor. p. 102. κρέατ' autem legendum pro κρέατα, sine copula; non κρέα τ' pro κρέα τε. Hoc enim praeterquam quod languidius est, in metrum peccat. κρέα contractum ex κρέαα vltimam producit, vt γέρα contractum ex γέραα. V. quae notaui ad Eurip. Bacch. 921. In vulg. recentt. editt. lectione, praeter ineptum γε, hoc etiam incommodum est, quod κιχλᾶν primam producat contra artem et Comici vsum. *Brunck.* Κρέατ' ὀρνίθεια quotquot librorum auctoritate firmatur, nondum adducor, vt ab Arist. profectum arbitrer. Non enim satis apte copula hic abesse potest. Ac miror de prosodia v. κρέα

---

s) Add. Etym. p. 516, 12. et Zonar. Lex. II. p. 1209. vbi etiam hic locus (editori ignotus) laudatur, sed perperam ὀρνίθασι scribitur. De voc. τίμαχος v. ad Plut. 895. Κέστραι, etiam κεστρέαι et serius κεστρεῖς dictae, piscium genus, quod fere mugiles reddunt, Atticis dicebantur, quae caeteris Gr. σφυραίνας (Esox Sphyraena Linn. Francog. Spet, eine Hechtart). v. Aristot. H. A. IX, 2. ibique Camus T. II. p. 781. Athenn. VII. p. 323. f. T. III. p. 186. Schweigh. κίχλη autem est turdus, Krammetsvogel, Drossel, la Grive, v. Camus ad Arist. Hist. An. II. p. 395.

t) Abest etiam ab Elb. et Bau. vt a codd. Inu.

v) Doricam formam qui reposuere, male ediderunt, quod etiam in Br. est, μεγάλαν pro μεγαλᾶν. Nam hi dorici genitiui omnes circumflectuntur. *Heim.* quem tamen in hoc non sequitur Schütz. et lectionem Br. recepit.

Kuſtero aſſentiri Brunkium, qui meminiſſe tamen debebat, vltimam huius v. ſyllabam in ipſo Ariſt. breuem reperiri, vt Ran. 553. καὶ κρέα γε πρ. — Pac. 1282. βοῶν κρέα. Ita Hom. γέρα, et alii alia vltima breui adhibuerunt. *Herm.* (qui κρέα τ' ὀρν. κιχηλᾶν edidit.) *x*).

340. εἴξασι. Gl. ὡμοιώθησαν. Moeris [p. 147.] εἴξασιν, Ἀττικῶς· ἐοίκασιν, Ἑλληνικῶς. Timaeus [p. 71. ed. pr. 98. ed. ſec.] εἴξασι καὶ εἴκασι λέγει ἀντὶ τοῦ ἐοίκασιν. Cfr. vtriusque Grammatici eruditos interpres *y*). *Brunck.*

342. εἴξασι γοῦν — Loci huius meminit Suidas et Etym. V. Εἴξασι. *Kuſt.* ἕρια πεπτ. ſunt *lanae extenſae, explicatae, expanſae. Bos.* Obſſ. Crit. p. 72.

343. αὗται δέ ῥ'. Ms. Vatic. V. αὗται δέ γε ῥ'. quam lectionem metri ratio requirit. *Kuſt.* In C. ſcriptum eſt vt vulgati libri habent. At tres alii codd. *z*) αὗται δέ γε ῥ'. Praua erga metrum ſolicitudo γε inſerſit. V. ad Plut. 1065. *Brunck.* Reſpicitur ad perſonas, magnis naſis inſtructas, quas gerebant, qui Nubes repraeſentabant. *Wil.*

344. ἄττ' ἂν ἔρωμαι. Sic optime membr. *a*). In quatuor aliis, vt in primariis edd., ἄττ' ἄν σ' ἔρωμαι. Pronomine carere poſſumus, quod metrum labefactat. Perperam in recentt. ἄττ' ἄν σ' ἔρομαι. *Brunck.*

347. [Olim vulg. γίνονται πάνθ' ὅ τι ἂν βούλωνται· κἄν μὲν ἴδωσι κομήτην] Verſus hic anapaeſticus praeter morem caeſura caret. Quare praefero lectionem Ms. Vat. qui ſic

---

x) Ex his poëtae verbis colligit *Wiland.* dithyrambicos poëtas, quorum carmina turgida etiam plebs adamauerit, ad epulas ditiorum adhibitos eſſe.

y) Add. Barnes. ad Eurip. Iph. in Aul. 848. *Harl.* et Fiſch. Anim. ad Well. III, 1. p. 85. atque Maittair. de Dial. p. 298. ibique Sturz.

z) Etiam quintus cod. in Suppl. laudatus, et Elb. atque Bau. et Reg. ap. Ern. Probauerat *Ern.*, niſi pronunciandum ſit δεῦρῑνας. Et produci ε ante ῥ docuit Dawes. M. Crit. p. 160. ſſ.

a) R. delet σ' et L. C. habet ἔρωμαι. Ed. Baſ. porro delet νῦν: quod ſane non ſatis aptum eſt. Melius foret νυν, *quaeſo. Ern.* Ante ταχέως nempe. Br. emendationem probarunt *Sch.* et *Herm.*

habet *b*): Γίνονται πᾶν, ὅ τι βούλονται· κᾆτ' εἰ μὲν ἴδωσι κομήτην. *Kuſt.* Vitium [vulg.] vides in caeſura. Membr. optime habent: πάνθ' ὅ τι βούλονται. Tum eaedem, vt et C. D. κᾆτ' ἦν μὲν ἴδ. κ. Vnde venuſtus tetrameter Comico reſtitutus: γίγνονται πάνθ' ὅ τι βούλονται· κᾆτ' ἦν μὲν ἴδωσι κομήτην *c*). Plane hunc verſum exhibet cod. (quintus) vt eum edidimus, niſi quod ibi κᾆτα ſcriptum ſine eliſione, quod librariis ſolemne eſt. *Brunck.*

348. Ἄγριον i. e. παιδεραστήν, vt monet Schol. et ex eo Suidas V. Ἀγρίους. Idem confirmat Euſtath. ad Od. B. p. 1448, 4. vbi ait: Παιδοπίπαι δέ, οὓς ἀγρίους ἔφη σεμνότερον ὁ Κωμικός. V. etiam Harpocr. V. Ἀγρίους. *Kuſt.* Harpocr. [p. 9. ed. Blanc.] Ἀγρίους Αἰσχίνης ἐν τῷ κατὰ Τιμάρχου τοὺς σφόδρα ἐπτοημένους περὶ τὰ παιδικὰ καὶ χαλεποὺς παιδεραστὰς φησι. καὶ ἄγριον κυβευτὴν Μένανδρος λέγει τὸν σφόδρα κυβεύειν ἐσπουδακότα *d*). *Bergl.* De obſcoeno huius voc. vſu add. Athenaei Excerpta, quorum meminit Caſaubonus Anim. p. 542. [ſ. T. IV. p. 316. Schweigh.] *Spanh.*

τὸν Ξενοφάντου. Scholiaſtes Hieronymum, dithyrambicum poëtam, dicit eſſe Xenophantis huius filium; iſte ergo vnus eſt ex illis *hirſutis*. In Acharn. 388. λαβὲ — παρ' Ἱερωνύμου — κυνῆν. Vbi Schol. ἐκωμῳδεῖτο δὲ ὡς πάνυ κομῶν. *Bergl.*

349. Κενταύροις. Iſti parte illa, qua equi ſunt, ſunt hirſuti. *Bergl.* ἥκασαν. Sic membr. *e*) Alii, vt vulgo, minus bene εἴκασαν. Moeris: ἥκασα, Ἀττικῶς· εἴκασα, Ἑλληνικῶς. Saepius ap. Comicum illam formam vulgati libri exhibent, vt Conc. 385. *Brunck.* v. Sallier. et Piers.

---

b) Etiam R. πᾶν ὅτι βούλονται, quod ſane praetulerim. κᾆτ. εἰ μ. ἰ. κ. R. Ib. ſed ἦν melius. Ia. L. χὤταν μὲν ἰ. κ. *Ern.*

c) Ita etiam *Sch.* et *Herm.* ediderunt. Cod. Bau. καὶ τ' ἦν. Ald et ed. vett. κᾆτ' ἦν. Perperam Inu. edi iuſſit: ὅτ' (quod ὅτ. aut ὅτι, non, quod poſtulatur, ὅ τι) ἂν βούλονται. Nec iota elidi potuit, nec ἂν cum Indic. coniungi. Vſitata formula ὅ τ ἂν effecit, vt et huic loco in codd. obtruderetur.

d) Vtrumque, Euſt. et Harp. locum laudat et Aeſchinis verb. p. 76. ed. Reisk. legi docet *Brunck.*

e) Etiam Ern. laudat cod. Reg.

ad Moer. p. 182. de verbo εἰκάζειν autem Timaeus L. Pl. p. 95. et Ruhnk.

350. Etiam h. l. τί δ' ἄρ' pro vulg. τί γὰρ (quod *Sch.* et *Herm.* recte retinuerunt), e coniectura Brunkii fluxit. (v. 192.). Wakefield. ad Lucret. III, 7. aut τί γὰρ aut τί γ' ἄρ' legi iubet.

Σίμωνα. Huius et infra 398. meminit, tanquam periuri. *Bergl.*

351. τὴν φύσιν αὐτοῦ. In C τὴν γνώμην αὐτοῦ· quod merum est gloſſema. *Brunck.*

352. Perſtrictus ſaepe vt ignauus, periurus ac belluo in his Comici fabulis idem Athenienſis *Cleonymus*, vt paullo poſt 399. Eqq. 1291. 1370. Ach. 88. 845. et, vt alia mittam, tanquam ῥίψασπις *f)*, vt h. l., Vesp. 585. Κολακώνυμος ἀσπιδοβλής, nempe poſtremo hoc nomine, quod inſignis fuerit adulator dictus. Ob quam inſuper abiecti in bello clypei infamiam ſugillatur rurſus Pac. 445. vt monent ibidem Scholia. ῥιψάσπιδος vero, ſ. qui clypeum in acie proiiceret, poenam fuiſſe ap Athenn. capitalem *g)*, quum aliunde conſtat, tum a Sopatre in Hermogen. p. 335. lex traditur, τὸν ῥίψασπιν θανάτῳ ζημιοῦσθαι. Videri autem poteſt Plato de Legg. XII. p. 943. f. [T. IX. p. 180. f. Bip.] vbi diſtinguendum docet inter eum, qui caſu aliquo clypeum amiſerit, ſeu ἀποβολεὺς τῶν ὅπλων *armorum amiſſor*, et qui vere ῥίψασπις ſ. *qui clypeum proiicit, fuerit:* vnde continuo lex ibi ſancitur, qua poena, nec tamen capitali, adfici poſtremus debeat. *Spanh.*

354. Κλεισθένην. [C. Ia. ap. *Ern.* Κλεισθένην, ipſo Ern. improbante.] Quem vt cinaedum et impuris moribus ſaepe etiam exagitat in his fabulis Comicus, vt Ran. 48. 57. 425. Eqq. 1372. et alibi. *Spanh.* Hunc tamquam formae

---

f) Hunc ſaepe perſtringit tamquam timidum et qui arma abiecerit, inprimis Pac. 1299. vbi eius filium facit diſtichon aliquod canentem in conuiuio de patre: ἀσπίδι μὲν κ. τ. λ. *Bergl.*

g) Ap. Athenn. infamiam fuiſſe poenam ῥιψασπίδων et ap. Sophiſtas tantum capitalem ſtatutam eſſe, oſtendit iam Weſſeling. ad Petiti Leg. Att. p. 667. add. Köpke Geſetzg. der Griechen p. 551. f.

nimium ſtudioſum inſtar mulieris et mulieroſum non ſemel notat. In Thesm. 581. introducit eum loquentem: *φίλαι γυναῖκες — γυναικομανῶ γάρ. Bergl.*

355. Iam in ſcenam prodierunt Nubes, itaque Strepſiades eas ſalutat. *τοίνυν ὦ.* Sic quinque codd. ſine particula, quae vulgo inſeritur (*τοίνυν γ' ὦ*) *h).* v. not. ad Ran. 321. 1013. Pl. 567. 1161. *Brunck.*

356. *Οὐρανομήκη.* Ariſtot. Rhetor. III, 7. *συγγνώμη γὰρ ὀργιζομένῳ κακὸν φάναι οὐρανόμηκες* (ſi malum dicat coelum perrumpere) *ἢ πελώριον εἶναι. Spanh.* Cod. (quintus): *ῥήξατε φωνὴν κἄμοι γ' ὦ — i). Brunck. ῥήξατε φωνὴν* ex Hebraismo. Eſa. 54, 1. *οἱ ὁ*, et Gal. 4, 27. vbi v. Grot. Hinc Heſych. gloſſa: *ῥήξατε, κράξατε.* Dixere bene Graeci etiam in proſa, vt Hippocr. de Superfoet. p. 43. ed. Foës. *k). Ern.*

357. Strepſiadem ſalutant, deinde (358.) et Socratem. *Bergl.* Priores edd. habent: *παλαιγενὲς, θηρατὰ λ.* Nos poſt *παλαιγενὲς* addidimus *ὦ*, vt metrum verſus fulciremus. Vel legi etiam poteſt *παλαιογενές, θηρατὰ —* vt Ms. Vat. U. habet *l). Kuſt. παλαιογενές θ.* perſpicue et optime in membr. In impreſſis recentioribus inuenuſtus eſt verſus: *χαῖρ' ὦ πρεσβῦτα παλαιγενές, ὦ θηρ. λ. φ.* Quatuor alii codd. qui *παλαιγενὲς* habent, póſterius *ὦ* non agnoſcunt. Verſui ſuſtentando ab emendatore additum fuit neſcio quo. Abeſt etiam a primariis edd. *Brunck.* Receperunt *παλαιογ. θ. Harl. Sch. Herm.*

---

h) γ' delent R. Ib. *Ern.* Nos quoque γ' cum Br. deleuimus. Ac *τοίνυν* vltimam ancipitem habere, monuit ad Ran. 321. At enim vero, vbi vltima longa eſt, diuiſim ſcribendum monuit Reizius *τοὶ νῦν. Herm.* qui ita edidit: *χαίρετέ τοι νῦν.* Perperam igitur Hotibius p. 40. *τοίνυν γ'* defendit eo, quod vltima in *τοίνυν* breuis ſit.

i) *ῥήξατε φωνὴν κἄμοί γ'* ſcribi iubet *Herm.* in notis inedd.

k) Vſum hunc v. *ῥῆξαι* illuſtrat etiam Wakefield. Silu. Crit. IV. p. 172. nec hoc loco omiſſo, vbi *τοίνυν γ'* retinet.

l) Ms. R. habet *παλαιογενὴς* et L. C. I. conſenſu delent ſequens *ὦ*, quod ſane frigide repetitum videtur, vt et v. ſq. L. Ia. temere repetunt *σύ τ' ὦ λ.* contra metrum. Ita verſus elegans exiſtit. *Ern. παλαιγενὴς* et *παλαιογενὴς* eſſe i. q. *παλαιὸς* docet *Porſon.* ad Eurip. Phoen. 352.

θηρατὰ λ. φ. Sic Athen. III. p. 122. C. ὦ καλλίστων ὀνομάτων καὶ ῥημάτων θηρευτά. *Kuſt.* Socratis doctrina de diis haud quidem decore, at enim ad illam exagitandam lepide pertractatur. *Harl.*

359. ὑπακούσαιμεν. Sic bene IV. codd. Soloece vulgo ὑπακούσωμεν. *Brunck.* R. L. Ia. ὑπακούσαιμεν *m*), quod praefero. Sed mox C. male omittit νῦν, cum interitu verſus. *Ern.*

360. Προδίκῳ. H. l. quidem videtur honoris cauſa nominare hunc Prodicum; in Auu. tamen 693. dicit: Προδίκῳ παρ' ἐμοῦ κλάειν εἴπητε τολοιπόν, ſatis inclementer. *Bergl.* Intellige σοὶ καὶ Προδίκῳ, v. Schol. In fine verſus male L. e ſeq. adiungit ὅτι· σοὶ δ' ὅτι *n*). *Ern.* De Prodico v. Xen. Mem. II, 1, 21. ff. et Hindenburg. Anim. ad illum libr. p. 63. Dauis. ad Minuc. Fel. c. 21. p. 121. Suid. V. Πρόδικος. *Harl.*

361. βρενθύει *o*). In Sympoſio Platonis, vbi Alcibiades narrat qualem ſe Socrates militiae geſſerit, et quomodo, caeteris Athenienſibus, quum apud Delium victi eſſent, fugientibus, ipſe receſſerit, ad Comicum noſtrum, qui in illo conuiuio aderat, ſe conuertens Alcibiades dicit *p*): ἔπειτα ἔμοιγε ἐδόκει, ὦ Ἀριστόφανες, τὸ σὸν δὴ τοῦτο, καὶ ἐκεῖ διαπορεύεσθαι ὥσπερ κἀνθάδε, βρενθυόμενος καὶ τῷ ὀφθαλμῷ παραβάλλων (magnifice inambulans et oculos huc illuc circumferens). De hac voce [βρενθύεσθαι ſuperbe ſe gerere, incedere,] videri poſſunt notae Hemſterhuſii ad Lucianum [ad Colloquia ſelecta, ed. 1732.] p. 54. [ſ. ed. Opp. Luc. T. I. p. 367 — 69.] *Bergl.*

τῷ ὀφθαλμῷ παραβάλλει *q*). Male interpres: *circumfersque oculos.* Senſus eſt: *obliquis oculis alios intue-*

---

m) Etiam Bau. Elb. et Suid. V. Προδίκων ita legunt. *Harl.* Item codd. Inuern. Itaque recentt. edd. receperunt.

n) Ita etiam Bau. et Elb.

o) In βρενθύει, παραβάλλει, ἀνέχει, Codices L. C. vltimam mutant in ε, at Ia. habet παραβάλλεις, vt et quidam vett. h. l. memorant. *Ern.*

p) C. 36. §. 6. vbi Fiſch. laudat p. 199. de v. βρενθύεσθαι Timaeum et Heſych. Add. ibid. Wolf. et Ruhnk. ad Tim. p. 64.

q) Pro παραβάλλῃ. In Eqq. 165. actiue: τὸν ὀφθαλμὸν παράβαλλ' εἰς Καρίαν τὸν δεξιόν, τὸν δ' ἕτερον εἰς Καρχηδόνα, vbi v. Not. *Bergl.*

ris: more ſcilicet hominum ſuperborum, qui recto vultu aliquem aſpicere dedignantur. Παραβάλλει autem hic eſt 2. perſ. Med. Attice pro παραβάλλῃ, a παραβάλλεσθαι. Laertius tamen in Socrate II, 28. in loco hoc Comici pro παραβάλλει (ſi hodiernis codicibus ſcriptoris illius fides habenda eſt) olim legit παραβάλλεις a παραβάλλειν, vti et Athenaeus V. p. 216. vbi ad locum hunc Comici reſpiciens ait: Μόνος Σωκράτης βρενθυόμενος καὶ τῷ ὀφθαλμῷ παραβάλλων *r)*. Contra pro altera lectione, quam hodierni codices Ariſt. exhibent, non ſolum ſtat Suidas V. Τῷ ὀφθαλμῷ, ſed etiam Euſtath. ad Il. I. p. 768, 10. ed. Rom., vbi commentator ille, doctus quidem ſed verboſus ſupra modum, et eruditionis ſuae oſtentator nimius, ὀφθαλμῷ γοῦν, inquit, παραβάλλεσθαι ὁ Κωμικὸς λέγει τὸν Σωκράτην, ἐν τῷ δηλαδὴ σεμνοπροσωπεῖν. *Kuſt.* Quod παραβάλλει pro παραβάλλῃ a παραβάλλομαι dictum ſtatuitur, non vero παραβάλλει a παραβάλλω iuxta Laertium et Athenaeum, id praeter eam lectionem, quam firmant illi duo auctores, adſtruit inſuper alio ap. Athen. loco Ἀττικώτατος itidem et antiquus auctor Aeſchylus. Nempe Athen. VII. p. 302. quum thynni piſcis factam ab Aeſchylo mentionem, adductis illius ea de re verſibus, dixiſſet, addit continuo: καὶ ἀλλαχοῦ οὕτως· καὶ ὁμοῦ παραβαλὼν θύννου δίκην, et, vt ibi continuo ſequitur, ὡς τοῦ θύννου τῷ σκαιῷ ὀφθαλμῷ οὐ βλέποντος. Non oculos vero, ſed παραβάλλων τοὺς γομφίους, *laxans anteriores dentes*, dixit alibi Comicus, Pac. 34. et, τὴν ἄκατον παραβάλλου, *lembum laxa*, ſeu paratum habeas. Eqq. vero 759. παραβαλοῦ pro, *accede ad ſcapham*, et 271. παραβαλοῦ τῷ κωπίῳ *remum proiice*. Vnde promiſcuum, et quidem Atticorum more, verbi huius παραβάλλειν et παραβάλλεσθαι vſum videas. Idem vero de verbo βρενθύει, quod hic primo loco legitur, ac de altero παραβάλλει, dicendum eſt, ac proinde βρενθύεται pro, *ſuperbit*, vel, *prae faſtu deſpicit*, dicitur Pac. 26. et Lyſiſtr. 887. Apud Helladium legitur βρενθύεται, ἀλαζονεύεται, additque vt Grammaticos mittam, fieri hoc verbum a βρένθιον, *unguentum s)*. Glorioſos enim ac faſtuoſos homines ſolere vn-

r) Videtur Athen. (T. II. p. 331. Schweigh.) haec potius e Sympoſio Plat., quam ex ipſo Ariſt. hauſiſſe.

s) Ita etiam Zonaras Lex. I. p. 109. At a ſono potius, quem arrogantes homines et irati edere ſolent, repetit Lennep. Etym. p. 151.

guentis vti. *Βρενθίου* vtique *μύρου*, et quidem *βασιλείου* f. *regii* dicti, meminit Crates ap. Athen. XV. p. 690. *Spanh.*

362. De *ἀνυποδησίᾳ* Socratis et aliorum philosophorum vide quae notauimus ad v. 103. *Kust.* *καφ' ἡμῖν σεμνοπροσωπεῖς.* Male Frischlinus: *et in nos ore seuero es.* Sensus est: *et nobis fretus supercilium tollis t);* vel: *grauitatem quamdam et fastum vultu prae te fers. Kust.*

363. *καὶ σεμνόν.* Ms. Vatic. U. habet *καὶ τερπνόν v).* Sed lectio vulgata praeferenda est. *Kust.* Nam inter *ἱερὸν* et *τερατῶδες* vix recte *τερπνὸν* poterit interponi.

364. Omnes edd. *γάρ τοι* seruant, nec e codd. aliis, quam Rau. (vnde Inu. recepit) *γάρ μοι* enotatum est. Et rectius Socrates has solas esse deas omnino dicit, quam sibi tantum.

L. *γ' εἰσί* contra metrum, vt in fin. Idem et Ia. *τὰ δ' ἄλλα ἐστὶ π. Ern.* Eurip. Cyclop. 315. *ὁ πλοῦτος ἀνθρώπισκε, τοῖς σοφοῖς θεός· τὰ δ' ἄλλα κόμποι καὶ λόγων εὐμορφίαι.* (inanes strepitus et verborum lenocinia.) *Bergl.* Comicus Socratem de rebus naturalibus et diuinis vt perquam ridicule, ita impie ad odium et contemtum illi conflandum, Strepsiadem vero rustice stolideque quaerentem iudicantemque inducit; qua fictione vis comica mire aucta est. *Harl.*

366. *οὐ μὴ ληρήσεις.* Perperam vulgo *οὐ μὴ ληρήσῃς. Brunck.* E Dawesii *x)* obseruatione illud Brunk. reposuit. Atque in Ms. Barocc. 43. *λυρήσεις* est. *Herm.* *οὐδ' ἐστί.* Pro *οὐκ ἐστί.* Sic et aliis, vt Homer. Od. *δ*, 492. *Ern.*

Οὐδ' *ἐστὶ Ζεύς.* Non dubitanter an sit adhuc Iupiter, vt Oedipus ap. Soph. Oed. Col. 680. *εἰ Ζεὺς ἔτι Ζεύς·* aut

---

t) Ita *Schütz.* vertit: *aber doch stolz auf uns den Kopf drum nicht weniger hoch trägst.* Rectius quam *Wiland.: ernste Gesichter unterthalb schneidest.* Caeterum ea, quae chorus refert, vere Socratem reddidisse insignem, censet Wil.

v) Ita etiam L. Ia. ap. *Ern.* et quintus cod. ap. *Brunck.*

x) In Misc. Cr. p. 221. ff. docet, sermonis rationem exigere, vt *οὐ μὴ* vel cum futuro indic. vel cum aor. secundo coni. construatur, atque hinc *ληρήσεις* emendat. add. Matthiae Gramm. gr. p. 728. f. et quos laudat. Alia ratio est scriptorum N. T.

pront a ſenum choro ap. Aeſch. Ζεὺς, ὅστις ποτ' ἐστιν [Agam. 149.] ac ſimiliter ab Hecuba in cognomine ap. Eurip. dramate 1263. Ζεὺς δ', ὅστις ὁ Ζεὺς — Caeterum quod ipſe Socrates reuera *Iouem eſſe* crediderit, non vero, vt hic de eo dicitur, id ſit vnquam infitiatus, vel inde, ne alia iam tangam, ſat liquet, quod, vti ea de re paullo poſt, Iouem, iuxta Mineruam et Apollinem, pro praecipuis diis et Athenienſium *progenitoribus* ac *dominis* a ſe habitos dicat in Euthydemo p. 302. [c. 73. ed. Heind. qui cf.] *Spanh.*

368. μεγάλοις δέ σ' ἐγὼ σημείοις αὐτὸ διδάξω. Sic locum hunc ex Ms. Vat. et Arund. reſtitui. Ante enim inuito metro legebatur: Μεγ. δὲ σημείοις ἐγώ σ' αὐτὸ διδ. Caeterum totus hic locus de cauſis pluuiae, tonitru et fulminis eſt longe elegantiſſimus et lepidiſſimus, et quem nemo harum deliciarum amans ſine ſumma voluptate legere poſſit. *Kuſt.* Omnes recentt. edd. ita exhibent.

369. Simili argumento negat et Lucretius Iouem fulminare, quamuis ille non neget exiſtentiam deorum VI, [400. ſ.]: *Denique cur numquam coelo iacit vndique puro Iupiter in terras fulmen ſonitusque profundit? Bergl.*

370. Poſt αἰθρίας L. C. Ia. addunt οὔσης e gloſſa. Intell. ἐξ, vt in Scholiis γ). *Ern.* Non auſus ſum mutare lectionem librorum αἰθρίας, licet non inuenerim alibi hoc vocab. media ſyllaba longe. Atque ipſe Ariſt. eam corripit Thesm. 1001. et Plut. 1129. Potuit tamen fortaſſe haec ſyllaba, vt in aliis ſimilibus vocabb. ambigua menſura pronunciari, accentu productionem adiuuante, de qua re dictum eſt in lib. I. de metr. p. 81. Nam etſi antiquior huius voc. forma videtur fuiſſe αἰθερία, vereor tamen, vt ea, quantumuis metro apta, poſt certius definitam verbi ſignificationem, in Ariſt. reponi poſſit. *Herm.*

Non proinde, vt ap. Theocr. dicitur Id. IV, 43. Χὠ Ζεὺς ἄλλοκα μὲν πίλει αἰθριος ἄλλοκα δ' ὗει· nempe Ζεὺς αἰθριος, cuius meminit ap. Strabonem Heraclitus I. p. 3. Alius Ζεὺς ὑέτιος, ὄμβριος, οὔριος, *Iupiter pluuius.* Exſtat

---

γ) οὔσης etiam interponit Suid. in ἀποδημῶν, locum e memoria laudans, vt videtur. Sic Plut. 1130. ἀσκωλίαζ' ἐνταῦθα πρὸς τὴν αἰθρίαν. *Duck.*

vero, vt id obiter moneam, ſingulare illius *Iouis pluuii* ſimulacrum in praeclaro numo Antonini Pii, et e maximorum genere in regia Gallorum gaza *z)*, in quo idem Iupiter ſellae ſupra rupem ac nubes poſitae inſidet, dextra manu elata pluuiam in iacentis Terrae effigiem e cornu copiae effundit; ac proinde vbi Iouem videas, quod in priore verſu numquam viſum dixerat Socrates, ſine Nubium opera pluentem nempe: *τοῦ γὰρ πώποτ' ἄνευ Νεφελῶν ὕοντ' ἤδη τεθέασαι*; Vnde iuuabit eximii illius numi iconem opportune hic exhibere *a)*, quem vulgauit iam olim in Selectis numis Seguinus, e cuius cimeliis ad Regia, cum reliqua eius vett. numorum penu dein transiit. In quo vtique quum Αἴθριος ſ. *ſerenus Iupiter*, nulla nube circumfuſus cernitur, tum Ὑέτιος *pluuius* ſeu pluuiam citra nubium auxilium emittere cernitur. Eſt vero ille numus ab Epheſiis cuſus, et quidem cum ſingulari ΠΕΙΩΝ ΕΦΕΣΙΩΝ *piorum Epheſiorum*, ad ſuum in Antoninum Pium eximium quoddam ſtudium declarandum, titulo. *Spanh.*

371. *τοῦτό γέ τοι τῷ νυνὶ λόγῳ εὖ προσέφυσας.* Sic tres codd. *b)* Perperam in membr. vt in impreſſis legebatur *τούτῳ γε*. Illud metro et ſenſu flagitante, repoſuit Berglerus, qui Daweſio emendationem hanc *c)* non debet, cuius

---

z) v. Eckhel. Doct. num. vett. II. p. 514. ff. add. etiam Raſche Lex. num. II, II, 1222.

a) v. Tabulam T. I. adiectam n. 3.

b) Sic liquido cod. (quintus) vt edidimus. *Brunck.* in Suppl. Recte *τοῦτο* pro *τούτῳ* edidit Bergl. Nam verſus aliter non ſtat. *Ern.*

c) Verſus pedem vel tertium bacchium vel quartum antibacchium lectio *τούτῳ γε* repraeſentat. Deinde vel *τούτῳ τῷ λόγῳ*, vel *τῷ νυνὶ λόγῳ* recte dixeris: at *τούτῳ τῷ νυνὶ λόγῳ* importunum prorſus videtur. Denique *προσέφ. τ. λόγῳ* neque quod voluere interpretes, nec quidquam aliud valet, ſed purus putus eſt ſoloecismus. Atque his quidem omnibus ortum dedit vna litera vel a dictante librario parum accurate enunciata vel a ſcribente minus diſtincte audita. Hinc vtique factum eſt, vt pro *τοῦτο* ſcriptum fuerit *τούτῳ*. Valet autem *τοῦτο προσέφυσας* tantumdem quod *τοῦτο ἐπέδειξας, hoc demonſtratum dediſti. Dawes.* M. Cr. p. 225. qui aeque ac Bergl., Aeſchyli locum laudauit. Add. *Abreſch.* Anim. ad Aeſch. T. II. p. 156. vbi nec huius loci oblitus eſt, et Burgess. App. ad Dawes. p. 461.

libellum non vidit. Ad προσέφυσας gloſſae: ἥρμοσας· καλῶς καὶ ὡς ἔδει προσήρμοσας. Aeſch. Suppl. 284. καὶ ταῦτ' ἀληθῆ πάντα προσφύσω λόγῳ. Schol. προσφύσω. ἀποδείξω. *Brunck.* Legi trochaici tetrametri, ne caeſura fiat in praepoſitione vel articulo, aduerſari hunc verſum obſeruat *Porſon.* praef. ad Eurip. p. LIV. ſ. Itaque numeroſius fore monet, ſi legatur τῷ νῦν λόγῳ εὖ προσέφυσας. τῷ νῦν λόγῳ habere Suidam, ſed, ſi hunc locum reſpexerit, male interpretari, ποίῳ. „Vtcunque hoc ſit, ait, reuocanda eſt particula, quae quum parum neceſſaria librariis viſa eſſet, haud mirum, ſi elapſa eſt:

Ν. τ. Ἀπ.. τοῦτό γέ τοι δὴ | τῷ νῦν λόγῳ εὖ πρ.

Vt Ran. 1079. Νὴ τὸν Δία, τοῦτό γε τοι δή." Probat Pors. emendationem *Herm.* in not. inedd.

προσφύειν eſt, *facere vt aliquid accreſcat;* deinde metaphorice: *argumentis aliquid affirmare.* Forte autem *adſertio* apud Latinos pro affirmatione per ſimilem metaphoram dicitur, atque προσφύειν apud Graecos pro ἀποδεικνύειν. Ita autem exponit hoc verbum Schol. Aeſch. Sic εὖ προσβιβάζεις Eqq. 35. Scripſi τοῦτο in Comici loco, non autem vt alii τούτῳ, propter ſenſum et metrum. *Bergl. Reiskius* (qui τούτῳ videtur legiſſe) coniicit προσέβυσας „*vous m' aves pouſſé;* protruſiſti me verſus te, vt ad te accederem, loco et ſententia mea relicta, vt pedibus in tua verba concederem; a προσβύειν, quod proprie de ellychnio vſurpatur. cf. Vesp. 249."

Omnia, quae legibus naturae euenire, at intelligentiam plebis ſuperare ſolebant, ab imperitis vi deorum peculiari, non naturae ordini adſignabantur. Philoſophi igitur, qui cauſas naturales ortumque nubium, imbris, tonitru explicare ſuſtinuerunt, a plebe contemtores deorum exiſtimabantur. Hac vana plebis opinione abuſus Ariſtophanes Socratem facit de origine pluuiae et tonitru lepide, ac de Ioue impie loquentem, in odium eum adducturus. *Harl.*

372. διὰ κοσκίνου οὐρεῖν. Feſtiue omnino hoc de *Ioue* illo *pluuio* dicitur, qui inter alia etiam Οὔριος inde dictus eſt et cultus; prout Διὸς Οὐρίου aram [prope Byzantium] exſtitiſſe refert in Periplo Ponti Euxini Arrianus [ad quem vid. Stuck. in Not. p. 115.]. *Spanh.*

373. Scriptura codicis [quinti] eſt: φράσον, τοῦθ' ὅ με ποιεῖ — *Brunck.* Non male.

374. ὦ πάντα αὐ τολμῶν. Soph. Oed. Col. 754. ὦ πάντα τολμῶν κἀπὸ παντὸς ἂν φέρων λόγου δικαίου μηχάνημα ποικίλον· *o audax ad omnia qui ex qualibet re iuſtae orationis ſpeciem comminiſceris! Bergl.*

376. κατακρημνάμεναι. In duobus codd. *d)* κᾆτα κρημνάμεναι. In C. κᾆτα κρημνώμεναι. In membr. κατακρημνούμεναι *e)*. *Brunck.*

377. εἰς ἀλλ' ἐμπιπτ. κ. τ. λ. Id vnum ad lepidam et eruditam de cauſa tonitrus adnotaſſe hic ſufficiat, eam vtut ludicram, haud eſſe valde alienam ab Epicuri ſententia de *tonitru* dicentis ap. Laert. X, 100. fieri illud κατὰ ῥήξεις δὲ νεφῶν καὶ διασάσεις *per nubium ruptiones et abceſſiones*, aut ab Ariſtot. Meteor. II, 19. *f)* οὕτως γὰρ ἐν τοῖς νέφεσι γιγνομένη ἡ τοῦ πνεύματος ἔκκρισις πρὸς τὴν πυκνότητα τῶν νεφῶν ἐμπίπτουσα ποιεῖ τὴν βροντήν. Quibus conſentanea, quae iterum a Socrate, quum ab eo prius de *tonitru* dicta haud fuerit adſequutus Strepſiades et quaereret denuo, quid eſſet tonitru, regeſſit ille v. 382. *nubes aqua plenas in ſe inuicem incurrentes fragorem ob denſitatem edere.* Vnde et ludere hic Comicum liquet, et quidem captata occaſione, e receptis iam ante Ariſtotelem et Epicurum, philoſophorum, quos ille ſugillabat, apud Athenn. ſcitis. *Spanh.* Lucretius VI. [96. ff.] Principio tonitru quatiuntur coerula coeli, Propterea quia concurrunt ſublime volantes Aethereae nubes, contra pugnantibu' ventis. *Bergl.*

378. ὥσε φέρεσθαι. Pendet ab ἀναγκάζων. *Ern.*

379. Αἰθέριος δῖνος. Nubes hic dicuntur non a *Ioue*, ſed a *turbine* impelli, quae dein fragorem excitant. Quam in rem ſequentes adducam Lucretii, ex Epicuri placitis loquentis, verſus VI, 120. ff.

Hoc etiam pacto tonitru concuſſa videntur
Omnia ſaepe graui tremere, et diuolſa repente

---

d) Ita et L. I. ap. *Ern.*

e) Idem ex R. adſert *Ern.*

f) Antiquiorum philoss. opiniones leguntur in Plutarch. de plac. phil. III, 2. vbi v. Not.

Maxima disfiluiſſe capacis moenia mundi,
Quum ſubito validi venti conlecta procella
Nubibus intorſit ſeſe, concluſaque ibidem
Turbine verſanti magis ac magis vndique Nubem etc.

Quod de Δίνῳ ſ. *Turbine*, cum expulſo Ioue rurſus dicatur v. 814. *Spanh.* Eurip. Alc. 243. οὐράνιαί τε δῖναι νεφέλας δρομαίου. Comicus infra 829. et alibi: Δῖνος βασιλεύει τὸν Δί' ἐξεληλακώς. Sumſit autem hanc vocem ridiculi cauſa, nam inter Δῖνος et Διός, qui eſt Genitiuus a Ζεύς, non eſt magna differentia reſpectu litterarum: eſt autem Δῖνος vox ambigua; nam et *vorticem* ſignificat, et *poculi fictilis* quoddam genus *grandioris*, vt teſtatur Schol. ad h. l. et alibi: Athenaeus etiam l. XI. [p. 467. f. T. IV. p. 229. ed. Schweigh.] commemorat inter pocula Δεῖνον, qui neſcio an idem ſit. Apparet autem, tale poculum in theatro poſitum fuiſſe in hac comoedia, quaſi ſtatuam dei ſcilicet, vt res videatur magis ridicula; nam v. 1476. quaſi digitum intendens ad illud poculum dixit: διὰ τουτονὶ τὸν δεῖνον etc. *Bergl.* Δῖνος, qui h. l. in perſonam mutatur tamquam aliquis deus, e Democritii ſchola repetitus videtur, cuius diſcipulus Protagoras decreta de atomorum perpetuo motu, δίνῃ ſ. δίνῳ dicto *g)* videtur Athenas deportaſſe. Perperam enim Dacieria, a Schol. decepta, hoc decretum Anaxagorae tribuit. δῖνοι Anaxagorae, quos Clemens Alex. memorat, prorſus diuerſi fuerunt a δίνῳ Protagorae. Ariſtophanes videtur ioci cauſa et propter ambiguitatem vocabuli eo vſus eſſe. *Wil.* (p. 61—63.)

ἐλελήθη *h)*. Vulgo ἐλελήθει. Vid. ad Conc. 650. et ſupra ad 328. *Brunch.* Cauendum eſt, ne quis verba τουτί μ' ἐλελ. male intelligat. Latent ea, quae ſunt quidem, ſed non cernuntur. Quum quis aliquid ſe latuiſſe dicit, proprie hoc ſignificat, rem ita eſſe, ſed ſe id neſciſſe. Poteſt deinde idem dici contraria ſententia deridendi alterius cauſa, ſic: hoc ſcilicet me latebat. Quo-

g) cf. quae de κινήσει ſ. φορᾷ omnium, ex ſententia nonnullorum philoſophorum refert Plato Theaet. 25. *Wil.* Add. Francog. interpres in Th. Gr. p. 274. Caet. Wil. vertit Δ. *Wirbel* Schütz. *Schwungrad.*

h) Atticam hanc formam plerique recentt. edd. receperunt.

rum verborum haec vis eſt, rem non eſſe ita et id eum, qui ita loquitur, bene ſcire. Neutrum perſonae ruſtici huius ſenis conuenit. Nam nec credit ſtatim Socrati, quod repetitio rei arguit, nec diffidere tamen tam ſapienti ſcilicet viro audet. Quare haec verborum ſententia eſt: hoc ſatis incredibile eſt. Quae dum ſecum ipſe dubitat, rem, quae tam incredibilis ei videtur, cogitabundus repetit: Iouem non eſſe, ſed eius loco Dinum regnare. Eamdem ſententiam clarius expreſſit Anu. 470. τουτὶ, μὰ Δί', οὐκ ἐπεπύσμην. *Herm.*

380. ὁ Ζεὺς οὐκ ὤν. Debebat eſſe: τὸν Δία οὐκ εἶναι, vt penderet ab ἐλελήθη. Sed illud exquiſitius, intell. δηλαδή, vt referatur ad τουτί. Dukerus interrogatiue accipi volebat, non intelligo quare. *Ern.*

381. Verſus claudicat [in vulg. lect. Ἀτὰρ οὐδέπω]; cuius ſulciendi gratia legi poteſt: Ἀτὰρ οὔπω σύ γε περὶ τοῦ π. *Kuſt.* Secundus pes videtur eſſe [in vulg lect.] iambus, qui in hunc verſum non ingreditur. Forte οὐδέν πω *nihil dum i). Duck.* οὐδέν πω. Perperam vulgo, claudicante verſu, οὐδέπω. Atticos οὐδὲν frequentare pro οὔ obſeruaui ad Conc. 644. In membr. περὶ τοῦ πατάγου τῆς βροντῆς, omiſſo καί· vnde mihi oborta fuerat ſuſpicio Comicum ſcripſiſſe: Ἀτὰρ οὐδέν πω περὶ τοῦ πατάγου τῆς βροντῆς μ' ἐξεδίδαξας *k)*. Vulgatam tamen, quam tres alii adfirmant codd., praefero. *Brunck.* Cod. quintus etiam perperam οὐδέπω. At recte habet περὶ τοῦ πατάγου καὶ τῆς βροντῆς. Schema eſt, quod vocant ἓν διὰ δυοῖν, vt Pl. 334. τῇ βαδίσει καὶ τῷ τάχει, pro τῷ τάχει τῆς βαδίσεως. *Idem* in Suppl.

383. ἐμπιπτούσας εἰς ἀλλήλας. L. ἀλλήλαις, Ia. ἀλλήλαισι, quod non improbem, praeſertim ſi ν addatur. *Ern.* Haud deterior, immo venuſtior eſt, ob variatam conſtructionem, codicis ſcriptura, quam in B. iam repertam, reponere poteram, ἐμπιπτούσας ἀλλήλαισιν. Vulgatum e v.

---

i) Hanc D. emendationem praeſerunt *Ern.* in not. atque ita etiam correxit *Toup.* Emm. in Suid. III. p. 156. [I. Cur. noviſſ. p. 115.] idemque cum *Br.* receperunt *Sch.*, *Herm. Inu.*

k) Haec coniectura Schützio inprimis eſt probata, quod nexui colloquii melius conueniret.

377. repetitum est. *Brunck.* in Suppl. Receperunt *Sch.* et *Herm.* Recte.

384. τῷ χρ. π. Pro τίνι. Similiter Eurip. Ion. 1344. τῷ τόδε γνῶναί με χρή. *Bergl.*

ἀπὸ σαυτοῦ γ' ὡς σε διδάξω. Sic optime membr. *l)* Vulgo: ἀπὸ σαυτοῦ 'γώ σε διδάξω. *Brunck.* Neutra lectio placet. Nam vt verba ἀπὸ σαυτοῦ recte referantur ad πιστεύειν, at illa, quae sequuntur, in vtraque lectione inepta sunt, in Brunkiana etiam mirum in modum languent. Etenim siue ἐγώ σε διδάξω, a praecedd. disiunctum, siue ὡς σε δ. legas, haec verba eam vim habent, vt Socratem in doctoris figuram sese componere indicent, quasi qui magna quaedam et obscura oracula editurus sit. Id vero perabsurde faceret Socrates, qui quidem ἀπὸ σαυτοῦ ante dixisset, quo rem leuissimam et quam quisque intelligere posset, se explicaturum ostenderat *m)*. Quamobrem nos hic missam facimus caperatam supercilioſi magistri frontem, et subridentem potius, vt in quaestione facillima, deleta interpunctione, quae etiam in Kust. ed. [Bergl. et all.] abest ἀπὸ σαυτοῦ 'γώ σε δ. dicere iussimus. Quo argumento? interrogauerat senex. Cui Socrates gestu et voce, quam facile illud intelligi possit, significans, tuo nimirum, respondet, te exemplo docebo. *Herm.*

385. ἤδη. R. glossam habet ποτε, quam L. Ia. textui intulere. Cact. poeta hic irridet methodum Socraticam demonstrandi exemplis e vita humana sumtis. *Ern.*

386. Transpositae in cod. (quinto Reg.) voces contra commatum anapaesticorum legem: καὶ κλόνος αὐτὴν ἐξαίφνης *n)*. Frequens librariorum error, editoribus saepe non animaduersus. *Brunck.* in Suppl.

---

l) R. γ' ὡς σε δ. Ib. ἐγώ σ' *Ern.* Cod. Rau. cum membr. Br. conspirat. Itaque ita etiam Inu. edidit. *Sch. Harl.* et *Herm.* olim vulgatam retinuerunt.

m) Nempe si cum nonn. edd., vt LB. interpungitur: ἀπὸ σαυτοῦ. 'γώ σε δ. Scholiastem etiam ita, vt Br. edidit, inuenisse in suis exemplaribus, censet *Harl.*

n) Ita etiam L. Ia. ap. *Ern.*

διεκορκορύγησεν o). Eſt vox ficta ad exprimendum murmur, quod intra ventrem aliquando auditur p). *Kuſt.* Iis, quae obiter notat Schol. de v. κορκορυγεῖν, dicto de ſono, quem emittunt inteſtina, addi debent, quae ad Aeſch. S. C. Th. 561. κορκυρυγαὶ (rugitus) δὲ ἀνὰ ἄστυ obſeruant vett. Critici, quum hanc vocem a Comicis vſurpari (prout ea legitur in Pac. 991.) tum κορκορυγαί, ἄσημοι βοαί· κορκορυγὴ γὰρ κυρίως τὸ ἐν τοῖς νεοσφαγέσι τῶν ζώων ἔτωθεν ἀπὸ τῶν ἐντέρων ἠχοῦν πνεῦμα πρὸς τὴν σφαγὴν ἀπαντῶν. *Spanh.* Suidas: διεκορκορύγησε. κορκορυγεῖν λέγουσι τὸ λαλεῖν τὴν γαστέρα. ἐμιμήσαντο δὲ τῇ φωνῇ τῶν ἐντέρων τὸν ἦχον. Schol. ἤχησε. male. Verbum enim hic transitiuum eſt: *agitatione ſonitum edere fecit.* Deriuatum verbum a nomine κορκορυγή, quod ab Heſ. exponitur κραυγή, βοή, ταραχὴ μετὰ θορύβου q), et occurrit Lys. 491. Pac. 991. *Brunck.*

387. Prima in ποιεῖ corripitur. *Ern.* Infra 583. τὰς ἰδρῶς συνήγομεν κἀποισῦμεν δεινά. Ran. 1119. καὶ δεινὰ ποιῶν. *Bergl.* Quum ad hoc et ſequens τετάρακται non ζωμίδιον referri, ſed γαστὴρ intelligi debeat, δεινὰ ποιεῖν eſt male ſe habere, cruciari, et μοι redundat.

389. Quum integrum pedem verſui huic deeſſe viderem, coniiciebam τὸ παππάξ bis ſcribendum eſſe: quam coniecturam poſtea collatio Ms. Vat. confirmauit. In textu tamen vocem illam repetere nolui, quoniam quum comoedia haec typis excuderetur, collatio illa nondum ad manus meas peruenerat. Iam enim ab initio quum animum ad edendos vett. auctores primum adieci, haec mihi ſtetit ſententia, textum ſcriptt. antiquorum absque auctoritate codd. mſſ. non eſſe mutandum, niſi vbi res eſt adeo clara, vt de ea non magis, quam de luce ſolis, dubitare queas r). *Kuſt.* Hunc verſum ex luculenta Daweſii

---

o) *Ern.* qui in Ib. eſſe διεκορκορύχησεν monet, deleri ν vult. Omittit cod. Elb.

p) Λ κορκορυγή, quod ſignificat *turbulentum motum*, Lyſiſtr. 494. Pac. 992. *Bergl.* Eſt noſtrum *knurren, poltern.*

q) Singulatim de θορύβῳ τῆς γαστρὸς dici obſeruat Zonar. II. p. 1242. vbi illuſtrat hoc voc. Tittmannus, et βερβερυγὴ pr. de ſtrepitu ventris dici docet.

r) Verſus non eſt integer. Dukerus [in not. non edd.] ſic ex-

emendatione dedi Miſc. crit. p. 172. *s*). Vulgo ſic legitur: *ἀτρέμας πρῶτον παππάξ· κᾆπειτ' ἐπάγει παπαπαππάξ.* Totus pes deficit. In membr. ſcriptum: *ἀ. πρ. παπὰξ παπάξ· κᾆπ. ἐ. παπαπαππάξ.* Hinc numeri quidem compleri poterant, ſed totus locus corruptelae manifeſtus, quem feliciſſime reſtituit Daweſii acumen. Hoc ſi quis non ſentiat, eum omni ſenſu carere oportet. *κλιμακηδὸν* augetur ſonitus: *πάξ, παπάξ, παπαππάξ, παπαπαππάξ.* Poſtremum hoc in vulg. lectione, ſecundum in membr. ſcriptura, ineptiſſime repetuntur. At obſerues velim, in membr. et tribus aliis codd. non *παππάξ* ſcriptum eſſe, ſed *παπάξ*, vnico *π*, priore breui *t*). Praeterea in meo ſic totus verſus ſcriptus eſt: *ἀτ. πρ. παπάξ· κᾆπειτ' ἐπ. παπαππάξ*, quae ipſiſſima eſt Daweſii lectio, ſi omiſſas voces, ſine quibus numeri conſtare non poſſunt, nec ſententiae lepor, ſuo loco reponas: *ἀτρέμας πρῶτον πάξ, κᾆτα παπὰξ ἐπάγει, κᾆπειτα παπαππάξ. Brunck.* Per nos licet fruantur ſuo ſenſu, quibus haec ad amuſſim exacta *κλίμαξ* arridet. Nos duplicata tantum litera membranas Regg. ſequuti ſumus, quae haud dubie veram lectionem exhibent. Vocem *παππάξ* quum iterat, hoc vult, ventrem primo per interualla

---

plet, vt poſt *ἀτρέμας* addat *μὲν τὸ*, vel *τὸ μὲν οὖν*, quae partt. ſolent praecedere in narrando *τῷ ἔπειτα*. At Vat. R. explicant *παππάξ*· L. poſt *ἐπάγει* addit *παππάξ*. Media ratio optima videtur. Caet. in R. L. I. ſcribitur *παπὰξ* [vti Inu. edidit], vt in aliis duplicatio conſonae non exprimitur. In Ia. autem ſupra ſcriptum eſt *σπονδεῖος. Ern.*

s) Verba Daw. ſunt: „perſuaſum habeo, Ariſtophanem olim quemdam finxiſſe *κλίμακι* non minus artificioſa (quam Hom. Il. *γ*, 182.) deorſum crepantem. Huius quidem laudem Comico inuiderunt librarii atque editores, qui vtique locum mutilauerint (Nub. 389.). Kuſterum, vti et correctorem Vatic. feſellit, alterum illud *παπαπαππαξ* ineptiſſime bis ſcriptum haberi. Hoc, opinor, videns editor Londinenſis exhibendum curauit: *κᾆπειτ' ἐπάγει παπαππάξ*, quo quidem pacto ad priſtinum *κλίμακα* propius acceſſit, ſed verſum adhuc magis contaminauit. Ipſius etiam *κλίμακος* gradus adhuc primus deſideratur. Eum vero in integrum ſic tandem reſtituo: *Ἀτρ. πρ. πάξ, κᾆτα παπὰξ ἐπάγει, κᾆπειτα παπαππάξ, Χῶτ. Χ. κ. βρ. παπαπαππάξ κ. τ. λ.*"

t) Sic etiam in Elb. et Bau. Quintum codicem (Reg.) cum veteribus impreſſis conſentire notat in Suppl. Brunkius. Daw. et Br. emendationem recepit Schütz.

crepare παππάξ, inde crepitum continuari. Verſu ſeq. non hercle opus erat vt maiorem faceret ſtrepitum, quam in hoc. Nam eo conſilio adiecit κομιδῇ. *Herm.* In Inu. lectione debebat certe παππάξ eſſe, ſed μὲν δὴ τὸ friget, nec vllius libri ſcripti auctoritate nititur.

391. τοίνυν ἀπό. Sic codd. (etiam quintus) ſine γε [vulg. olim τοίνυν γ' ἀπό] *v*). A. B. (etiam quintus) τυννουτουΐ recte. Mendoſa eſt vulgata ſcriptura [τυνουτουΐ], vt Thesm. 745. *Brunck.* τυννουτουΐ ſcribendum, certe pronunciandum. Nam prima in τυνὸς breuis eſt, vnde et Theocr. Id. 24, 137. geminat τὸ *v*. Et ſic L., niſi quod in vocali aberrat, τιννουτουΐ. Ap. Euſtath. p. 116. eſt τυνοῦτο et noſter infra 676. παιδάριον τυννουτονὶ, vbi pariter libri quidam τυνουτ. Add. Intpp. ad Heſych. in τυννόν. *Ern.*

393. Hic verſus in Ia. male Strepſiadi tribuitur *x*). Ridet autem poëta Socraticam rationem argumentandi e verbis, eorum ſimilitudine, etymologia etc. *Ern.* ταῦτ' ἄρα. Cod. (quintus) ταῦτ' οὖν, quod perinde eſt. *Brunck.* in Suppl.

394. πόθεν ἂν φέρεται. Sic C., vt Kuſterus edidit [non monito lectore]. In prioribus edd. erat πόθεν αὖ, quod imperite reuocauit Berglerus *y*). V. not. ad Plut. 885. Perperam in membr. πόθεν ἔρχεται. *Brunck.* πόθ. ἂν φ. eſt: *vndenam venire poſſit? Harl.* Ex eo, quod ἄν poteſt cum Indicat. praeſentis iungi, non ſequitur id continuo hic factum eſſe ab Ariſt. Quare nos maiorem partem librorum ſequuti, αὖ dedimus, quod hic aptius eſt, quia quum tonitru quidem explicatum eſſet, praeterea etiam, vnde fulmen naſcatur, ſcire ſe velle dicit. *Herm.* Ap. Schütz. in textis αὖ legitur, in not. improbatur. Recte autem Porſon. ad Eurip. Phoen. 412. αὖ tuitus eſt.

395. καταφρύγει i. e. *comburit:* quod ideo moneo, quia Friſchlinus, neſcio quid cogitans vertit, *frigore per-*

---

v) γ' etiam in L. Ib. ap. *Ern.* deeſt. Deleuerunt etiam recentt. edd. Cf. ad 355.

x) Strepſiadae tribui iuſſit *Reisk.*

y) Mſſ. R. C. Ib. edd. vett. αὖ, quod verum eſt. *Ern.* Etiam in quinto cod. Br. ita legitur, idemque reponi voluit *Reisk.*

cellit. Kuſt. περιφλύει *z)*. Simplex verbum φλύοντα habet Aeſch. S. C. Th. 667. et φλῦσαι Prom. 503. vbi in vtroque loco eadem vox per φλυαρῦσαι *nugari* in Scholl. redditur. Hinc φλύαξ, iocoſae poëſeos auctor, qualis Rhinton ap. Steph. de Vrb. dicitur [V. Τάρας p. 693. Berk. ſ. 635. Gron.]: Ῥίνθων Ταραντῖνος, φλύαξ, τὰ τραγικὰ μεταῤῥυθμίζων ἐς τὸ γελοῖον· prout nempe id a proximo ac ſuperioris aetatis ludicrae poëſeos, ſ. *burlesque* vulgo appellatae, genere, auctoribus Italis aliquot et Gallis, factum nouimus. Quomodo etiam Sopater ap. Athen. III. p. 86. *a)* φλοιακογράφος dicitur, quam vocem de *mimographis* tuetur ibi Euſtathii auctoritate Caſaubonus, quod φλοίαξ idem fuerit, quod φλύαξ. Poſtrema tamen vox apud eumdem Athen. legitur XIV. p. 621. de *mimographis*, quos φλύακας vocarint Itali; vnde vt vſitatae voci locus relinquatur, priori Athen. loco φλυακογράφον legi mallem. Hic vero περιφλύει alio ſenſu, non pro φλυαρεῖν, ſed pro περικαίειν, vt hic Scholia, dicitur. *Spanh.*

397. μῶρε. Ita edd. priſtinae *b)*, non μωρέ, vt nuper (Kuſt.) *Bergl.* Id vt Atticum, recte praetulit Brunkius [quamquam in nott. nihil monuit.] *Herm.* καὶ Κρονίων ὄζων. V. Theophyl. Epiſt. 27. p. 47. qui ad h. l. Comici reſpexit. *Kuſt. Du altmodiſcher Geck* reddidit *Schütz.*

Βεκκεσέληνε. *Valde antiquum, anilem*, ſignificat haec vox, et eſt comice compoſita. Alludit autem ad hiſtoriam illam de rege Aegypti, qui ſcire volens, quinam eſſent primi hominum, duos infantes ita curauerat educari, vt nullius hominis vocem audirent: deinde quum fari per aetatem eos iam debere coniiceret, obſeruauit, eos nihil potuiſſe dicere, niſi *beccos*, quod Phrygibus panem ſignificat; hos itaque antiquiſſimos homines eſſe putauit, quia iſti pueri, naturali inſtinctu, vocem Phrygiam ſonarent, vt

---

z) L. I. παραφλέγει. Caeterum oratio eſt negligentior; debebat eſſe: τοὺς μὲν καταφρύγει — τοὺς δέ· ſed huius formae et alia exempla reperiuntur: *alios quidem feriendo enecat et comburit, alios adurit ſalua vita, ita vt vita ſeruetur. Ern.*

a) Ibi tamen T. I. p. 336. φλυακογράφος a Schweighäuſero eſt editum, qui cfr. Anim. T. II. p. 75. ſ.

b) Etiam Ms. R. *Ern.*

tradit Herodotus in Euterpe *c)* et Schol. ad h. l. Alludit etiam ad hiſtoriam de Arcadibus, qui dicebantur eſſe προσέληνοι, et fuiſſe, antequam luna eſſet *d)*, vid. Schol. Comici h. l. et Schol. Apoll. Rhod. IV, 264. ad verba: Ἀρκάδες οἱ καὶ πρόσθε σεληναίης ὑδέονται Ζώειν φηγὸν ἔδοντες ἐν οὔρεσιν. *Bergl.*

398. Loci huius meminit Schol. ad Acharn. 134. Caeterum redundare in verſu hoc partic. δῆτ' iam ante videram, quam collatio Ms. Vatic., in quo eadem recte deeſt, ad manus meas peruenifſet *e)*. *Kuſt.* πῶς οὐχί — Sic membr. recte. Vulgo: πῶς δῆτ' οὐχί — Metrum perimit inſerta particula. Peius adhuc in C.: πῶς δῆτ' οὐχὶ καὶ Σιμ. — *Brunck.* ἐνέπρησεν. Lucret. VI, [390. ff.]: *Cur quibus incautum* etc. [v. ad 400.] *Bergl.*

399. Κλεώνυμον. Hunc ſaepiſſime notat alias tamquam timidum, ſi pugnandum ſit. Θέωρον. Et hunc aliquoties perſtringit, maxime in Veſpis, tamquam adulatorem. *Bergl.*

400. Alluſit ad verſum Homer. Od. Γ, 278. Ἀλλ' ὅτε Σούνιον ἱερὸν ἀφικόμεθ', ἄκρον Ἀθηνῶν. Vnde apparet, pro Ἀθηναίων apud Comicum noſtrum ſcribendum eſſe Ἀθηνῶν· quam lectionem et metrum aperte flagitat. *Kuſt.* Τὸν αὑτοῦ γε νεὼν βάλλει. Solemne id erat eorum apud gentiles, qui omnem deorum ipſiusque ſupremi eorum dei Iouis in res humanas prouidentiam negabant, dicterium, de quo vide ſi lubet quae notauimus ad Plut. 125. Nullus proinde iis, qualis caeteroquin aedibus, ſimulacris, appellationibus colebatur, Κεραύνιος, vel Ἐγχειρέραννος aut Καταιβάτης etiam Iupiter, idemque proinde fulmen dextra tenens vel vibrans, ſicut paſſim in antiquis numis etiamnum depictus cernitur. *Spanh.* Σούνιον — Ἀθην. Nempe *feriuntque ſummos fulmina montes*, Hor. Od. II, 10. [11. f.] *f)*, et ab Epicuro ſimiliter ap. Laërt. X, 103. τὸ

---

c) L. II. c. 1. ff. vbi rex nominatur Pſammetichus, et nomen Phrygium nunc βέκος ſcribitur. V. ibi intpp.

d) Cf. *Heynii* Comm. de Arcadibus luna antiquioribus, Opusc. acadd. II, 332. ff.

e) Deleui δῆτ' auctoribus Mſſ. R. Vat. et iubente metro. *Ern.* Deleuerunt etiam *Schütz.* et *Herm.*

f) Eum locum etiam *Bergl.* repetiit.

μὲν πολὺ πρὸς ὄρος τε ὑψηλόν, ἐν ᾧ μάλιστα κεραυνοὶ πίπτουσιν. Sunium *g)* vero ἄκρον Ἀθηνῶν *promontorium Athenarum*, non, Ἀθηναίων, bene hic a Kuſtero emendatur, prout etiam legitur, vt pridem videram, apud Demetr. Phaler. περὶ ἑρμην. c. 150. *h)*. Notandum vero auctorem praeclari illius libelli in Scholl. dici Dionyſium Halic., quod ad Excerpta Nic. Damaſceni a Valeſio, ex hoc Scholl. loco admonitum videas [p. 65.]; qua de re Th. Gale iudicium, Oxonienſi illius libri editioni praefixum *i)* poteſt conſuli. Neque enim ea res iam eſt huius loci. *Spanh.* γε male abeſt Ib. Pro Ἀθηναίων editum Ἀθηνῶν e Mſſ. Vat. R. et metri lege. Sic Hom. Od. γ, 278. et auctor lib. περ. ἑρμην. p. 93. *Ern.* Ἀθηνῶν bene membr. In aliis, vt vulgo, Ἀθηναίων, reclamante metro et ad loquendi formam inepte. Commutata fuerunt Ἀθηνῶν et Ἀθηναίων etiam Eqq. 159. Lucret. VI, 386. *k)*.

Quod ſi Iupiter atque alii fulgentia Diui
terrifico quatiunt ſonitu coeleſtia templa,
et iaciunt ignes, quo quoique eſt cumque voluptas,
cur, quibus incautum ſcelus auerſabile cumque eſt,
non faciunt, icti flammas vt fulguris halent
pectore perfixo, documen mortalibus acre?

Et paulo poſt 416. ſſ.:

Poſtremo cur ſancta deûm delubra ſuasque
diſcunt infeſto praeclaras fulmine ſedes:
et bene facta deûm frangit ſimulacra? ſuisque
demit inaginibus violento volnere honorem?
altaque cur plerumque petit loca? plurimaque huius *l)*
montibus in ſummis veſtigia cernimus ignis?

Brunck.

---

g) Hodie appellatur *Capo Colonni.*

h) Vbi ipſe Demetr. obſeruauit, alludi ad Homericum verſum. Homerico etiam metro vti noſtrum, vbi Homeri verba vſurpat, oſtendit Porſon. praef. ad Eurip. I. p. LXIII.

i) Repetitum in edit. Rhetorum ſelectorum I. F. Fiſcheri.

k) Eum locum Lucr. ſupra etiam laudauit Bergl., vt ſequentem h. l.

l) Wakefield. edidit; *plurima quo plus* — idemque ibi hunc

401. *τί παθών.* Sic etiam cod. (quintus) vt libri alii omnes.. Sed ſuperne ab eadem manu poſitum, ſiue emendatio ſit ſiue varia lectio, *μαθών m)*. Hoc pro illo ſaepiſſime intruſum, prauae Graeculorum interpretationi ortum debere videtur. *Brunck.* in Suppl. Qui particulam *γε* toties metri cauſa male addiderunt, hic eam recte adieciſſent ſenſus gratia: *οὐ γὰρ δὴ δρῦς γ' ἐπιόρκει.* Quod in vno tantum libro ſi legeretur, recepiſſem. *Herm.* In duobus Mſſ. probae notae legi *δρῦς γ' ἐπιορκεῖ* ostendit et Herm. emendationem probat Porſon. ad Eurip. Phoen. 1366.

403. *εἰς ταύτας.* Sic IV. codd. Vulgo *εἰς αὐτάς.* *Brunck.* Ex R. L. I. idem adfert *Ern.* ex Elb. *Harl.*, et receperunt *Sch.* et *Herm.* *ξηρός.* Vocem hanc, quae neſcio quo caſu ex antiquioribus edd. exciderat, Biſetus recte in textum reuocauit, idque non ſolum propter verſum ſed etiam auctoritatem Schol. vet., qui eam et agnoſcit et explicat *n)*. *Kuſt.* Egregia interpretatio iſtius verſus et duorum ſeqq. eſt ap. Lucr. VI. [124. ff.] vbi tonitrus rationem exponit: Quum ſubito validi venti collecta procella Nubibus intorſit ſeſe concluſaque ibidem Turbine verſanti magis ac magis vndique nubem Cogit, vti fiat ſpiſſo caua corpore circum. Poſt vbi commouit vis eius et impetus acer, Tum perterricrepo ſonitu dat miſta fragorem; Nec mirum, quum plena animae veſicula parua Saepe ita dat pariter ſonitum diſploſa repente. *Bergl.*

404. (405. Br.) *φυσᾷ* o). Sic bene membr. Sic etiam B. a prima manu. Perperam vulgo *φυσσᾷ* *Brunck.*

Ariſt. et Demetrii locum comparat, et in h. l. improbat *γε*, atque ſcribit aut: *τε νεών*, aut *ἀλλὰ νέων τὸν ἑαυτοῦ βάλλει.* Porſonus autem praef. ad Eurip. I. p. XLI. *γε* valere *etiam* cenſet, idemque ib. p. LXII. monet, ſi quis praeferat *ἀλλὰ νεὼν τὸν ἑαυτοῦ β.*, verſum efficere, qualem neque ſcripſerit Comicus quisquam, neque ſcribere potuerit.

m) Ita etiam duo Inu. codices, ſed huic loco non conuenit. Cf. Wolf. ad Demoſth. Or. Lept. p. 348. ſ. Heindorf. ad Plat. Euthyd. 30.

n) Legitur etiam in codd. Elb. et Bau., ſed ed. Brub. *ξηρὸς ἄνεμος.* *Harl.*

o) R. Ib. *φυσᾷ.* Recte. Nam prima ſine duplicatione longa eſt.

406. Lucr. VI. [275. ff.] de fulmine: Infinuatus ibi vortex verſatur in alto Et calidis acuit fulmen fornacibus intus. Nam duplici ratione accenditur; ipſe ſua nam Mobilitate caleſcit, et e contagibus ignis. Sophocl. Antig. 1016. *πτερῶν γὰρ ῥοῖβδος (alarum tumultus) οὐκ ἄσημος ἦν.* Noſter Auu. 1082. *ῥύμῃ τε καὶ πτεροῖσι καὶ ῥοιζήμασιν αἰθὴρ δονεῖται.* *Bergl.*

407. *ἀτεχνῶς ἔπαθον τουτί.* Plane ſic et vt opinor hinc, Lucian. dial. M. 27. *ἀτεχνῶς πάσχουσι τοῦτο p).* *Ern.* *Διασίοισιν.* Quum nempe maximum eſſet hoc Iouis apud Athenn. feſtum, vt de eo infra in Scholl. ad Eqq. 443. dicitur; vnde ſplendide illud cum pompis ſolemnibus, quod vel ex eodem illo Comici loco liquet, tum opiparis epulis celebrari ſolitum. Qua de re videri poteſt Luciani locus in Timone p. 78. T. I. *q)* quem vidit iam in Graecia Feriata Meurſius. *Spanh.*

408. *γαστέρα.* v. Hom. Od. XVIII. 44. 117. Caſaub. ad Athen. p. 179, 80. *Ern.* *ξυγγενέσιν.* Sic L. recte, vnde repoſui pro *συγγ.* Idem *Ern.* [*ξυγγ.* etiam *Br.* *Sch.* *Herm.*]

οὐκ ἔσχων. Locum hunc citat Suidas V. *Οὐκ ἔσχων.* *Kuſt.* A themate *σχέω, σχάζω.* Male ap. Euſtath. p. 842. l. 56. excuſum *ἔσχον*, pro *ἔσχων, τὴν γαστέρα, ἣγουν ὀπτωμένην οὐκ ἔσχασα. καὶ ἔστι τοῦτο πρωτότυπον τοῦ σχάζω.* In tribus Regiis eadem ſcripturae menda *ἔσχον r).* Meus *ἔσχων*, cum gl. *ἔσχισα*, male pro *ἔσχασα.* *Brunck.*

409. *ἐφυσᾶτ'.* Sic e R. Ib. reſcripſi pro *ἐφυσσᾶτ' s).* *Ern.* *ἢ δ' ἀνεφυσᾶτ'.* Sic meus, niſi quod literam ſibilantem male geminat. In membr. *ἢ δ' ἄρ' ἐφυσᾶτ'.* Vulgo: *ἢ δ' ἄρ' ἐφυσσᾶτ'.* *Brunck.* *ἢ δ' ἀνεφυσᾶτ'* etiam cum Br.

---

cf. 409. Ceterum verſus eſt fine omni caeſura. *Ern.* De caeſura quid Ern. ſibi velit, non capio. *Herm.*

p) v. de voc. *ἀτεχνῶς* [i. q. *ἀληθῶς*] Timaeus ibique Ruhnken. p. 58. [52. ed. ſec.] *Harl.*

q) C. 7. p. 115. f. ed. Hemſt. vbi vidd. intpp.

r) *Ἔσχον* etiam L. Ib. ap. *Ern.*

s) Eſt *ἐφυσᾶτ'* etiam in Rau. et Elb.

ediderunt *Herm.* et *Sch.* διαλακήσασα. Ib. διαλακίσασα male. Caet. ſyllaba λα alias breuis eſt. Gloſſa cod. L. eſt ἠχήσασα. Aut διαληκ. ſcribendum, vt habemus ἀπολληκεῖν, ἐπιλληκεῖν, aut α in vſu retinuit quantitatem literae η. *Ern.*

410. κατέκαυσε ſine ν L. *t*), qui et addit μου. Vtrumque male. *Ern.*

411. Verſus hic et quinque ſequentes *v*) apud Laert. in Socrate [L. II.] ſect. 27. [p. 96. ſ. Menag.] ſic leguntur:

Ὦ τῆς μεγάλης ἐπιθυμήσας σοφίας ἄνθρωπε δικαίως.
Ὡς εὐδαίμων παρ᾽ Ἀθηναίοις καὶ τοῖς ἄλλοισι διαζῇς,
Εἰ μήμων καὶ φροντιστής, καὶ τὸ ταλαίπωρον ἔνεστιν
Ἐν τῇ γνώμῃ, κοὐκ ἔτι κάμνεις οὔτε ἑστὼς οὔτε βαδίζων,
Οὔτ᾽ αὖ ῥιγῶν ἄχθῃ λίαν, οὔτ᾽ ἀρίστων ἐπιθυμεῖς,
Οἴνου τ᾽ ἀπέχει κ᾽ ἀδδηφαγίας καὶ τῶν ἄλλων ἀνονήτων *x*).

---

t) Vt et Bau. ap. Harl.

v) MS. R. tribuit hos v. ſeqq. choro, male. Vid. v. 421. vbi Strepſiades vni reſpondet et v. 422. vbi manifeſte Socrates loquitur. *Ern.* At res ipſa docet, haec a Nubibus dici, nec, quae obiicit Ern., vim vllam habent. Nam 421. ad Socratem ſe conuertit Strepſiades, vt a quo accepturus ſit Nubium ſapientiam. Vnde Socrates etiam reſpondet. Recte ergo Brunkius cum 5. codd. ſuis chori nomen his verſibus praefixit. *Herm.*

x) Num ex altera editione repetierit Diog. hos verſus, an memoriter excitauerit illos, definire non auſim. *Harl.* Vitio, ni fallor, calami ap. Diog. L. 2, 5, 27. vbi hic locus laudatur, librarius ἄλλοισι dedit pro Ἕλλησι, niſi ex gloſſa illud verbi receptum fraudi fuerit voci genuinae. Sed quod idem ſcriptor praebet διαζῇς pro γενήσει, quod διάξεις fuiſſe puto, perelegans eſt aptumque hiatui vitando. cf. 464. Etiam tertio abhinc verſu minime male Diogenes: Ἐν τῇ γνώμῃ κοὐκ ἔτι κάμνεις, praeſertim ἐν τῇ γνώμῃ, quod laxe, pro more ſuo, interpretati mihi videntur gloſſatores ἐν τῇ ψυχῇ, quum ex Pyth. et Plat. doctrina ἡ γνώμη (ὁ νοῦς, ὁ λόγος, ἡ φρόνησις) opponeretur τῇ ψυχῇ (τῷ πάθει, τῷ παθητικῷ), id quod docte exſequitur Io. Luzacius in Obſs. in Eurip. maxime Hippol. 1794. editis. Etiam 416. haud inepte pro ἀνοήτων compilator noſter exhibet ἀνονήτων, quae verba ſaepiſſime permutari inter ſe conſtat. Quod vero eodem verſu κ᾽ ἀδδηφαγίας ibidem legitur pro καὶ γυμνασίων, ex priore id Nubb. editione remanſiſſe puto, rudiore illa minusque eleganti, ſiquidem qui ἀριστῶν οὐκ ἐπιθυμεῖ, cum

Haec lectionum varietas notanda eſt. Caet. verſus primus, vt hodie quidem ap. Ariſt. legitur, caeſura caret; quam tamen habebit, ſi pro σοφίας ἐπιθυμήσας, transpoſitis tantum duabus illis vocibus, ſcribas ἐπιθυμήσας σοφίας, vt ap. Laert. d. l. recte legitur. *Kuſt.* Voces collocatae ſunt in tribus Regg. eodem quo eas ordine exhibui [ϡ τ. μ. ἐπιθυμήσας σοφίας, ἄνθρ. π. ἡ.] *y*). Vulgo legitur contra commatum anapaeſticorum leges: ϡ τ. μ. σοφίας ἐπιθυμήσας, ἄ. π. ἡ. Hic autem verſus et ſeqq. perperam vulgo Socrati tributi *z*), in IV. codd. choro adſcribuntur. *Brunck.* Eadem vocum in cod. (quinto) collocatio, quae in noſtro textu. Praefixa itidem chori perſona. Idem in Suppl.

ἄνθρωπε. R. ὤνθρωπε. non displicet. *Ern.* Id repoſuimus. *Herm.* cumque eo etiam *Sch.* (ὦ ″νθρωπε.)

415. μήτε ῥιγῶν. Sic bene meus (et cod. quintus in Suppl. laudatus). In tribus Regiis μήτ᾽ οὖν ῥιγῶν *a*). Vulgo: μήτε γε ῥ. vid. ad Plut. 1065. — μήτ᾽ ἀριστᾶν *b*). Sic meus et B. optime. In duobus aliis ſine eliſione μήτε ἀρι-

---

neque ἀδηφάγον eſſe facile intelligitur, ſqualoremque etiam pſeudophiloſophicum viuidius depingit τὸ ἀπέχειν γυμνασίων. *Hotib.* L. Ariſt. p. 41.

y) Ita etiam R. L. Ib. ap. *Ern.*, quod ipſe ſuauius eſſe dicit.

z) In ed. Ald. et Iunt. nullius nomen, in reliquis Socratis nomen additum eſt. Friſchlinus iam adſignauit choro, atque ad irridendam Socraticae vitae rationem id efficacius eſt. Nodus vero vincitur, et ſenis animus mutuis ſermonibus magis firmatur. *Harl.*

a) Ita etiam R. L. Ia. Suid. quod arridet Erneſtio.

b) R. Ia. μήτε ἀριστᾶν. L. μήτ᾽ ἀριστᾶν. Diog. οὔτ᾽ ἀριστᾶν. Vtrumque rectius. Nam prima in ἀριστᾶν eſt longa. Itaque edidi μήτ᾽ ἀριστᾶν. *Ern.* Vocula γε, quam bis inſerciendam curauit Kuſt., metri rationem toties interturbat. Alterum ex iam dictis liquido conſtat [vocalem breuem ante ῥ produci]. Alterum exinde conſtat, quod v. ἀριστᾶν cum tota familia primam ſemper producat. Eqq. 535. Vesp. 611. Pac. 1280. An. 660. *Dawes.* M. Cr. p. 162. Etiam Elb. ap. Harl. μήτ᾽ ἀριστᾶν. Vtroque loco cum Br. etiam Rau. cod. conſpirat (vnde Inu. Sch. Herm. ſequuti ſunt), cod. Borg. vulgatum habet. *Reiskius* coniecit μήτ᾽ ἀποῤῥίπτων ἐπιθυμεῖς *neque res difficulter parabiles appetis.* „In eam, inquit, coniecturam me induxit Laertius Diog. apud quem (p. 97. ed. Meib.) legitur ἀῤῥίπτων.“

σᾷν. Vulgo μήτε γ' ἀρισᾷν. Ab imperito homine inserta fuit particula. Prima in ἄριστον *prandium* semper producitur. V. Conc. 348. 470. Au. 1602. Vesp. 613. Eqq. 815. Pac. 1281. *Brunck.*

416. ἀνοήτων. Ap. Laërt. minus recte legitur ἀνονήτων. Ἀνόητα autem ap. Graecos dicitur nimius et intemperans amor voluptatum, quae ad corpus referuntur, veluti vini, epularum, et aliarum rerum. Praecipue autem amor libidinosus et nimius appetitus Veneris hac voce notatur. Etymol. V. Εὐνοῦχος c)· οἱ γὰρ ἀρχαῖοι τὰ ἀφροδίσια, ἀνόητα ἐκάλουν, ὡς παρὰ Ἀριστοφάνῃ· Ἵπνου τ' ἀπέχεσθαι καὶ τῶν ἀνοήτων πάντων. Respexit nimirum ad hunc ipsum locum Comici nostri, sed in quo (quod notandum) pro οἴνου legit ὕπνου. V. etiam Suid. V. Ἀνόητα, qui itidem locum hunc citat. Caet. dicto sensu vox ἀνόητα etiam capitur a Philostr. Vit. Apoll. VI, 13. vbi de Satyro, qui ante libidinosissimus fuerat, dicit: πέπαυται γὰρ τῶν ἀνοήτων, i. e. *desiit enim amori libidinoso indulgere.* Male ibi interpres latinus: *iam enim molestiam vobis afferre desinet.* Huc etiam spectat locus insignis ap. Eurip. Troad. 989. quem iam adduxit Bisetus. Cfr. etiam hac de re Heins. Introd. in Hesiod. Op. et D. c. 6. cuius scrinia hic non compilabo. *Kust.* Ad haec addam solum, quod verbo, cuius hic fit in Scholl. mentio, ἀνοηταίνειν, i. e. μωραίνειν vsus sit haud semel Iulianus Imp., vt Or. II. p. 57. vltim. edit. βαρβαρίζων καὶ ἀνοηταίνων *barbare ac dementem se gerens*, et Or. III. p. 111. λῆρεῖν οἴεται καὶ ἀνοηταίνειν. Sic ap. Isidor. Pelus. de Nouato epist. C. τί φρυάττῃ ὡς καθαρὸς ἀνοηταίνων. *Spanh.* Non sum sequutus Scholiasten, qui dicit v. ἀνόητα hic notare τὰ ἀφροδίσια· nam si haec verba Comici: εἰ ἀπ. γυμνασίων καὶ τῶν ἄλλων ἀνοήτων, vertas: *si abstines a gymnicis exercitiis et ab aliis d) rebus venereis;* illa exercitia etiam videbuntur esse res venereae: et perinde foret ac si quis diceret: *si abstines a deambulationibus et ab aliis huiusmodi cibi generibus.* Potest quidem illa vox quandoque ita accipi, vt etiam v. μωραίνειν ap. Eurip. Androm. 674. γυνὴ μωραίνουσα, vbi recte Schol.

---

c) Eadem leguntur ap. Zonar. Lex. I. p. 901.

d) Debebat reddi: *a caeteris.*

ἀκολασαίνουσα, ἀσελγαίνουσα, πορνεύουσα. V. etiam ad v. 1066. Sed hoc non vbique fieri debet. *Bergl.* Hinc etiam *Schütz.* et *Wil.* verterunt *andre Eitelkeiten*, vt Francog. *autres folies*, *Harl.* cum Bergl. *res ineptas.* Vtramque notionem coniunxit gl. in cod. quinto Br. ἀφροδισίων καὶ πάντων τῶν ἐκ μωρίας γινομένων.

418. πολεμίζων. C. πολεμίζειν, male. Nominatiui pendent a νομίζεις. *Ern.* *Zungengefechte* reddiderunt *Sch.* et *Wil.* atque hic p. 64. ff. docuit, quomodo ex frugalitate Socratis, laborum patientia, inſtitutione publica, fortaſſis etiam habitu, inceſſu et geſtu eius, repeti potuerint vanae hae eius criminationes atque irriſiones, et probabiles reddi.

419. ψυχῆς στερρᾶς. Eurip. Hec. 296. οὐκ ἔστιν οὕτω στερρὸς (dura) ἀνθρώπου φύσις. *Spanh.* Ad illa omnia ſe paratum eſſe dicit, quae requirebat Socrates in ſuis diſcipulis. In Ariſtophontis Pythagoriſta ap. Athen. VI. [p. 238. Cas. T. II. p. 414. Schweigh.] ſimiles conditiones propoſuerat, vt videtur, Pythagoras aut Pythagoricus aliquis μαθητιῶντι cuidam, qui ſimiliter paratum ſe eſſe dicit: πρὸς μὲν τὸ πεινῆν ἐσθίειν τε μηδὲ ἓν Νόμιζ' ὁρᾶν Τιθύμαλλον ἢ Φιλιππίδην· (homines macie confectos) Ὕδωρ δὲ πίνειν. βάτραχος· ἀπολαῦσαι θύμων Λαχάνων τε, κάμπη (ad fruendum thymo et oleribus, ero e) eruca)· πρὸς τὸ μὴ λοῦσθαι, ῥῦπος· Ὑπαίθριος χειμῶνα διάγειν κόψιχος (ad degendum ſub dio hyeme, merula ero)· Πνῖγος (aeſtum) ὑπομεῖναι καὶ μεσημβρίας λαλεῖν, Τέττιξ· ἐλαίῳ μήτε χρῆσθαι μηδ' ὁρᾶν, Κονιορτός (ad oleum nec adhibendum nec videndum, puluis)· ἀνυπόδητος ὄρθρου περιπατεῖν, Γέρανος (grus)· καθεύδειν δὲ μικρόν, νυκτερὶς (veſpertilio). *Bergl.* δυσκολόκοιτος μέριμνα eſt cura ſomnum turbans, τρυσίβιος vitam excrucians, vt Bergl. reddidit.

420. θυμβρεπιδείπνου *f*). Infra Acharn. 253. βλέπουσα θυμβροφάγον ſeuere intuens; de quibus locutioni-

---

e) Grotius in verſione quam repeti iuſſit Schweigh. non ἔσομαι, vt Bergl., ſed ἐστιν ſuppleuit.

f) Elb. Bau. R. L. C. ap. Ern. θρυμβεπιδείπνου, et gl. L. θρύμβον δειπνούσης. De thymbra Salmas. ad Solin. p. 409. laudat *Harl.* Elt laturcia hortenſis, *Saturey.* cf. Theophr. H. Pl. VII, 1. Dioscor. III, 45. *Hühnerkohl* reddidit *Wiland.*

bus, quae sunt huic Comico familiares, agetur ad v. 1178. Θύμβρα, agrestis oleris genus, vt ibidem in Scholl. dicitur, vnde tenuis huius Strepsiadis victus designatur, qui olera solum comederet. *Spanh.* Gl. εὐτελοῦς περὶ τὰς τροφάς. Suid. τὰ θύμβρα δυναμένης δειπνεῖν. ἔστι δὲ βοτάνης εἶδος. *Brunck.* Suid. λάχανα μόνα τραγούσης εὐτελῆ. v. Salmas. ad Solin. p. 907. b. c. Eustath. in Odyss. P. 1828, 12. θυμβροεπίδειπνος ὁ εὐτελῶς δειπνῶν, ὡς θύμβρους ἀρκεῖσθαι. θρασίμους [τρυσίβιος], ὁ τρύων ἤτοι κακοπαθῶν περὶ τὸν βίον. *Duck.*

421. ἕνεκα [vt olim vulg.] MS. Vat. U. εἵνεκα, quae lectio metro melius conuenit. *Kust.* Rectius. Possis etiam scribere οὕνεκα vel ἕνεκεν, vt placet Dukero [in nott. inedd.] *Ern.* οὕνεκα τούτων. Sic bene C. Perperam vulgo ἕνεκα, reclamante metro. *Brunck.* Sensus: ne sis sollicitus, nam eo nomine me praebere possim, vt ferrum in me cudant. (vt vertit Bergl.)

422. Vulgo sic legitur hic versus:

ἄλλο τι *g)* δῆτ' οὐ νομιεῖς εἶναι θεὸν οὐδένα πλὴν
ἅπερ ἡμεῖς.

Oportebat saltem οὐδέν, hac constructione: οὐ δῆτα νομιεῖς ἄλλο τι οὐδὲν εἶναι θεὸν, πλὴν — Sed deprauata est illa lectio, cuius vitium sensit Dawesius *h)*. In membr. scriptum est, vt edidimus:

ἀλλ' ὅτι δῆτ' οὖν νομιεῖς ἤδη θεὸν οὐδένα, πλὴν ἅπερ
ἡμεῖς —

---

g) R. ἀλλ' ὅτι. Ib. addit οὖν male, e glossa. R. Ib. pro εἶναι habent εἰδη. Ib. θεῶν. οὐδένα non placet; scrib. οὐδέν. *Ern.* Leg. οὐδέν. Constructio est: οὐδέν τι ἄλλο οὐ νομιεῖς θεῖν. *Reisk.*

h) ἄλλο τι δῆτ' οὐ νομιεῖς εἶναι θεὸν οὐδένα, πλὴν — τρία ταυτί; Ita locum repraesentat editor Lond., sic autem interpretatur: *aliud nempe quicquam non putabis deum vllum, praeter ea, quae nos: hoc Chaos scilicet, atque Nubes et Linguam: haecce tria?* Atqui verbo *deum* alterum istud *vllum* importune. ne dicam inepte, subnici quis non videt? Sed neque minus vel importunum est vel ineptum, quod in contextu inuenerauit οὐδένα. Alii legunt ἀλλὰ τί, vti et οὖν νομιεῖς. Verum ex his quodcumque demum elegeris, orationem habebis proletario magis scriptore, quam Comico nostro dignam. Hunc autem sic scripsisse crediderim: 'Αλλ' ὅτι δῆτ' οὐ νομ. εἶναι θεὸν οὐδέν, πλὴν — τρία ταυτί. *Nihil igitur aliud deinceps existimabis deum esse, praeterquam* — Solemnis autem est locu-

Sic etiam in tribus aliis, nisi quod in B. D. pro οὖν est οὐ, vt in C. δῆτ' exscriptoris errore omissum fuit. Elliptica phrasis est, per interrogationem efferenda: Ἀλλὰ μῶν πρὸς τούτοις κελεύεις με θαῤῥεῖν, ὅτι δῆτ' οὖν ἤδη νομιεῖς οὐδένα θεόν, πλὴν — Nostra lectio est etiam in edd. primariis, nisi quod perperam excusum ἄλλο τι — Distincte et perspicue sic scriptus est hic versus in cod. (quinto): ἀλλ' ὅτι δῆτ' οὐ νομιεῖς εἶναι θεὸν οὐδένα πλὴν ἅ. ἡ. *Brunck.* Nos Br. maxime lectionem sequuti sumus, quam recte ille monet ellipticam esse, vt locus sic intelligatur: at vero num etiam propterea me iubes bono animo esse, quod deos non sis alios habiturus, quam qui ab nobis colantur? οὖν vero, quod hic nullam vim habet, cum Brunkii codice et Reg. B. ac vulgatis libris in οὐ mutauimus, quod et de more nec sine insigni pondere hic adiectum est. *Herm.* Idem fecit *Sch.*, sed *Inu.* Brunkii lectionem omnem retinuit. In not. mss. *Herm.* maluit scribi: ἄλλο τι δῆτ' οὐ νομιεῖς ἤδη θεὸν οὐδέν, etc.

423. τὸ χάος. Vnde illustratur continuo, ad quem respexisse videtur Arist., notissimus Hesiodi locus Theog. 116. ἤτοι μὲν πρώτιστα χάος γένετ'. Hinc pro deo s. primo rerum principio a Socrate habitum hic dicitur, quod, iuxta commentantem illa Hesiodi verba Sex. Empir. adu. Mathem. p. 383. [II. adu. Phys. 1. p. 635. f. Fabric.] dici non posset a quo chaos fuerit ortum. Vnde vt id a philosophis disceret Epicurus, eum inde iis dedisse operam, quum ibi ab eodem Sexto, tum ab Apollodoro Epicureo traditum ap. Laërt. ab initio vitae Epicuri legimus. Constat vero admissum postea ab Epicuro illud *Chaos*, seu *Inane*, adeo etiam vt non *Hesiodeum*, sed *Epicureum chaos* dici a Seneca meruerit, Ep. LXXII. [§. 11.] *Imperitis ac rudibus nullus praecipitationis finis est: in Epicurum illud chaos decidunt inane sine termino.* De eodem chao caeteroquin disserit alibi idem Sextus, vt Pyrrh. Hyp. III, 12.

---

tio ista: οὐδὲν ἄλλο πλὴν — Acharn. 575. Vesp. 1498. Pac. 504. Au. 19. 902. Soph. Ai. 125. Oed. Col. 597. Eurip. Hec. 594. And. 746. Cycl. 590. Sin etiam οὐδὲν ἄλλο ἔτι coniuncta videre gestias, cf. Eurip. Bacch. 772. *Dawes.* M. Cr. p. 226. In Cod. Barocc. 127. legitur: ἀλλ' ὅτι δῆτ' οὖν νομιεῖς ἤδη θεὸν — εἶναι ex Iunt. venit in Bas. Porti, Lugd. Küst. et Bergl. sed ἤδη cod. Bau. ac reliquae edd. vett. *Harl.*

p. 135. [c. 16. p. 157. f. Fabr.] adductis rurſus Heſiodi de eo verbis, et ex ipſorum Pyrrhoniorum mente contra philoſophos disputat, qui chaos dicant locum eſſe, qui comprehendat ea, quae in ipſo ſunt, ſeu, vt alibi loquitur, adu. Math. p. 832. [p. 637. Fabr.] qui omnia continet. *Chaos* vero de *aëre* clare ſumit Schol., prout id in elegantibus gallicis huius dramatis notis ſimiliter dicitur; quum tamen, ne alia iam tangam, vtrumque in eadem hac fabula diſtingui videas v. 625. vbi inducitur veluti adſerens Socrates, μὰ τὴν Ἀναπνοήν, μὰ τὸ Χάος, μὰ τὸν Ἀέρα *i)*. Mitto iam, quod inter ſpurios Platonis dialogos, in Axiocho nempe, *Chaos* procul a nubibus apud inferos ſtatuatur p. 371. T. III. [inter diall. Aeſch. Socr. III, 21. vbi cf. Fiſch.] vbi de ſceleratis et impiis dicitur: ἄγονται πρὸς Ἐρινύων ἐπ' Ἔρεβος καὶ Χάος διὰ Ταρτάρου. *Spanh.*

τὴν Γλῶτταν. Feſtiue Comicus *Linguam* addit, tamquam iuxta *Chaos* et *Nubes*, vnum e tribus diis, quos agnoſceret Socrates, velut tota illius et diſcipulorum ſcientia in mera loquacitate et rerum futilium ostentatione fuerit demum ſita, vt conſtat etiam e proximis Socratis ad Strepſiadem verbis. Quod ipſum in Sophiſtis ab ipſo Socrate reprehenſum, e tot Platonis ea de re locis ſat liquet; quorum proinde Sophiſtarum numero vere fuerit *Lingua*. *Spanh.* Euripides σωκρατίζων in Ranis Comici 913. eosdem deos inuocat: Αἰθὴρ ἐμὸν βόσκημα καὶ γλώσσης τρόφιγξ etc. *Bergl.* In fine verſus edd. aliae punctum ponunt.

424. Numeroſior eſſet verſus, ſi transpoſitis vocibus legeretur: ἀτεχνῶς οὐδ' ἂν διαλεχθείην *k)*. *Brunck.* ἀτεχνῶς R. omittit. Ia. C. γ' ἀτεχνῶς. *Ern.* Sic etiam Rau. Id elegantius viſum nobis: quare recepimus *l)*. Non male Br. monet, numeroſiorem futurum fuiſſe verſum: ἀ. οὐδ. ἄν δ. Nam in priore parte huius carminis ſatis diligenter obſeruatur poſt primam dipodiam caeſura — Nihil tamen propter hanc cauſam mutauerim. Vid. quae dixi de metr. II, 38. p. 299. *Herm.*

---

i) Eum locum etiam Bergl. laudauit.

k) Plut. 1083. οὐκ ἂν διαλεχθείην διεσπεκλωμένη. *Bergl.*

l) Vti etiam Inu. Sed Schütz., vt vulgo, διαλ. ἀτεχνῶς.

425. οὐδ' ἐπιθείην. Ran. 909. ἐπίθες δὴ καὶ σὺ λιβανωτόν. Vesp. 96. ὥσπερ λιβανωτὸν ἐπιτιθεὶς νουμηνίᾳ. *Bergl.*

428. τοίνυν ὑμῶν. Sic IV. codd. omisso γ' [ante ὑμ.] Mox v. 434. tres Regii τοίνυν ὦν, vbi meus τοίνυν γ' ὦν. *Brunck.* In vtroque loco quintus cod. particulam γε non agnoscit. *Idem* in Suppl. — L. Ib. sic: δέομαι τοίνυν ὑμῶν, ὦ δέσποιναι, quod caesuram corrumpit. R. L. Ib. omittunt γ', vt R. 434. *Ern.* δέομαί τοι νῦν ὑμῶν edidit *Herm.*

429. σαθίοισι. Ridicule: quasi stadiis metiremur eloquentiam. In Ran. 90. Εὐριπίδου πλεῖν ἢ σαθίῳ λαλίστερα. Similiter Synesius iocatur epist. 134. ὥστε μοι δοκεῖν πλεῖν ἢ παλαισῆι καὶ δακτύλῳ γεγονέναι σοφώτερος (itaque mihi videor plus quam palma et digito factus sapientior). *Bergl.*

431. γνώμας οὐδείς. In prioribus edd. post γνώμας additur μεγάλας *m)*, inuito prorsus metro, quippe quod vocem illam vt superfluam respuit. Quare delendam eam censui, praesertim quum et ap. Suid. V. Γνώμη, vbi locus hic citatur, illam deesse viderem. Cum Suida consentit Ms. Vat. Vrb., a quo itidem vox illa abest. *Kust.* Prorsus corrupit versum Inu. recipienda lectione cod. Rau. ἐν τῷ δήμῳ γνώμας μεγάλας οὐδεὶς νικήσει πλέον ἢ σύ. Debebat certe νικᾷ scribi. Neque video, quomodo ab eo scribi potuerit, Brunkium typographi errore dedisse: ἐ. τ. δ. γνώμας οὐδεὶς νικήσει πλείονας ἢ σύ. Nam idem ap. Kust. Bergl. Harl. aliosque recte legitur.

433. ὅσ'. Atticum est ὅσα pro ὅσον i. e. μόνον, *solum, tantum.* ἐμαυτῷ, Gl. χάριν ἐμαυτοῦ. *Brunck.* στρεψοδικῆσαι. Quomodo στρεψοδικοπανουργίαν dicit Comicus Auu. 1468. *n) verspellem iuris inuersionem.* Hesych. στρεψοδικεῖν· ἀποστρέφειν τὴν δίκην, *ius inuertere o):* dum nempe Strepsiades liberaret se a creditorum suorum vexationibus, eam dicendi artem a Socrate ac discipulis eius edoctus, qua probaret, se nihil iis debere. *Spanh.*

---

m) Ed. Bas. addit μεγάλας e v. seq. *Ern.*

n) Hunc locum etiam *Bergl.* laudauit.

o) Suid. ἀντὶ τοῦ στρέψαι τὰς δίκας. *Brunck.*

434. γ' [olim post τοίνυν additum] Brunk. cum quatuor Regiis omisit *p)*, v. ad 355. et 428. Pro ἱμείρεις cod. Bau. ἱμείρῃ, Regius C. ἱμείρει, L. ἱμείρῃς. Recte Brunk. ἱμείρεις hiatus vitandi causa praetulit *q)*. *Herm.*

435. προπόλοισιν. L. [Bau.] προσπόλοισιν. Sic videtur Schol. habuisse, qui interpretatur πρόσφυξι. *Ern.* In Plut. 670. τοῦ θεοῦ ὁ πρόπολος. *Bergl.*

436. ταῦθ' pro τοῦθ' e cod. Rau. cum Inu. dedit *Herm.* — πιέζει. Aesch. Choëph. 248. τούσδ' ἀπωρφανισμένους νῆστις πιέζει (premit) λιμός. *Bergl.*

437. κοππατίας. Supra v. 23. *Bergl.* In fine versus, vbi Br. et cum eo Sch. atque Inu. ἐπέτριψε dederunt, recte Herm. ἐπέτριψεν restituit.

438. *r)* Strepsiades paratum se esse ad omnia perpetienda profitetur, et Socrates a choro admonitus incipit senem sacris suis initiare. *Harl.* Perperam etiam vulgo adscriptum: Στρεψιάδης μόνος. Nam continuat Strepsiades sermonem coeptum, praesentibus choro et Socrate. Wilandus et Francog. interpres etiam existimant, eum haec pro se loqui; verumtamen chorus respondet. — Vulgo: νῦν οὖν χρήσθων ἀτεχνῶς ὅ τι β. Istud ἀτεχνῶς, quod metrum non admittit, imperite huc retractum fuit e v. 452. *s)*. *Brunck.* Peius adhuc ac vulgo, cod. (quintus) νῦν οὖν χρήσθων ἀληθῶς *t)* ὅ τι β. Est autem χρήσθων tertia dualis Imperatiui, qua in passiua forma vtuntur Attici pro tertia plurali χρήσθωσαν *v)*. v. Thom. M. [p. 922. ibique intpp.]

---

p) Deest etiam in R. Ia. ap. *Ern.* Etiam h. l. Herm. τοι τοῦν edidit.

q) Minus bene in C. ἱμείρει, forma media. *Brunck.*

r) Incipit hic in plerisque edd. act. I. scena quinta.

s) Deleuerunt etiam Sch. Inu. Herm.

t) Ex manifesto glossemate voc. ἀτεχνῶς. vid. 407.

v) Pro χρήσθωσαν poni obseruat etiam *Bergl.* Add. de hac forma Hemsterh. ad Luc. D. Mort. X, 2. T. I. p. 564. s. Valk. ad Herod. p. 514. Koen. ad Greg. p. 73. Matthiä Gramm. gr. p. 252.

et primarium in his literis virum, Wesseling. Observv. p. 50. vbi Scholiasten ad hunc vers. redarguit. *Idem* in Suppl. Subintell. ad χρήσθων *me*. Perperam in nonn. edd. ὅτι.

439. αὐτοῖσιν. Sic ob metrum scribendum. Perperam vulgo αὐτοῖσι. *Brunck.* Ita Sch. Inu. Herm. dederunt.

440. παρέχω τύπτειν (trado ad vapulandum). Eurip. Herc. F. 319. ἰδοὺ πάρεσιν ἥδε Φαραγάνῳ δέρη, Κεντεῖν, Φονεύειν, εἶναι πέτρας ἄπο (en adest haec ceruix ensi, vt pungatur, vt caedatur, vt de saxo deturbetur). *Bergl.*

441. ἀσκὸν δαίρειν. Sic distincte, perspicue, et optime membr. Perperam vulgo, claudicante versu δέρειν. In meo δέῤῥειν, quod nihili est. Suidas: δαίρω, τὸ τύπτω· δέρω δέ, τὸ ἐκδέρω x). Verane fit, an non, haec differentia, in medio relinquo. At inde constat probum esse verbum δαίρω, quod praeter Suid. confirmat metri huius versiculi ratio, quae δαίρειν omnino flagitat et δέρειν respuit. Occurrit rursus hoc verbum Au. 365. vbi pro δαῖρε perperam legebatur δεῖρε. In cod. (quinto) scriptum δέρειν, et superscriptum ab eadem manu δαίρειν. *Brunck.* Bentleius y), quia versus sic non constat, corrigit τε δέρειν. Melius Mss. Arund. R. Ib. δαίρειν. Caet. hic debet esse τελεία στιγμή, vt est in edd. antiquis. *Ern.* δαίρειν cum colo, recte recentt. edd. Reddunt: pro vtre excoriare.

443. R. τοῖς τ' ἀνθρώποις, contra post delet τ', vt L. Ib. quod magis placet. *Ern.* Vulgo enim τοῖς ἀνθρ. τ' εἶναι. Praeferendum putauimus alterum. *Herm.* Etiam Inu. et Sch. τοῖς τ' ἀνθρ.·ε.

---

x) Perpetua est vv. δέρειν et δαίρειν permutatio in codd. librorum N. T. v. Intpp. Matth. XXI, 35. Cum Suida consentiunt Zonar. Lex. II. p. 472. et Phauor.

y) Ms. Arund. habet δαίρειν· quae lectio metro magis fauet, nec sensui eadem contraria est. *Kust.* δέρειν sine dubio mendose, quum iambus sit pro anapaesto vel spondeo. Scaliger emendat: ἀσκὸν δείρειν, quod nusquam exstat. Ego repono: ἀσκόν τε δέρειν. Nam quum τὸ ἀσκὸν δέρειν ex pluribus nouissimum ponatur, recte ei additur τε. *Bentl.*

445. ψευδῶν συγκολλητής z). Quibus proinde opponere licet illud ap. Aeſch. Choëph. 540. συγκόλλως ἔχειν h. e. iuxta vet. Schol. συνημμένως τῇ ἀληθείᾳ, *conglutinatum cum veritate.* Prout caeteroquin συγκόλλως ὥστε σύναιμα ποιεῖν de cucurbita *cuti velut conglutinata et conſanguinea* in pentametro griphi illius ap. Athen. X. p. 452. cuius prior verſus ap. Ariſtot. legitur Rhetor. III, 7. a). *Spanh.* Metaphorice, vt Eqq. 460. ἀλλ' ἠπισάμην γομφούμενά τε πάντα καὶ κολλώμενα. *Bergl.*

446. Verſus gratia ſcribendum eſt εὑρησιεπής, vt habet Ms. Vat. U, b). *Kuſt.* Legitur hoc quoque ap. Pind. Ol. IX, 120. εἴην Εὑρησιεπὴς ἀναγεῖσθαι, *vtinam eſſem verborum inuentor ad narrandum. Spanh.* Scaliger ob metrum reponit εὑρεσιεπής· quod quum poëticum ſit, nonniſi in choro tulerim. Ego verius caſtigo, εὑρησιεπής· quomodo hic legendum eſſe contendo. *Bentl.* εὑρησιεπὴς optime membr. cum gl. ἐφευρετὴς λόγων. Perperam vulgo εὑρεσιεπής, claudicante metro. *Brunck.*

περίτριμμα δικῶν i. e. *in litibus forenſibus valde exercitatus.* Sic ſupra 259. τρίμμα λέγειν eſt, *in dicendo tritus* vel *exercitatus.* Cf. etiam Noſt. Au. 430. *Kuſt.* Quo ſenſu περίτριμμα ἀγορᾶς *fori rabulam* de Aeſchine dixit Demoſthenes de Cor. p. 160. [p. 269. Reisk. ſ. c. 39. ed. Harl. vbi v. Taylor.] vt ad ſuperiorem Comici locum vidit quoque Schol. *Spanh.* In Acharn. 935. τριπτὴρ δικῶν. Soph. Antig. 183. νόμοισιν ἐντριβὴς *in legibus exercitatus.* Sic τρίβων λόγων· *dicendi artifex peritus,* ap. Eurip. Bacch. 716. περίτριμμα eſt λάλημα. Soph. Antig. 326. οἵμ' ὡς λάλημα δῆλον ἐκπεφυκὸς εἶ (hei mihi, quam vafer orator videris eſſe), vbi Schol. λάλημα, τὸ περίτριμμα τῆς ἀγορᾶς, οἷον πανοῦργος. *Bergl.*

---

z) ξυγκολλητὴς Br. Sch. et Herm. recte ediderunt. Paulo ante ὕπης a Sch. redditur, *der Unverſchämte,* a Wil. *der Schlaufuchs.* Grammatici vett. interpretantur: δρμητικός, ὁ ἐπὶ πάντας ὁρμῶν. v. Zonar. II. p. 1130. Sed Photius Lex. p. 90. ὁ ἰταμὸς atque hoc per ἀναιδής, σκληρός, ὠμός.

a) Cap. 2. §. 12. p. 317. T. IV. Buhl. Add. Schweighäus. Anim. ad Athen. T. V. p. 557. ſ.

b) Ita etiam R. C. ap. *Ern.* qui (laudato etiam Pind. IX, 120.) praefert, et cod. Rau.

447. κύρβις c). Qua voce tam aeneas tabulas, quam lapideas pilas vel columnas, quibus leges ex aequo inſcriberentur, dictas, notant vett. Grammatici, tum h. l. tum ad Au. 1354. De *lapideis* vero *columnis* eamdem vocem explicant tantum Harpocration et eruditi Apoll. Rhod. Scholiaſtae ad IV, 280. E quo inſuper Apollonii loco liquet, id non de Athenienſium ſolum legibus dictum, quod illae in κύρβεσι, ex Solonis inſtituto, eſſent deſcriptae, prout caeteroquin de ſacrorum legibus obſeruat Lyſias adu. Nicomach. [p. 852. 855. T. V. Orr. Gr. Reisk. f. p. 218. 220. T. II. Auger.] τὰ ἐκ τῶν κύρβεων θύειν· θύειν τὰς θυσίας τὰς ἐκ τῶν κύρβεων· et de Deliaſtis, ſeu qui Athenis in Delum mittebantur θεωροί, Athenaeus VI. p. 234. [p. 401. T. II. Schweigh.] ἐν δὲ τοῖς κύρβεσι (in publicis tabulis f. columnis legum) περὶ τῶν Δηλιαστῶν οὕτως γέγραπται. *Spanh.* Ariſtaenetus Epiſt. I, 17. κύρβις γὰρ ἑταιρικῶν ἐστι κακῶν· *nam tabula quaedam eſt meretriciorum malorum.* κύρβις κακῶν eſt prouerbium, de quo videndi Paroemiographi vett. et Erasmus in Adag. *Cyrbes malorum* [p. 378. ed. Frf. 1670.]. Proprie vſurpauit hanc vocem de tabulis legum in Auu. 1354. *Bergl.*

447. κρόταλον. Simili, quo hic ſenſu, eadem vox capitur v. 259. vbi vide quae notauimus. *Kuſt.* (*Brummeiſen*, Sch., *Klappermühle* Wil. vertunt.) — κίναδος. v. Harpocr. h. v. [p. 215. Blanc.] d) qui ad h. l. Comici reſpexiſſe videtur. *Kuſt.* Andocides de Myſt. [p. 49. T. IV. Reisk.] ἐπίτριπτον κίναδος. Soph. Ai. 103. ἢ τοὐπίτριπτον κίναδος ἐξήρου μ' ὅπου; vbi Schol. τὸ ἐξῶλες θηρίον καὶ πανοῦργον· κίναδος γὰρ ἡ ἀλώπηξ. Loquitur autem de Vlyſſe. Noſter Au. 430. πυκνότατον κίναδος. *Bergl.*

τρύμη. v. Euſtath. ad Od. P. p. 1471, 8. qui hunc locum poëtae noſtri ob oculos habuit. *Kuſt.* *Terebram* pr. indicat. Sed Phot. Lex. p. 447. explicat πανοῦργος.

448. μάσθλης. Eqq. 269. ὡς δ' ἀλαζὼν ὡς δὲ μάσθλης, *quam arrogans, quam ſubactus!* μάσθλης proprie eſt ὁ

---

c) R. Ia. κύρβεις. *Ern.* Heut zu Tage würde man dafür ſagen: *das leibhaftige Corpus Iuris. Schütz.*

d) Is oſtendit hoc voc. ſignificare θηρίον, ſed ap. Siculos τὴν ἀλώπεκα dici κινάδιον. add. Phot. p. 123.

μεμαλαγμένος ἱμὰς sive λῶρος, teste Schol., metaphorice ὁ μεμαλαγμένος ἐν πονηρίᾳ, vt idem loquitur. Glossae: μαλάσσω, *subigo*, *mollio*. *Subegi*, mollifico. — Γλοιός. Glossae: γλοιός, *strigmentum*, *destrigmentum*, *oleago*. — *viscus*. *Lubricus*: quae postrema significatio est metaphorica. *Bergl.*

449. κέντρων. Quae vox a Sophocle in Cedalione, deperdito dramate, adhibetur ap. Athen. IV. p. 164. [p. 424. T. III. Soph. Brunk.] ἐστὲ μασιγίαι, κέντρωνες, *verberones vos estis*, *vafri* f. *centrones*, iuxta traditam inter alias, hic in Scholl. et alibi, huius vocis significationem. Apud eumdem Athen. adducitur paullo post Phrynichi versus p. 165. ἔχουσι γάρ τι κέντρον *(stimulum quemdam)* ἐν τοῖς δακτύλοις. *Spanh.*

450. στρόφις. Ita est haec vox formata, vt κόπις, quae itidem de oratore astuto vsurpatur ab Eurip. Hec. 135. ὁ ποικιλόφρων κόπις, ἡδυλόγος, δημοχαρισὴς Λαερτιάδης. Est autem στρόφις, qui *strophas* colit, aut qui scit γλωττοστροφεῖν, vt Comicus loquitur v. 790. vnde γλώσσης στρόφιγξ Ran. 913. *Bergl.*

ματιολοιχὸς [vt olim vulg.]. Hoc verbum agnoscunt Schol. Photius *e)*, Suidas, Eustathius, alii *f)*. Hesych. habet ματαιολοιχός. Quorum alii a μάταιος, alii a μάτιον, (quod ἐλάχιστον significare volunt) vel a μάτιον mensurae genere deducunt. Omnia haec ex vno hoc Arist. loco fluxerunt et eo quidem, ni fallor, mendoso. Nam ex anapaesti lege ματιολ. primam producere debet; ergo non est a μάταιον, quod primam corripit. Illud vero μάτιον sive *minimum* quid, sive *mensura*, quo sponsore admittemus? Quis alias hoc dixit? quis fando audiuit? Sed vt Grammaticis hoc concedamus, quae demum sententia inde exorietur? Ματαιολοιχὸς *vanorum linctor*, *vanilingus*: et ματιολοιχός, *minimorum linctor*, vel *mensurarum linctor*.

---

e) Lex. p. 184. vbi explicatur ὁ περὶ μικρὰ πανοῦργος καὶ λίχνος. μάτιον γὰρ ὡς βέλτιον, τῷ τόνῳ μικρόν.

f) ματιολοιχὸς fere Mss. et edd. Suid. Eustath. ad Il. V. p. 543. Phot. Lex. Cod. L. ματτιολοιχός, quod firmat Bentleii coniecturam. *Etm.* Suid. ὁ περὶ τὰ μικρὰ πανοῦργος καὶ λίχνος. Hesych. iisdem istis verbis exponit voc. ματαιολοιχός. *Bergl.*

Haec sane sunt Grammaticorum deliria. Ego minima mutatione corrigo *ματτυολοιχός*. *Ματτύη* autem quid sit, optime calles, *bellaria* nempe, *lautitiae*, vt turdi et id genus alia. Nosti illud Martialis *g)*: *Inter quadrupedes mattya prima lepus.* Nosti etiam ex Athenaeo Aristophanem *h)* v. *ματτύη* alibi vsum esse [XIV. p. 664. Cas. f. T. V. p. 418. Schweigh.] *ματτυολοιχὸς* igitur, vt *κνισσολοιχός*, *mattyarum linctor*, quod non gulositatem modo, sed et impudentiam notare possit, vt cum caeteris hic epithetis, *θρασύς*, *τολμηρός*, etc. congruat. *Bentl.* In tribus codd., vt vulgo *ματιολοιχός*, quod nihili est. Glossae: *σμικρολόγος*, *φειδωλός*, *καὶ οὐ προιέμενός τι τῶν αὐτοῦ*. At in B. scriptum *ματτιολοιχός*, quod propius ad Bentleii emendationem accedit, quam maximo suo merito recepi *i)*. *υ* et *ι* saepissime commutarunt librarii, nec rarius iidem literam, quae geminari debebat, semel tantum scripserunt et contra. *ματτύη*, *ματτυάζειν*, quid sint, docet Athenaeus p. 662. quem descripsit Eustath. ad Odyss. p. 1751. extr.: vbi alterum eorum, quae modo memorabam peccata, commissum fuit: pro eo enim, quod est ap. Athen., *ματτύην*, Eustath. habet *ματύην*, quod corrigendum. Locum describere non pigebit: *ματτύην ὠνόμαζον πᾶν πολυτελὲς ἔδεσμα· καὶ ματτυάζειν, τὸ σκευάζειν αὐτό, εἴτε ἰχθὺς εἴη, εἴτε ὄρνις, εἴτε λάχανον, εἴτε ἱερεῖον, εἴτε σπερμάτιον.* Verbo vsus est Alexis Comicus, in versibus, quos profert Athenaeus [p. 415. T. V. ex emend. Schweigh.].

τοὖψον λαβοῦσαι τοῦτο τἀπεσαλμένον
σκευάζετ', εὐωχεῖσθε, προπόσεις πίνετε,
λέπεσθε, ματτυάζετε.

Nomine autem in hisce ex alia fabula [Pyrauno, ib. p. 417.]:

Ἐγὼ δ' ἐπειδὰν ἀσχολούμενος λάβω
ἀνέκραγον· οὐ δώσει τις ἡμῖν ματτύην;

---

g) XIII, 92, 2. vbi tamen alii legunt: *gloria* p. l. Sed voc. *mattya* occurrit apud eum X, 59, 4. *Macteae* dicuntur Suet. Calig. 38. Add. Intpp. Athenn. in ed. Schweigh. Anim. T. VII. p. 692. ff.

h) Grammaticum scilicet Aristophanem, non nostrum Comicum, in dramate *Ἄγνοια*.

i) Idem fecerunt *Sch. Inu. Herm.*

Ineptae ſunt codd. gloſſae. *ματτυολοιχός*, vt *κνισσολοιχός*, *mattyarum ſ. lautitiarum linctorem* ſignificat. Euſtath. p. 1817, 38. *κνισσολοιχός, ὁ πρὸς ὁμοιότητα εἴρηταί τινα τοῦ παρὰ τῷ Ἀριστοφάνει ματτυολοιχοῦ.* Sic enim legendum, non, vt vulgo, *ματιολοιχοῦ*. *Brunck.* Verſus hic vulgo, etiam in Br. ed., dimeter eſt adiectis verbis *τροφ. ἀργ.* quae nos ſuperiori verſui, qui vulgo monometer eſt, addidimus. Quod quare factum ſit, dicetur ad v. 1012. *k*). Eodem modo v. 453. nobis monometer, 454. autem dimeter eſt, quod contraria ratione factum in vulgatis libris. *Herm.* Eum ſequutus eſt *Schütz.*

451. R. *λέγουσ' ὑπαντ.* Ib. *καλοῦσ'*. *Ern.* Etiam vnus Regiorum [quintus in Suppl. Br.] *καλοῦσιν l*). Lectio Reg. cod. ap. Ern. haud dubie orta eſt ex *λέγουσ' οἱ πάντῶντες.* Eaque ſunt verae lectionis veſtigia *λέγουσ' ᾧ πάντῶντες m*). Nam neque articulus commode poteſt abeſſe, et verſus elegantior eſt, ſi caeſuram habet. *Herm.*

452. *δρώντων* pro *δράτωσαν*, Attice. In Lys. 494. *οἱ δ' οὖν τοῦδ' ἕνεκα δρώντων, ὅ τι βούλονται.* V. not. ad Ach. 185. *Bergl. χρήζουσιν.* Sic ob metrum ſcribendum. Perperam vulgo *χρήζουσι. Brunck.*

454. Locum hunc citat Athen. III, 14. fin. [p. 94. Caſ. p. 369. T. I. Schw.] *n*). *Kuſt. χορδήν. farturam.*

---

k) Ibi haec notauit Herm.: „V. 449. f. ſic ſcribebantur:

κέντρων, μιαρός,
τρόφις, ἀργ. ματτ.

Vbi neſcias ſane, quare in media enumeratione conuiciorum haec ſola, *κέντρων, μιαρ.*, velut praecipua quaedam maximeque inſignia, a caeteris ſeparentur. Immo voc. *ματτυολοιχὸς* ad monometrum adhiberi debebat, vt, quum ſuperiora nulla admiſſa interruptione decurriſſent, in hoc, vt in vltimo, pauſa fieret. Pariter 453. f. male legebatur:

καὶ βούλονται, νὴ τὴν Δήμητρ',
ἐκ μοῦ χορδὴν
τοῖς etc.

nam verba haec *νὴ τὴν Δήμητρ* non ad praecedentia, ſed ad ſequentia pertinent.“ Itaque Herm. edidit:

καὶ βούλονται
νὴ τὴν Δ. ἐ. μ. χ.

l) Ita pro *λέγουσιν* e Rau. cod. edidit *Inu.*

m) Sic Herm. et cum eo Sch. ediderunt.

n) Eundem locum laudat et *χορδὴν* eſſe cibi genus ex inteſtinis paratum monet *Bergl.* Caſaub. vertit *lactes.*

In Ran. 342. Schol. explicat de *farcimine*, εἰλητήν. καταχορδεύειν est καταχρεουργεῖν, quamquam vocem plebeiam esse ait Longinus de subl. dic. §. 31. [2. vbi v. Toup. p. 383. ed. Weisk.]. Hesych. χορδεῦσαι, τεμεῖν. Themist. Or. I. p. 37. f. ed. Par. καταχορδεύειν μειράκια. v. Cresoll. p. 470. 481. vnde licet colligere, χορδὴν παρατιθέναι esse *concidere verberibus* etc.

456. o). Omnia ab hoc versu vsque ad 476. Ἀλλ' ἐγχείρει etc. in edd. Socrati tribuuntur, quae tamen ad chorum pertinent, vt multis indiciis mihi compertum est. Nam primo Socrates non debet facere cantica, sed chorus. Deinde illud τὸν πάντα χρόνον μετ' ἐμοῦ διάξεις an de Socrate dici potest? Immo de Nubibus, quarum cultor perpetuus futurus erat Strepsiades. Iam autem, quod praecedit, ταῦτα μαθὼν παρ' ἐμοῦ, cuius opinor causa haec Socrati affingebantur, etiam ad Nubes pertinet, quippe quae supra 430. hoc ei promittunt. Tum vero, quod maxime valet, distichon illud anapaesticum ἀλλ' ἐγχείρει etc. semper fere cantica claudere solet, (si anapaestici mox sequantur, vel si trochaici, distichon trochaicum) et eidem personae tribuitur, quae canticum cecinerat. Distichon autem illud ad chorum pertinere, et edd. agnoscunt et sensus aperte euincit. *Bentl.* Quae hic, vt et 461. 466. choro tribuo, vulgo tribuuntur Socrati manifesto errore *p*). *Brunck.* De personarum ratione recte sane Bentl. sensit. Ad metri autem rationem quod attinet, non debebant critici obtemperare scholiastae, qui numeros in h. l. intulit plane innumeros. Idem vitium in Brunk. descriptione versuum est, quam ille hausit ex Mss. A. B. *q*). Alia descriptio non minus praua est in libro Rau. [quam Inu. expressit]. In duobus Mss. Brunk. et Borg. versus plane non sunt distincti. Ii ab nobis ita correcti sunt *r*), vt facile speremus, nostram versuum distributionem assensu proba-

---

o) Constituitur hic vulgo Act. I. scena sexta. Priora chorus pro se dicit, sequentia ad Strepsiadem.

p) Bentl. sententiam probarunt etiam *Ern.* et *Harl.* Male ab ea recessit *Inu.* Nam libri Rau. in his exigua est auctoritas.

q) Eam Inu. in notis exhibuit.

r) Herm. nempe, et cum eo Sch. ita ediderunt:

tum iri omnium, qui vſu et exercitatione in hoc genere aliquid valent. Primi tres verſus ſyſtema ſunt trochaicum, de cuius ratione dixi in lib. de metris p. 107. ff. Verſus 459. pentameter dactylicus eſt, catalecticus in biſyllabum, de quo v. II. de metr. 30. p. 264., quique etiam alibi occurrit ap. Ariſt., vt Ran. 816. 820. 824. 828. — V. 460. ithyphallicus eſt, 461. iambicus monometer, 462. anàpaeſticus paroemiacus; 463. 466. 469. dactylici trimetri catalectici in biſyllabum, adiecta in fine dipodia trochaica, 464. 65. 67. 68. 470. dactylici trimetri catalectici in biſyllabum, 471. denique penthemimeres dactylicum. Metris ita deſcriptis et ſinguli huius carminis verſus elegantiſſimi ſunt, et mirifice etiam omnes inter ſe concinunt. Nec, praeter dactylicum pentametrum, vllum hic genus metri occurrit, quin ſit etiam a Pindaro frequentatum. In eo igitur, vt in prima parte diss. de metris Pindari demonſtrauimus, proſtant abunde exempla, vnde noſtra huius loci correctio firmari poſſit. *Herm.*

λῆμα *s*) i. q. θράσος *praeſens* vel *fortis animus* vulgo ap. interpp. Sic λῆμα θούριον φορεῖν Eqq. 759. *intrepidum animum adferre*, et Eurip. Heracl. 702. λῆμα μὲν οὔπω σόρνυσι χρόνος τὸ σόν. Hinc Gloſſae antiquae: λῆμα,

---

456. Χο. λῆμα μὲν πάρεστι τῷδέ γ'
οὐκ ἄτολμον,
ἀλλ' ἕτοιμον. ἴσθι δ' ὡς
ταῦτα μαῖδων παρ' ἐμοῦ, κλέος οὐρανόμηκες
460. ἐν βροτ. ἕξεις.
Στρ. τί πείσομαι;
Χο. τὸν πάντα χρόνον μετ' ἐμοῦ ζη-
λωτότατον β. ἀνθρ. διάξεις.
Στρ. ἆρά γε τοῦτ' ἂν ἐγὼ ποτ'
465. ὄψομαι; Χο. ὥστε γε σοῦ πολ-
λοὺς ἐπὶ ταῖσι θύραις ἀεὶ καθ.
βουλομένους ἀνακοινοῦ-
σθαί τε καὶ ἐς λόγ. ἐλθ.
πράγματα κἀντιγρ. π. ταλάντων
470. ἄξια σῇ φρενὶ συμβου-
λευσομένους μετὰ σοῦ.

s) Proprie *voluntas*, a λῶ *volo*. Similiter Ran. 921. λῆμα δ' οὐκ ἄτολμον. *Bergl.* λῆμα eſt vox proba, ſed ap. poëtas modo obvia. Habet tamen et Herodotus. v. Weſſel. ad Diod. S. I. p. 170. Valken. ad Eurip. Phoen. p. 141. *Ern.*

τὸ *Φρόνημα*, *Glama:* verius *Glamia t)*, vt ap. Plin. Feſtum aliosque; *lippitudo* nempe, vnde eam vocem non ad λῆμα, ſed ad alteram λήμη referendam quiuis videt; quomodo etiam ibidem ſequitur: *Λήμη, Glama;* non, vt ibi *Grama*, ac prout in Gloſſis latinis: *Glama* (verius *Glamia*) λήμη. Aliud vero ap. Atticos λῆμμα *v)* de *munere, quaeſtu, vſura*, vt ſaepe ap. Demoſth.: apud dialecticos vero reſponſio aduerſarii, ex qua fit ſyllogismus, vt de eo Alexand. Aphrod. in I. Topic. p. 21. et iam ante Cic. de Diu. II, 53. *Sed demus tibi iſtas duas ſumtiones, ea, quae λήμματα appellant Dialectici. Spanh.*

τῷδέ γ' οὐκ. Sic membr. In C. τῷδε δ' οὐκ — In B. τῷδ' οὐκ. Vulgo ingrato cum hiatu τῷδε οὐκ. *Brunck.* cui alii obſequuti ſunt. Br. autem, Sch. Herm. γ' ad finem v. 456. retulerunt.

457. οὐκ ἄτολμον — ἴσθι δ' ὡς. Haec vulgo vnius verſus ambitu comprehendi ſolent, et ſic ea inuenit enarrator metricus graecus, minime quidem is vetus, et cui plus, quam par eſt, tribuere videtur Erneſtius in praef. Nubb. (1753.) Verba ἴσθι δ' ὡς ſeorſim ponenda tamquam clauſula, ſiquidem trochaico dimetro nusquam, ne in liberioribus quidem monoſtrophicis, qualia haec ſunt, ſubiici ſolet eiusdem generis verſus longior. Quae praecedunt λῆμα — ἕτοιμον ſiue in duos dimetros trochaicos digeras, ſiue in vnum eiusmodi tetrametrum coniungas, perinde eſt. Sequentia ſic ſcribes:

Στ. τί πείσομαι; Σ. τὸν π. χρ. μετ' ἐμοῦ *iambeleg.*
Ζηλωτότ. β. ἀνθρ. διάξεις. *anapaeſt. trim. catal.* logaoed.
Στ. Ἀρά γε τ. ἂν ε. π. ὄψο- *archiloch.*
μ'; Σ. ὥστε γε σοῦ ἐ. ταῖσι θύραισι
καθῆσθαι, } *hexametri heroici*
Βουλ. ἀνακ. τε καὶ ἐς λόγον ἐλθεῖν }
πράγματα κἀντιγραφάς. *penthemim. dactyl.*
πολλῶν ταλ. ἄξια σ. *Φρενί. alcaicus.*

Quae poſt *Φρενί* leguntur, haec, *συμβουλ. μετὰ σοῦ*, tam

---

t) Aut *gramia*, v. Lennep. Etym. L. Gr. p. 571.

v) Vid. Pierſon. ad Moer. p. 215. f. et Herodian. adiectus p. 470. Zonar. Lex. II. p. 1505. Phot. p. 161. Valcken. Anim. ad Ammon. p. 161.

putidae ſunt ταυτολογίας, vt ſaepe miratus ſim, talia ferre diu potuiſſe viros eruditiſſimos. Legitur quoque vulgo ἐπὶ ταῖσι (Rau. ταῖς) θύραις ἀεὶ καθῆσθαι, quem locum attigi ad Ran. 544. Magis obſcuratus hic erat verſus heroïcus quam ſequens, quem tamen haud melius agnitum reponendo ἐς λόγους pro ἐς λόγον prorſus peſſumdedit Brunkius. *Hotib.* Lect. Ariſt. p. 41. ſ.

Si librorum auctoritas accederet, lubenter ὡς delerem vt verba ἴσθι δέ, ταῦτα μαθὼν παρ' ἐμοῦ, κλέος οὐρανόμηκε in vnum verſum heroicum coniungerentur, de cuius vſu ap. Ariſt. ex aliis locis conſtat. Tum, qui antecedunt verſus, in duos trochaicos dimetros acatalecticos conformandi forent. Neque enim hic καταλήξει opus eſt. Sic v. 506. anapaeſti ſine καταλήξει canticum chori incipiunt. *Herm.*

Non 459. et ſeq., vt in not. Inu., ſed 458. et 59. ap. Br. vnum verſum efficiunt.

465. τοῦτ' ἂν ἐγώ ποτ' ὄψομαι x) optime C. Vulgo τοῦτ' ἄρ' ἐ. Potentiale ἄν cum praeſente indicatiui conſtrui oſtendimus ad Pl. 885. Cum futuro indicatiui id conſtrui negat Dawes. M. Crit. p. 103. ſed fallitur. Ach. 392. ὡς σκῆψιν ἂν — οὐκ ἐσδέξεται. Vesp. 942. οὐκ ἂν σὺ παύσει y). Prorſus inuenuſta eſt vulgata lectio: ἆρά γε τοῦτ' ἄρ' ἐγώ. *Brunck.* Suidas in Ἄραγε etc. deſcripſit verſum ſed male legitur apud illum ποτ' ἐπόψομαι. *Harl.* ὄψομαι. Pac. 345. εἰ γάρ μοι γένοιτ' ἰδεῖν ταύτην τὴν ἡμέραν ποτε. *Bergl.*

466. ὥστε γε σοῦ. Sic A. C. Vulgo ὥστε σοῦ. *Brunck.* R. poſt ὥστε addit γε, contra metrum. Caet. haec cohaerent, non cum interrogatione ſenis, ſed cum v. 464. *Ern.* ὥστε γε σοῦ, quod metro inprimis conuenit, recte Sch. et Herm. receperunt. Perperam in ed. Inu. poſt γε poſita eſt coli ſ. interrogationis nota.

467. ἐπὶ ταῖσι θύραις. Eurip. Bacch. 319. ὁρᾷς; σὺ χαίρεις ὅταν ἐφεσῶσιν πύλαις Πολλοί, τὸ Πενθέως δ' ὄνομα

---

x) Hinc corrigenda, quae in not. Inu. adfertur Br. lectio.

y) Exemplis quibus Br. vſum part. ἄν potentialis cum fut. indic. defendit, adde v. 1160. *Herm.* Add. Matthiae Gramm. gr. p. 882. ἄν etiam Sch. et Herm. receperunt.

μεγαλύνη πόλις. *Bergl.* ταῖσι ſeruarunt recte aliae edd. omnes.

470. (al. 471.) ἐς λόγους *z)* IV. codd. In A. B. verſus ſic digeſti ſunt, vt eos exhibui *a)*. In duobus aliis nulla verſuum diſtinctio, continuataque ſcriptura, tamquam ſi ſoluta oratio eſſet. *Brunck.* At λόγους, quo omnis numerus peruertitur, manifeſta eſt interpretatio alterius lectionis. Sic Eqq. 806. καὶ ξεμφύλῳ εἰς λόγον ἔλθοι. Ibid. 1033. φασὶν ἀλλήλαις ξυνελθεῖν τὰς τριήρεις ἐς λόγον. *Herm.* (qui cum Sch. λόγον retinuit.)

471. πράγματα κ. τ. λ. i. e. *de magnis negotiis.* Simile illud Ciceronis [Epp. 2, 14.]: *Noui ego vos magnos patronos; hominem occidat oportet, qui veſtra opera vti velit.* v. Suid. V. Ἀντιγραφαί. *Ern.* De duabus ſignificationibus voc. ἀντιγραφή (actio quaedam in cauſa hereditatis, et libellus in caulis publicis oppoſitus accuſationi) v. Petitus Legg. Att. p. 407. et 590. H. l. manifeſtum eſt dici cauſas, accuſationes (πράγματα) iisque oppoſitas defenſiones (ἀντ. γρ.), lites quae multis talentis aeſtimabuntur. Interpretes omnes ſenſum magis quam verba expreſſerunt.

473. ἄξια, σῇ φρενί. In Acharn. 8. ἄξιον τῇ Ἑλλάδι. Ib. 204. τῇ πόλει γὰρ ἄξιον. *Bergl. b)*. Reiskius coniecit: ἀξίας ἢ φρενὶ *ſua mente.*

475. (476.) Chorus haec conuerſus ad Socratem dicit.

476. διακίνει. Qui contulerit hunc et praecedentem et poſtea 480. et 481. verſum cum illo Soſipatri Comici

---

z) R. L. I. λόγους contra metrum. *Ern.* Etiam Bau. ita.

a) Ita nempe:

βουλομένους ἀνακοινοῦσθαί τε
καὶ ἐς λόγους ἐλθεῖν,
πρ. etc.

b) Is vero ita vertit: communicare litium conteſtationes ſuper multis talentis dignas tuo ingenio, de quibus conſultabunt tecum. Alii σῇ φρενὶ aut ad ἀνακ. καὶ ἐς λ. ἐλθ. retulerunt, ἄξια (πράγμ.) ad ταλάντων, vt Brunk. in verſione accepit, aut ita fere interpretati ſunt: lites multis numis aeſtimatas, in quibus ingenium oſtendere tuum poſſis.

loco, quem afferam ex Athen. IX. p. 378., ille similitudinem quamdam animaduertet. Loquitur autem coquus cum alio quodam: *πρὸ τῆς τέχνης ἔσπευδε ταῦθ' ἡμᾶς μαθεῖν· ἆρα σύ με κόπτειν οἷος εἶ γε φίλτατε; οὐκ ἀλλ' ἐν ὅσῳ προσέρχετ' ἐξ ἀγορᾶς ὁ παῖς μικρὰ διακινήσω σε περὶ τοῦ πράγματος. Ante artem ipsam vt haec disceremus vrgebat: num tu me vis obtundere, vir optime? Non, sed interea dum puer accedit a foro, exercebo te nonnihil in ea re. Bergl.*

479. (480.) *μηχανὰς* artes, rationes nouas intelligit Socrates: senex vero instrumenta bellica, hinc stulte et comice quaerit v. seq. *Harl.*

480. (481.) *τειχομαχεῖν*. Socrates metaphorice loquutus erat, sed rusticus, proprie accepta voce *μηχανή*, putat illum de machinis bellicis loqui, quibus muri destruuntur c). *Bergl.* Perperam A. D. *τί δαὶ d) τειχομαχεῖν*. Cf. not. ad Plut. 1150. *Brunck.*

482. *δύο τρόπω*. In IV. codd. *δύω τρόπω*. Quod vt pro mendoso agnoscatur, necesse non est argumentis adstruere, Atticos *δύω* vltima longa nunquam adhibuisse. Sed vbi haec forma occurrit sine versus labe, hinc intelligere est, eam librariorum imperitiae tribuendam esse. Cf. not. ad Ran. 1405. Pl. 441. *Brunck.*

483. (484.) *ἦν μέν γ' ὀφείληταί τι μοι, μνήμων πάνυ*. Sic optime membr. Meus, vt vulgo, corrupto prorsus metro: *εἰ μέν γ' ὀφείλεταί μοι, μνήμων πάνυ*. Integris pedibus incedit versus in B. *εἰ μέν γ' ὀφείλεταί τι μοι e)*. — Sed prauum est *εἰ*, quum sequatur in altero membro *ἐάν*. In C. *ἦν μέν γ' ὀφείλεταί τι μοι*. Gl. *χρεωστεῖταί μοι δάνεισμα παρ' ἑτέρου*. Subiunctiuum flagitat *ἦν*. — Vide quot diversis modis hic versus a librariis deprauatus fuerit. In postremo hoc codice (quinto) iam reperio: *εἰ μὲν γὰρ ὠφεί-*

---

c) Sed quidni etiam *τειχ. μοι* tropice dicatur? me, tamquam murum, oppugnare. *Wiland.: du wirst mich doch nicht gar in aller Form belagern wollen.*

d) *τί δαὶ* L. R. C. male. *Ern.*

e) In Ms. Vat. U. versus hic rectius, vt puto, ita legitur: *εἰ μέν γ' ὀφείλεταί τι μοι, μν. π. Kust.* Deest [in vulg.] syllaba; forte *ὀφείλεταί τι μοι. Duck.* Ita etiam cod. Bau.

ληταί τι μοι, μν. π. *Brunck.* R. ἦν. Ib. γὰρ pro γ', quod non displicet. R. ὀφείληται. Bentleius poſt ὀφείλεται addit τε ad explendum verſum. Poſſis et τι· ſed ita ὧν delendum, quod et abeſt a L. I. et eſt ineptum *f)*, ſine dubio inculcatum ad fulciendum verſum, nec eſt in ed. Ald. et aliis antiquis. Idque ſequuti ſumus in textu noſtro. *Ern.* Non tam inſulſus fuit Bentleius, vt τε adderet *g)*, immo τι addidit. γάρ, compendio ſcribendi oblitteratum, recepimus. *Herm.* Edidit: ἦν μὲν γὰρ ὀφείληταί τι μοι, μνήμ. π. Perperam Schütz.: εἰ μὲν γὰρ ὀφείληται — Reiskius coniecit, haud dubie prioribus, vt tum vulgata erant, ſeruatis: μνήμων εἰμὶ πάνυ, neque metrum obſtare putat, cuius tamen minime peritus erat.

484. Verſum totum omittit C. Pro ἐπιλ. L. Ia. habent κἀπιλ. contra metrum. *Ern.* ἐὰν δ' ὀφείλω. Atqui contra oportebat fieri: ἀνδρί τοι χρεὼν μνήμην προσεῖναι, τερπνὸν εἴ τι που πάθοι· *viro quippe decet memoriam adeſſe, ſi quid iucundum ipſi obtigerit:* vt dicit Soph. Ai. 520. *Bergl.*

486. (487.) Credebam aliquando leg. eſſe ἀπολέγειν pro ἀποσεριῖν, ſed nil mutandum. Cf. 726. *Reisk.* Iocus frigidus: nam quid commune inter ſe habent λέγειν et ἀποσερεῖν? Equidem lubens repoſuerim λέγειν μὲν οὐκ ἔνεστιν, ἀπολέγειν δ' ἔνι, vt orare quidem ſe poſſe neget Senex, debita vero abnuere, τὸ ἐξαρνος εἶναι, quod dicitur 1220., de quo vnice cogitat, id ſe callere praedicet natura ſua. *Hotib.* At ingenio ipſius inſitum fuit, vt vellet defraudare *h)*.

490. ὑφαρπάσει [vt olim legebatur] Attice pro ὑφαρπάσῃ. Eſt 2. pers. Fut. med. In Ms. Vat. U. legitur ὑφαρπάσεις *i)*, actiue. Vetus autem Schol. legit συναρπά-

---

f) Kuſt. tantum edidit μνήμων ὢν πάνυ, et vnde receperit ὤν, neſcire ſe fatetur *Harl.*, haud dubie e coniectura. Monuit etiam *Bergl.* priſtinas edd. non habere ὤν.

g) Verba Bentl. ſunt: „vt verſus ſtet, ſcribendum eſt: ὀφείλεταί τι μοι.“

h) Bene Schütz. Zur Beredſamkeit hab' ich wohl nicht Anlage, aber doch zur Betrügſamkeit.

i) Ita etiam R. ap. *Ern.* et Bau. ap. *Harl.*

σει, vt fidem faciunt omnes edd. vett. Nam quod in ed. Geneu. apud Schol. quoque legitur *ὑφαρπάσει*, ſciat lector id vel a Biſeto vel Aemilio Porto profectum eſſe, quippe qui lectionem Schol. ſaepe vulgato textui nimis temere accommodarunt. Caeterum v. *συναρπάζειν* Comicus noſter ſimili ſenſu vſus eſt v. 773. *k) Kuſt.* *ὑφαρπ.* quod hodie Mſſ. et edd. habent omnes, melius eſt quam quod Scholia habent *συναρπάσει*, quod tamen et ipſum pro *arripere diſcendo* rectum eſt. Reſponſio Strepſiadis deſiderat *ὑφαρπ.* *Ern.* *ὑφαρπάσεις* bene membr. In C, vt vulgo, *ὑφαρπάσει*, voce media. In B. D. *ὑφαρπάσῃς l)* ſoloece, quia *ὅπως*, *quomodo*, pendens a ſuppreſſo *σκόπει* vel ſimili verbo cum fut. indic., non cum aor. 1. ſubiunct. conſtruitur. v. ad Ran. 378. Conc. 295. *Brunck.* Lepidum ingenium et vis comica Ariſt. cernitur in vv. *προβάλωμαι* *propoſuero* et *ὑφαρπ.* *arripias*. Socratem tropice loquutum de diſciplina ruſticus intelligit proprie loquuturum de fruſto cani proiiciendo, quod rapiat, et ſtulte quaerit, num ſapientia veſcendum ſit canum more. Num vero cynicos philoſophos voluerit carpere, vt Schol. putat, equidem neſcio et vero dubito. *Harl.*

491. *κυνηδόν*. Eqq. 1029. *ἐσφοιτῶν δ' ἐς τοὐπτάνιον λήσει σε κυνηδὸν νύκτωρ τὰς λοπάδας καὶ τὰς νήσους διαλείχων*. Sic *ἱππηδόν* Pac. 81. *ταυρηδόν* Ran. 816. *κριηδόν* Lys. 309. *τετραποδηδόν* Pac. 896. — *τὴν σοφίαν σιτήσομαι m)*. Sic *ἐλπίδας σιτούμενοι* Aeſch. Agam. 1677. Antiphanes ap. Athen. II, p. 47. *κάπτοντες αὔρας, ἐλπίδας σιτούμενοι* (qui vorant auras, et ſpe paſcuntur). Comicus infra 921. *γνώμας τρώγων*. *Bergl.*

---

k) Alexis, Atticus itidem Comicus, ap. Athen. XII. p. 645. *τὴν δὲ ἀρτυσίαν συνήρπασεν, artem cibos condiendi arripuit*, ſeu, *breui didicit. Spanh.* Loquitur noſter de apprehenſione mentis, vt v. 776. *ταυτὶ ξυνάρπασεν*. Soph. Aiac. 16. *φύνημ' ἀκούω καὶ ξυναρπάζω φρενί*. Sed ruſticus aliter accipit. *Bergl.*

l) Ita etiam cod. Elbing., quod falſum. Nam poſt *ἄγε* ſupplendum eſt *σκόπει, ὅρα* aut ſimile verbum, a quo pendens *ὅπως* cum fut. ind. conſtruitur. v. Dawes. M. Cr. p. 227. ff. 276. et Burgess. p. 459. et 501. *ὑφαρπάσεις* etiam Sch. Inu. Herm. ediderunt.

m) L. male *σιτίσομαι*. *Ern.*

492. ἄν᾽ ἄνθρωπος (i. e. ὁ ἄνθρωπος) legi se velle mihi significauit *Herm.*

493. μὴ πληγῶν δέει. Sic bene A. C. [et A. ap. *Ern.*] Vulgo: μ. π. δέῃ. Semel tantum ap. Lucianum μὴ cum praesente indicat. obseruatum sibi fuisse ait Thomas M. p. 613. ὅρα γοῦν μὴ τὸ ἐναντίον ἐστι. Sed non ita rara sunt huius constructionis exempla. Ad codd. fidem in Soph. El. 580. s. edidimus: ὅρα — μὴ πῆμα — τίθης *n)*. Eurip. Phoen. 90. μή τις πολιτῶν ἐν τρίβῳ φαντάζεται. Idem Troad. 179. μή με κτείνειν δόξ᾽ Ἀργείων κεῖται. In Or. 767. Reg. membranae habent: οὐ φοβῇ, μή σ᾽ Ἄργος — ἀποκτεῖναι θέλει. Cum praeterito indicat. μὴ constructum frequentissime occurrit. V. Budaei Comment. L. Gr. p. 953. et Burgess. praef. nou. edit. Misc. Crit. Dawesii p. XXVII. *Brunck.*

494. τίς δρᾷ vitiose editum est in ed. Lips. pro τί δρᾷς i. e. *quid facies?* (Antea etiam in numeris versuum erratum est). τύπτομαι est, *patior me verberari.*

495. ἐπιμαρτύρομαι *p)*. V. similem locum Au. 1032. *Kust.* Nempe prout quum in aliis causis, tum maxime in αἰκίας δίκῃ, seu *verberum*, de quibus hic agitur, *quaestione*, fieri in foro Attico consueuerat, vt Au. 1032. μαρτύρομαι τυπτόμενος, ac vel e Demosth. Or. in Cononem aliisque adhuc liquet. Immo prout in genere *testium* ac *testimoniorum* fide niti potissimum Athenn. iudicia obseruat idem orator adu. Euergum p. 638. [T. II. p. 1139. Reisk.] et inde etiam testes manere obnexios; nempe, quod post iudicia darentur Athenis δίκαι τῶν ψευδομαρτυριῶν *quaestiones de falso testimonio*, et poena etiam irrogata iis, qui falsos testes adduxerant; minor quidem accusatori, maior reo: prout adhuc aliae exstant eiusdem Demosthenis orationes, vt contra Aphobum ac Stephanum duae ψευδομαρτυριῶν inscriptae. Verbum vero ἐπιμαρτύρομαι pro *obtestari* vsurpauit Thucyd. VI, 29. vbi Schol. ἐπεμαρτύρετο exponit διεμαρτύρετο, quod pro *contestari* dicebatur in foro Attico:

---

n) Ibi tamen v. 574. ed. Erf. τιθῇς legitur. Plura autem exempla constructionis huius part. μὴ ibi attulit Br.

o) C. μαρτύρομαι, quod sic dixit Au. 1032. sed hic versum perimit. *Ern.*

de quo et διαμαρτυρίας actione, multa ad Harpocrationem, de ea agentem [p. 125. ff. ed. Blanc.] notauimus ex oratoribus Atticis, Iſaeo inprimis et Demoſthene. *Spanh.*

496. ἀκαρῆ διαλιπών. Iſocrates de Pace [p. 186. T. II. Auger.] ὀλίγον χρόνον διαλιπόντες πάλιν εἰς τὰς αὐτὰς κατασησόμεθα ταραχάς. De voc. ἀκαρῆ videri poteſt Not. ad Plut. 244. In Veſp. [701.] οὐκ ἀπολαύεις, πλὴν τοῦδ' ὃ φέρεις ἀκαρές, et alibi. *Bergl.* ἀκαρῆ Attici dicunt pro μικρόν. v. Spanh. ad Plut. 244., ſed L. habet ἀκαρεί, quod non displicet. v. Piers. ad Moer. p. 43. Conſentit Ia., niſi quod habet ἀκαρεῖ et λιπών. *Ern.* δικάζεσθαι eſt litem intendere, in ius vocare.

497. κατάθου ἱμάτιον. Supra v. 179. dicebat Socratis quidam diſcipulus magiſtrum in palaeſtra furripuiſſe veſtem quamdam. Hic etiam Socrates iubet ſenem veſtes exuere, vt eum facilius ſpoliare poſſit, quod et factum eſt *p)*. Nam infra 857. apparet veſtem periiſſe, quum filius dicat ad Strepſiadem: διὰ ταῦτα δὴ καὶ ἱμάτιον ἀπώλεσας, et v. 1501. quum diſcipulus aliquis quaereret, quis domum ipſis incendat, Strepſiades, qui id faciebat, dicit: ἐκεῖνος, οὗπερ ἱμάτιον εἰλήφατε, et calceos eum amiſiſſe patet ex 718., vbi dicit: φρούδη ἐμβάς, et 856. vbi ad ipſum filius: τὰς δ' ἐμβάδας ποῖ τέτροπας; *Bergl.*

499. φωράσων. Illum eſſe ſenſum vocis, quem in verſione expreſſi *(non ingredior ad res furtiuas quaerendas)*, patet etiam ex Ran. 1402., vbi mulier, cui gallus furto ablatus erat ab alia muliere, dicit ſe velle in illius domum ingredi, vt furtum deprehendat: πάρφηνον εἰς Γλύκης, ὅπως εἰσελθοῦσα φωράσω. Cogebantur autem nudi ingredi *q)*, qui venirent ad furtum detegendum; ne aut ipſi, dum perluſtrant omnia, aliquid ſub veſte abſcondant et auferant: aut furti aliquem ſuſpectum malo mactare cupientes, rem quaeſitam forte ſub veſte abſtrudentes ingrediantur, et deinde ibi ſe inueniſſe dicant, quam ipſi ſuppoſuerant: vt

p) Strepſiades autem putat, ſe propterea iuberi pallium (ἱμάτιον) deponi, vt verbera accipiat. *Wil.*

q) h. e. pallium deponere, ne poſſent rem, quam abreptam ſibi dicerent, eo deferre, acculationis cauſa. *Wil.* γυμνάζεσθαι dicuntur, quae moris ſunt.

Schol. docet. Dicit ergo Strepſiades: *quia non ad deprehendendum furtum veniat, nihil opus eſſe, vt nudus ingrediatur. Bergl.* Interpretationem Friſchlini recte caſtigat tam ingenii elegantia quam eruditione nobilis Anna Fabri, in not. gall. ad h. l. Φωρᾶν enim non ſignificat *aliquid auferre*, vel *furari*, vt Friſchl. putauit, ſed, praeter alia, *rem furtiuam quaerere:* quo ſenſu vocem illam Ariſt. h. l. accepit. Praeterea notandum eſt, moris fuiſſe ap. vett. Graecos et Romm., vt, qui rem furtiuam in domo aliena quaeſitum ibant, nudi et licio tantum cincti intrarent, ne quicquam ſecum in illam domum inferre poſſent: ad quem morem Ariſt. hic alludit. V. Feſtum V. *Lance et licio:* vbi interpretes de dicto more plura notarunt [p. 199. ed. Dacer. Amſt. vbi etiam hic locus laudatur] *r*). *Kuſt.*

502. ἐμφερὴς ſimiliter pro ὅμοιος Aeſch. Choëph. 204. τοῖς τ' ἐμοῖσιν ἐμφερεῖς pedibus meis *conſimiles*. Sic παρεμφερεῖς adhibet Ecdorus ap. Stob. Floril. Tit. XC. περὶ δυσγεν. [p. 365. ed. Grot.] παρεμφερεῖς ταύταισι τοὺς τρόπους ἔχειν. Adde προσφερὴς eodem ſenſu in dicto Aeſch. dramate v. 173. κάρτα προσφερὴς ἰδεῖν, et ap. Platon. de Legg. X. p. 904. [Steph. T. IX. p. 107. Bip.] πάσχειν τε καὶ ποιεῖν ἃ προσῆκον δρᾶν ἐστι τοῖς προσφερέσι τοὺς προσφερεῖς. *Spanh.*

503. οὐδὲν διοίσεις. Cratinus ap. Athen. IX. p. 375. Caſ. ἀλεκτρυόνος μηδὲν διοίσεις τοὺς τρόπους. — *Chaerephon* erat pallidus et macer, vt hinc patet et ex Vesp. 1410. et aliunde. Iulianus epiſt. 1. τὸ σῶμα τοῦ Χαιρεφῶντος οὐδὲν ἀστειότερον ἔχειν. *Bergl.* φύσιν. Vox φύσις ambiguae eſt ſignificationis. Pro *ingenio* accipit Socrates, pro *figura* vero Strepſiades. Ideo timet, ne ſemimortuus eſſe videatur, quia Chaerephon, vt philoſophus, macilentus et pallidus erat. Huius loci acumen latine reddi non poteſt. *Brunck.*

505. λαλήσῃς R., at poſt ἀπολουθήσεις, quod non improbo, ſed poſt ἐμοὶ comma deleui *s*). Iunguntur enim

---

r) Pro ἔγωγ' nonn. edd. ἔγώ γ'.

s) Nemo obſequutus eſt, nam δεῦρ' 9. cum ἀκ. iunxerunt, hoc ſenſu: ſequere me huc ocyus, properans nonnihil.

ἀκολ. ἀνύσας ἴθι, *celeriter sequere me*, cf. v. 181. deinde vrget δευρὶ θᾶττον *huc ocyus. Ern.* λαλήσεις et ἀκολουθήσεις etiam Brunk. *t)* dedit ex emendatione Dawesii M. Crit. p. 222. Herm.

507. δός μοι μελ. Cuius petitionis ratio in eruditis Scholiis redditur et a Daceria etiam in gallicis ad hanc fabulam notis opportune explicatur: nempe quod Trophonii antrum ingressuri ad consulendum ibi oraculum *mellitam offam* secum ferrent, qua serpentes ibi obuios continuo demulcerent. Vnde Socratem domicilium suum adeuntem iussus sequi Strepsiades, quasi Trophonii antrum, vt de eo sequenti versu, ingressurus esset, festiue *mellitam* id genus *placentam* sibi prius dari postulat, quo se aduersus occursurum forte infestum quemdam genium, vulgo per serpentem seu draconem designatum praemuniret. Hunc vero Trophonii oraculum adeuntium ritum, praeter Schol. h.l. tangunt Pausanias, vbi pluribus de illa Trophonii specu et oraculo agit IX. p. 604. [c. 39, 5. T. III. p. 127. Fac.] ὁ νῦν κατιὼν καταπλίνας ἑαυτὸν ἐς τὸ ἔδαφος ἔχων μάζας μεμαγμένας μέλιτι etc. Lucianus Dial. Menippi cum ipso Trophonio p. 267. [III, 2. Dial. Mort. T. I. p. 339. Hemst.] καὶ ἐσαλμένος ταῖς ὀθόναις, γελοίως μάζαν ἐν ταῖς χερσὶν ἔχων etc. Philostratus denique Vit. Apoll. VIII, 8. de Apollonio antrum Trophonii ingressuro: λευκῇ δὲ ἐσθῆτι ἐσαλμένοι πέμπονται μελιτούττας ἐπάγοντες ἐν ταῖς χερσίν, μειλίγματα ἑρπετῶν, ἃ τοῖς κατιοῦσιν ἐγχρίπτει. Vnde illustrantur tot veteres Numi, in quibus Dea Salus s. Ὑγίεια offam serpenti tamquam cibum, quo id reptilis genus delectaretur, porrigit *v)*. Μαγὶς vero, vt hoc addam, dicta iuxta Hesych. eadem illa μάζα s. *mellita offa* in antrum Trophonii deferri solita, quod in Hemsterhusii ad aliquot Luciani dialogos notis p. 63. occupatum forte video *x)*; prout alioquin μαγίς, vox Cypria, pro μάζα ap. Athen. XIV.

---

t) Non monito tamen lectore. Scilicet olim legebatur: λαλήσεις — ἀκολουθήσῃς. Scaliger λαλήσῃς etiam scribi iussit. Emendauit Dawes. quia οὐ μὴ cum fut. indic. aut aoristo secundo coni. struitur. v. ad 366.

v) Vid. C. G. de Boze sur le culte de la deesse Santé, 1705. lat. in Woltereck Electis numar. p. 23. ff.

x) Add. Phot. Lex. p. 176. Zonar. II. p. 1330.

p. 663., ap. Helladium vero *μαγὶς* Aegyptiis pro menſa dicitur. *Spanh.* Oſſam mellitam proiiciebant ſerpentibus in Trophonii antro obuiis, vt eos placarent. Videtur autem Strepſiadi domicilium philoſophorum, qui erant famelici et triſtes, ſimile eſſe Trophonii antro, quia ille ibi fame erat mortuus, vt teſtatur Schol., et quia illi, qui inde rediiſſent, ſemper poſt illa eſſent triſtes, vt etiam prouerbio dicatur de homine tetrico; *ἐς Τροφωνίου μεμάντευται·* de quo Erasmus in Chiliadd. [p. 440.] *Bergl.*

μελιτοῦταν. Sic MS. Arund. per vnum *τ*. At reliquae edd. habent *μελιττοῦταν* per duplex *ττ*, quam ſcripturam metri ratio aſpernatur. Caet. locum hunc citat Thom. M. V. *Μελίπηκτον y).* *Kuſt.* Guyetus male ap. Heſych. hanc vocem legendam putat *μελιτοῦτταν.* Nihil ibi mutandum, etſi iuxta Kuſterum, ob metrum, ac fide Ms. Arund. legendum hic ſit *μελιτοῦταν z).* Μελιττοῦτα caeteroquin cum gemino *τ* in media voce dicta id genus placenta, ſicut *μελιττουργοὶ* et *μελιττοῦσιν apiarii, mel conficiunt,* ap. Theoph. H. Pl. VI, 2. Immo, prout ap. eumdem IX, 9. bis in proximis verbis legitur *παγκαρπίαν*, aut, iuxta Salmaſii emendationem ad Solin. p. 861. *παγκαρπίας μελιττοῦταν ex omni frugum genere placentam:* mox *τριμήνους* (vel *τριμήνου*, iuxta eumdem *τὸν πάνυ*) *μαλιττούτας placentas ex frumento trimeſtri*, non vero, iuxta Plinium, huius loci interpretem, *aquam mulſam tribus ante menſibus circumfuſam*, et, quod moneri omnino ad eum Plinii locum [XXI, 7. p. 240. T. II.] a poſtremo eius editore merebatur, maxime poſt Salmaſianam loci illius explicationem, ſuppreſſo licet nomine, ad maiorem lucem illius ap. Theophr. loci, vt genuinam, in poſtrema eius editione Bataua a viro docto adpoſitam. Idem vero in praef. p. 21. de Homon. a Salmaſio repoſitum videas, ac vere vtique; nempe ea voce *μελιττοῦτα* nullibi *aquam mulſam*, ſed *placentam mellitam* deſignari. Sic Athen. IV. p. 167. *τῷ ἑαυτοῦ συσσίτῳ μελιττοῦταν a) ἀπέδωκε τὸν κλῆρον.* Idem *μελιτ-*

---

y) P. 607. vbi de ſcripturae varietate *μελιτοῦτα, μελιττοῦτα, μελιτοῦττα,* disputat Oudend.

z) Sic recte e Ms. Arund. edidit Kuſterus. Sic et Suid. et R. Ia. Et metrum ipſum poſtulat. *Ern.*

a) *μελιτούττης* ibi editum a Schweigh. T. II. p. 160.

τοῦτον inter *placentarum* genera retulerat III. p. 114. *b)* et ap. Philoſtr. praeter locum in ſuperiori nota adductum Vit. Apoll. I, 1. μελιττοῦτα καὶ λιβανωτός. *Spanh.* μελιτοῦττον recte ſcriptum in B. Perperam duo alii μελιττοῦτον, vt eſt in primariis edd. Male etiam membr. μελιτοῦτον, vt edidit Kuſt. V. not. ad Lys. 601. et Valkenar. ad Herod. p. 638. αἰθαλοῦσσα contractum ex αἰθαλόεσσα eſt Aeſch. Prom. 1000. Sic ex μελιτόεσσα μελιτοῦσσα, μελιτοῦττα· οἰνόεσσα, οἰνοῦσσα, οἰνοῦττα. Mirum quam ſaepe in illius nominis ſcriptura peccarint et librarii et editores. Ridicule Spanhemius Guyetum caſtigat ap. Heſych. recte legentem μελιτοῦτταν. Hoc eſt, quod aiunt, *ſus Minervam*. De Trophonii oraculo v. Hemſterhus. ad Lucian. I. p. 339. *Brunck.*

508. ἐς Τροφωνίου· μαντεῖον nempe vel σπήλαιον, *oraculum* aut *ſpecum*, vt vulgo Attici et reliqui etiam e graecis ſcriptt., quod obuium, ἐς Διονύσου, ἐς Ἀρτέμιδος, ἐς Ἀσκληπιοῦ etc. ἱερὸν ſcilicet vel ναόν. Sic Pauſan. IX. p. 602. [c. 39, 4. p. 125. T. III. Fac.] ἐς τοῦ Τροφωνίου (nempe *antrum*) καταίναι. *Spanh.*

509. κυπτάζεις ἔχων *c)*. Quod hic Attice redundare ἔχων in Scholl. dicitur, obuium e pluribus ap. hunc Comicum locis: ληρεῖς ἔχων Ran. 527. Au. 343. φλυαρήσεις ἔχων Ran. 202. 521. διατρίβεις ἔχων Conc. 1143. etc. *Spanh.* v. Not. ad v. 131. Thesm. 242. κἀγκύψας ἔχε. Significat autem verbum ἔχειν *ſtatum* in eiusmodi locis, quum illo vel illo modo ſe habet. *Bergl.* De Atticismo part. ἔχων v. Greg. Cor. de dial. p. 62. ff. qui noſtrum locum laudat, ibique Koen. qui Valken. ad Eurip. Phoen. 712. iam laudauit. *Harl.* — Iam fores aedificii intrant, choro fauſta apprecante. Semichori nomen verſui 510. praefixit Francog. int., atque eidem ſemichoro etiam ſequentem parabaſin adſignat.

511. Perperam vulgo εἵνεκα. [Inu. adeo εἵνεκα repoſuit]. In B. ἕνεκα. *Brunck.* Recte Br. οὕνεκα, meliore

b) Vid. Schweighäus. Animm. T. II. p. 303. vbi μελιτοῦτταν ſcribendum eſſe docetur.

c) Loci huius meminerunt Ammonius V. Κύπτειν et Suidas V. Κυπτάζειν. *Kuſt.*

etiam interpunctione, quam ſequuti ſumus *d)*. Vulgo enim colon poſt χαίρων ponebatur et verba τῆς ἀνδρ. οὗ. τ. cum ſequentibus continuabantur. *Herm.*

512. Verae lectionis veſtigia ſeruauit liber Rauennas, in quo eſt γένοιτό τ' ἀνδρώπῳ. Vnde emendauimus: γένοιτο τἀνδρώπῳ. Vulgo: γένοιτ' ἀνδρ. At verſus hinc omnes choriambici dimetri ſunt, qui non debent a catalectico incipere. Catalectici tantum ſunt v. 513. (509. H.) et 517. (513. H.) *Herm.*

515. Etiam Brunk., neglecta metri lege, vocab. αὐτοῦ integrum huic verſui adiecit. Pro αὐτοῦ ſcripſimus αὑτοῦ (ita vt ſecunda voc. ſyllaba ſequenti verſui adhaereret *e)*. *Herm.*

518. Parabaſis *f)* haec docta admodum eſt, multaque lectu digna et ad hiſtoriam comoediae veteris pertinentia continet. *Kuſt.* Epitome Parabaſeos, in qua poëta loquitur: Quum haec comoedia ſit elegantiſſima omnium quas edidi, et digna quae apud ſapientes ſpectatores ageretur et probaretur: immerito quidem victus ſum, quam primum acta eſt, verumtamen non alienabor a vobis propterea. Nam poſtquam alia quaedam mearum comoediarum, illa inquam de *Modeſto* et *Luxurioſo*, quam per alios edideram, vobis valde placuit, de veſtro fauore adhuc ſatis certus ſum. Nunc itaque haec comoedia iterum prodit, hac ſpe, vt etiam probetur, quemadmodum illa de *Modeſto;* nam haec vere *modeſta* eſt, nihil enim aliunde adſciuit, quo placere poſſit, vt aliae pleraeque, ſed venit freta naturali ſua venuſtate. Tales comoedias quum ego faciam, tamen modeſtum me praebeo; nam et ſpectatores decipere vereor, obtrudendo illis ineptias quasdam, aut

---

d) Atque etiam Inu. Sed Schütz. οὔνεκα quidem recepit, ſed colon poſt χαίρων, poſt ταύτης comma habet. In verſione tamen meliorem interpunctionem expreſſit.

e) νεωτέροις — χρωτίζεται. In Veſp. 1463. βουλόμενος τοὺς φύσαντας νεωτέροις κατακοσμῆσαι πράγμασι. *Bergl.*

f) De qua Comicorum parabaſi adducam hic ſolum Ariſtidis verba Orat. de non agend. comoed. p. 286. T. II. [T. I. p. 510. ed. Iebb.] καὶ ὅπόση τις ἐν γε ταῖς καλουμέναις παραβάσεσι νουθεσία καὶ παίδευσις ἐνῆν, ἵνα λέγειν. *Spanh.*

eadem inculcando: et quos perſtringo, illis non inſulto proſtratis, vt caeteri poëtae, qui in Cleonem et Hyperbolum non ceſſant comoedias ſcribere: in quibus etiam nihil noui dicunt, ſed illa, quae a me inuenta ſemel ſunt g). *Bergl.*

Huic primae Parabaſis parti praemiſſus eſt titulus in recentioribus edd. Τροχαϊκοὶ καταληκτικοί, qui latine etiam praemiſſus eſt verſioni Bergleri, licet ea metro non ſcripta ſit: *Trochaici catalectici.* Scias tamen, amice lector, in XLV. verſibus, quibus conſtat pars illa, non vnicum eſſe trochaicum catalecticum. Tetrametri ſunt choriambici polyſchematiſti Eupolidei, quo de metri genere vid. Hephaeſtio p. 61. vbi in exemplum adfert v. 529. ὁ σωφρων τε | χῷ καταπυ | γων ἀριστ' ἠ | κουσατην. Pes ſecundus ſemper eſt choriambus, vel, quod eodem redit, ſi per μονοποδίαν ſcanſionem facias, in tertia ſede ſemper eſt dactylus. *Brunck.* Forma metri Eupolidei polyſchematiſti, de quo dixi III. de metr. c. 5. haec eſt:

.... | –́ ⏓ | –́ ⏑ ⏑ – | .... | –́ ⏑ | –́ ⏑ –

Loci punctis notati baſin habent, in qua biſyllabi pedes omnes promiſcue adhibentur, neque e triſyllabis plane ſpernuntur tribrachus, anapaeſtus, dactylus. *Herm.*

πρὸς ὑμᾶς. Sic membr. et meus, bene. Vulgo πρός γ' ὑμᾶς. Pes eſt antiſpaſtus h). *Brunck.*

519. τὸν ἐκθρέψαντά με. Sic Aeſchylus in Ran. Comici noſtri 907. Cererem altricem ingenii ſui dicit: Δήμητερ, ἡ θρέψασα τὴν ἐμὴν φρένα. *Bergl.*

---

g) Choragus nomine poëtae ſpectatores alloquitur. *Schütz.* Hanc parabaſin ſecundae Nubium editioni fuiſſe deſtinatam in promtu eſt, ſiue iterum editae ſint, ſiue, quod probabilius, non in ſcenam denuo delatae. Ad fabulam, cuius prior ad nos peruenit editio, omnino non pertinet, per ſe tamen vtiliſſima eſt, ita vt gratiae habendae ſint ei, qui eam hic inſeruit. *Wiland.* qui praeterea de Nubium fatis ea, quae ſupra allata ſunt p. 67 — 76. disputat, et, quae ad ingenium poëtae cognoſcendum inſunt, collegit p. 77 — 79. — Num comico liceat, de ſe in media comoedia adeo verboſo eſſe, ſubdubito. Per chorum tamen veteri Comico forſan potius licitum fuerit id facere, quam vt hodie comicus, forma theatri mutata, illum morem imitari commode poſſet. *Harl.*

h) γ' etiam in L. C. ap. Ern. (eo improbante) et Elb. deeſt.

520. οὕτω νικήσαιμί γ' ἐγώ *i)*. Sic ad metri normam legendum. Mendoſa vulgo: οὕτω νικήσαιμ' ἔγωγε. *Brunck.* Bentl. metri cauſa corrigit bene νικήσαιμί γ' ἔγωγε, vt in quarta ſit iambus. Sed debet eſſe modo ἐγώ, non ἔγωγε. *Ern.* [Idem in praef. ad Nub. p. XXXVI. legem generis trochaici Eupolidei eſſe perperam dicit, vt trochaeus ſemper ſit in tertia regione, non dactylus, in quarta autem iambus.] Atqui Bentleius vero: νικήσαιμί γ' ἐγώ. Vulgata lectio ab imperitis metricis profecta, qui hos verſus trochaicos tetrametros eſſe crediderunt. Sed νικήσαιμί γε non ſatis aptum eſt. Multo maior vis et elegantia in eo ineſt, quod nos dedimus: οὕτω νικήσαιμί τ' ἐγὼ κ. ν. σ. *Herm.* Ex Herm. emendatione ita edidit Schütz. quamquam ex Bentl. emend. ſe repoſuiſſe ait.

522. σοφώτατ' ἔχειν h. e. σοφωτάτην εἶναι, *peritiſſime compoſitam*, praeſtantiſſimam, eſſe.

523. ἀναγεῦσαι actiue *(guſtandam offerre)*. Eurip. Cycl. 146. βούλει σε γεύσω (tibi dem guſtandum) πρῶτον ἄκρατον μέρος; *Bergl.* Pro ἀναγεῦσ' L. Ib. plene ἀναγεῦσαι, contra metrum. *Ern.* Sic ſcripſere metrici, vt verſum facerent trochaicum. De eliſa diphthongo v. ad 550. *Herm.*

524. ὑπ' ἀνδρ. *Φορτ. iudicibus imperitis pronuncian-tibus.* Sic Latini *ſub iudice:* omninoque ὑπὸ *ſub* ſic dicitur, vt in genere cauſam alicuius rei indicet. Plato Apol. Socr. init. ὑπ' αὐτῶν ἐπελανθανόμην μου *illi fecerunt, vt mei obliuiſcerer.* Virg. *k) ſub magno Aenea cadis. Ern.*

525. οὐκ ἄξιος ὤν, *quum id non eſſem commeritus, quum non eſſem illa iniuria dignus*, vt loquitur Terentius [Hec. III, 5, 36. V, 2, 16.]. Sic Acharn. 1061. ὅτιὴ

---

i) Legendum eſt ex verſus ratione οὕτω νικήσαιμί γ' ἐγώ etc. Ea enim huius metri Eupolidei lex eſt inuiolabilis, vt in tertio loco dactylus ſit; at in diſyllabis illis pedibus vel iambus vel trochaeus vel ſpondeus pro arbitrio ſcriptoris licite vſurpari poſſit. Et iambum quidem habes v. 527. πρεσβύσεω τοὺς δεξιούς. Et ſic 555. θεα — ταῖς οὕτω σοφοῖς. Item 549. ἵππαισ' — ἐς τὴν γαστέρα. Et ſic alibi in aliis fabulis. *Bentl.*

k) Aen. X, 830. eſt: *Aeneae magni dextra cadis.*

γυνὴ ἐστὶ τοῦ πολέμου τ' οὐκ ἀξία. *Bergl.* πραγματεύεσθαι paulo post est, *elaborare*, multo cum labore conficere.

527. [523. Herm.] Metrum est turbatum [in vulg. lect. ἀλλ' οὐδ' ὡς ὑμῶν ποθ' ἑκών —] quod vt in integrum restituatur, versus hic ita legendus est: Ἀλλ' οὐδ' ὡς ὑμῶν προδώσω ποθ' ἑκὼν τοὺς δ. *Kust.* Sed ita versus magis corrumpitur *l)*: nam in regione quarta perit iambus. In vulg. lectione est in quinta iambus pro trochaeo. Sed sic est et v. 535. vbi vid. Et verbum προδώσω, quid hic sit, non intelligo magis, quam intelligebat Duk. [in not. mss.] *Ern.* ὑμᾶς in membr. In aliis, vt vulgo, ὑμῶν. *Brunck.* Cum Br. ὑμᾶς pro ὑμῶν dedimus. Sensus hic est: etsi damnatus ab imperitis, non tamen committam, vt vos, qui periti estis, idcirco deseram atque ad vos fabulam meam afferre detrectem. *Herm.*

528. f. Hi versus quomodo cum 530. cohaereant, et sensus ipse qui sit, non satis perspicuum est. Nempe causam commemorat, quare, quamquam iniuria affectus, tamen non desinat magnifacere spectatores. Illud modo tenendum, coniungendos esse hos versus cum 527. τοὺς δεξιοὺς ἐξότου etc. et γὰρ intelligendum esse *scilicet:* posteaquam scilicet fabula *Daetalenses* bene excepta est, quam ego sub alieno nomine edidi, vos autem fauore vestro feciſtis, vt diligentius elaboratam ediderim — ἐκ τούτου, ab illo, inquam, tempore de vestro fauore non dubitaui. *Ern.* οἷς ἡδύ, *quibus libenter probo studium meum et eloquentiam. Bergl.*

529. Haec pertinent ad drama Aristophanis, quod Δαιταλεῦσι inscribebatur, vt recte monet Schol. vetus. In eo enim dramate Comicus noster introduxerat duos iuuenes, alterum probum et modestum, alterum vero luxu et libidine corruptum, vt discimus ex insigni fragmento, quod

---

l) Scil. ex opinione Ern. de hoc metro, quae vana est. Repudiauit Kusteri emendationem Ern. etiam in praef. ad Nub. p. XXXVI. ὡς in hoc vers. non valere, *vt*, quemadmodum lat. interpres acceperat. sed *sic* (vt Il. I, 116. XVI, 565. Od. II, 23.) sensumque esse: sed licet inique adeo iudicatum sit a quibusdam vestrum de meo dramate, numquam tamen bonos et sapientes ex vobis prodam et negligam; docet *L. Bos* Obss. Critt. p. 72. f.

ex illa fabula nobis conseruauit Medicorum κριτικώτατος, Galenus *m)* in praef. Lex. Hippocr. [ap. Brunk. Fragm. Arist. n. 3.] *Kust.* Adducitur hic versus ab Hephaest. p. 61. [ed. de Pauw.] ὁ σώφρων τε etc. Inter alia vero huius Comici loca, vbi eadem vox obscoena καταπύγων legitur, occurrit καταπυγοσύνη in hac fab. 1013. Adde λικκοκαταπύγων Acharn. 664. *Spanh.* ὁ *n)* σώφρων τε χῷ — Sic IV. codd. et Hephaestio l. l. Vulgo χῷ σ. — Comoediam innuit, quae inscripta erat Δαιταλῆς. *Brunck.* Recte Br. ita edidit. Sic etiam Rau. Bau. Elb. *Herm.* Hic et antea obsequutus est *Schütz.*

530. παρθένος. Allegorice: *quemadmodum puella, si clam conceperit et tamen velit virgo haberi, partum exponit, quem alia tollit; ita et ego clam editum ingenii mei foetum exposui quasi et aliis reliqui.* Nam Aristoph. initio comoedias suas per alios agi curauit; vnde etiam Vesp. 1021. dicit, se clam iuuare alios poëtas, qui ipsum quasi in ventre suo concipiant, quemadmodum ἐγγαστρίμυθοι vates deum concipere creduntur, vnde ipse per ora illorum effundat comoedias. Vide et parabasin in Eqq. *Bergl.*

531. ἐξέθηκα. De expositione infantium vsurpari hoc verbum probat Schol. ex hoc Eurip. loco: δίδωσι βουκόλοις ἐκθεῖναι βρέφος· est autem in Phoen. 25. et loquitur ibi de Oedipo, de quo et Comicus Ran. 1215. ἐξέθεσαν ἐν ὀστράκῳ, ἵνα μὴ 'κτραφεὶς γένοιτο τοῦ πατρὸς φονεύς. *Bergl.*

532. ἐξεθρέψατε, *educastis*, i. e. feciſtis, vt nomen et fama poëtae propter illam comoediam crescret. *Bergl.*

534. Haec mihi satis non liquent. Schol. expositio obscura est. Puto hanc esse sententiam: Nunc igitur, quemadmodum Electra agnouit fratrem e capillo, sic haec comoedia prodit, visura, an inueniat spectatores, qui sint quasi fratres priorum, i. e. ita peritos, aequos, vt olim Daetalenses: cognoscet enim eosdem esse, si viderit atque intellexerit, eodem modo se probari laudarique ab illis,

---

m) Eadem repetiit *Bergl.* et praeterea obseruat χ' ᾧ (vt cum Kust. scribit, non χῷ) poni pro καὶ ὅ.

n) Ita etiam I. ap. *Erm.* qui improbat.

quae laus *σύμβολον* erit, vnde cognoſcat, hos ſpectatores eſſe fratres priorum, i. e. aeque peritos, iuſtos, quemadmodum capillus *σύμβολον* erat Electrae Oreſtis, fratris. *Duck.* Ap. Aeſch. in Choëphh. quum forte Electra, Agamemnonis filia, patri inferias ferret, inuenit in tumulo comam aliquam; qua viſa putat, fratrem ſuum Oreſtem domum rediiſſe et eam pro more dedicaſſe in tumulo patris memoriae, idque coniicit ex ſimilitudine huius comae cum fraterna: *μάλιστ'*, inquit v. 176., *ἐκείνου βοστρύχοις προσείδεται* o) (maxime illius cincinnis ſimilis eſt), ad q. l. vid. Stanleius. In hac autem comparatione *Electra* eſt praeſens comoedia, vt ipſe dicit Comicus; per *fratrem* autem Electrae ſ. per Oreſtem debet intelligi altera illa comoedia, quam a cordatis ſpectatoribus laudatam eſſe dixit; per *comam* autem *fortuna* alterius comoediae ſiue plauſus quem meruerat. Quod igitur hoc verſu et duobus ſeqq. dicit, tale eſt: *Haec comoedia venit quaeſitum ſpectatores tales et tam ſapientes, quales habuit prior illa comoedia: quos agnoſcet tales eſſe, ſi experta fuerit ſimilem fortunam et plauſum.* Breuiter: *ſi ſapiunt ſpectatores, laudabunt hanc comoediam. Bergl.*

535. *ἦλθ' ἦν που πιτύχῃ* p). Sic recte B. vt metrum flagitat. Perperam vulgo *ἦλθεν*. *Brunck.* quem reliqui edd. ſequuti ſunt.

538. Citat locum hunc Suid. V. *Οὐδὲν ἦλθε*. *Kuſt. σκύτινον*. Phallum deſcribit, qui erat coriaceus penis. In Lyſiſtr. introducit praeconem Spartanum cum eiusmodi phallo, qui interrogatus: *τί ἐστι σοι τοδί*; reſpondet: *σκύταλα Λακωνικά·* alludens ad *σκύτινον αἰδοῖον*. Caet. Schol. ad 542. obſeruauit, quae Comicus hic et in ſeqq. neget ſe facere, tamquam reprehendenda ſcilicet, omnia in ipſum tendere, vt qui et phallos introduxerit, vt, loco iam cit.

---

o) H. l. (175. ed. Schütz. 167. Both.) laudauit etiam, praeeuntibus Scholl. quae ad illud drama reſpici monent, *Spanh.* ap. quem male *προσείκεται* legitur.

p) Sic edidimus, vt dudum e coniectura correximus, adſtipulante MS. Ib. In quinta rurſus eſt iambus pro trochaeo. *Ern.* Add. id. praef. ad Nub. p. XXXVI. V. ſeq. perperam ediderat Brunck. *γνώσεται μὲν* — in nott. errorem emendauit.

et in Ach. 242., et cordacem et caluos et faces et, *iu, iu!* exclamantes, vt mox oſtendam. V. etiam not. ad Plut. 797. Ita in Ran. princip. ridet Comicos, qui onere grauatos ſeruos aſſidue introducant, vt *πιέζομαι* dicant, quod ipſe ibidem facit. *Bergl.*

539. Codd. etiam, vt impreſſi, ἵν' ἦ γέλως, mendoſe, quum praecedat verbum temporis praeteriti ἦλθε. [Itaque ἦν edidit.] Schol. ms. τοῦτό φησι διὰ τὸν Ἑρμιππον καὶ τὸν Σιμύρμωνα τὸν τούτου ὑποκριτήν. Quod autem Hermippo exprobrat, ipſe admiſit in Lyſiſtr. et Thesm. *Brunck.* Nos nihil mutandum exiſtimauimus, qui Graecos in hoc genere non putemus tam religioſos fuiſſe, quam nunc multi arbitrantur, de qua re diximus in Obſs. critt. c. 1. *Herm.* Neque Sch. neque Harl. Brunkium ſequuti ſunt, ita vt ἦν reponerent.

540. *Φαλακρούς.* Schol. dicit, in Pace rideri caluos et reſpicit ſine dubio ad v. 768. vbi et ſe ipſum caluum dicit: καὶ τοῖς Φαλακροῖσι παρακινοῦμεν κ. τ. λ. Quin et hic in Nubb. videtur iocari in caluitiem Socratis, ſupra 147. *Bergl.*

κόρδαχ' q) εἶλκ. Quod comicae licet, ſed laſciuae ſaltationis genus a ſe de induſtria in agenda hac fabula omiſſum

---

q) „Ad haec ita Schol. τρία εἴδη ὀρχήσεως· Ἐμμέλεια μὲν τραγική· Σίκυννις σατυρική· Κόρδαξ κωμική, ἥτις κινεῖ αἰσχρῶς τὴν ὀσφῦν. Ex his patet, quam antiquus ſit mos ſaltationum impudicarum. Nam et ſaltatio, quae Κόρδαξ dicitur, in Graeciam ex Aſia iam a Pelopis tempore venerat, ſi fides Pauſaniae El. II. [VI, 22, 1.] ὅτι οἱ τοῦ Πέλοπος ἀκόλουθοι τὰ ἐπινίκια ἤγαγον παρὰ τῇ θεῷ ταύτῃ καὶ ὀρχήσαντο ἐπιχώριον τοῖς περὶ τὸν Σίπυλον ὀρχησιν. Tyrii forte ex Aſia eam accipientes Gades et Baeticam vsque eam attulerunt, vbi inualuit, teſte Martiali [VI, 71.] *Edere laſciuos ad Baetica crumata* [ſ. *crusmata*] *geſtus* etc. Et mirum eſt, eam adhuc durare in iis partibus, vbi ſub nomine *Sarabandae* frequentatur; et inde mos ad nos vsque fluxit et vox etiam Hiſpanica nunc obtinet. Olim vero eam ſaltationis ſpeciem proaui noſtri vocabant gallica voce *une gaye antiquaille*, ſcilicet ob eius antiquitatem et laſciuiam.“ *Palmer.* [Exercc. p. 732. ad v. 555. cuius locum hic repetiit *Kuſt.*] Hoc etiam comicae ſaltationis petulantioris genus introduxiſſe Comicum in Vespis monet Schol., nimirum in vltima fabula. *Bergl.* Ex h. l. Francog. V. D. in Th. Gr. XI. p. 286. contra Burettium docet, cordacem iam ante Ariſt. tempora vſitatam fuiſſe ſaltationem.

dicit Arist. Hinc inter vecordis s. effrenis et audacis hominis notas ponit Theophr. [c. 6, 1. Fisch. s. c. 13. Schneid. vbi cf. Fisch. in Ind. V. Κόρδαξ]; ἀμέλει δυνατὸς καὶ ὀρχεῖσθαι νήφων τὸν κόρδακα· id quod largius etiam potis probrosum tradit (vt ad Theoph. vidit iam Casaub.) II. Olynth. [p. 23. T. I. Reisk. vbi κορδακισμοί] Demosthenes, vnde etiam paullo post anus ebria ad saltandum cordacem in dramate Marica ab Euripide inducta dicitur v. 559. Verbum vero εἴλκυσιν, quo hic vtitur Comicus, eodem sensu pro *saltare* adhibuit Pac. 327. ἓν μὲν οὖν τουτί μ' ἔκυσαι ἑλκύσαι. Ad q. l. opportune adfert Florens Terentii verba Adelph. IV, 7, 34. *Tu interea restim ductans saltabis;* vnde obuia patet ratio huius loquutionis, vt in his Comici verbis ἕλκειν κόρδακα. *Spanh.* Schol. Ms. τοῦτο διὰ τὸν Εὔπολιν. De comica saltatione, quae κόρδαξ dicebatur, v. Meursium in Orchestra r). Casaub. ad Theophr. p. 177. [p. 84. ed. Fisch.] putat, ad restim solitum cordacem saltari, quia Comicus hic dicit κόρδακα ἑλκύειν. Iulianus et alii ἕλκειν κόρδακα. Sed et infra: Εὔπολις τὸν Μαρικᾶν παρείλκυσεν. Schol. ms. κόρδακα, τὸ λεγόμενον ἰδιωτικῶς καρυδᾶν λέγει. τὸ δὲ εἵλκυσεν, ἀντὶ τοῦ ἐσώτερον εἰσήγαγε, νοεῖ· et ad παρείλκυσεν 553. glossa εἰς τὸ θέατρον εἰσήγαγεν. Barbaram vocem καρυδᾶν non reperio in C. du Fresne Glossario. *Brunck.* Gloss. (cod. quinti): τὸν λεγόμενον ἰδιωτικῶς καριδᾶν λέγει· τὸ δὲ εἵλκυσεν ἀντὶ τοῦ ἐν τῷ θεάτρῳ εἰσήγαγε νόει. Eamdem hanc glossam ex alio cod. iam cum scripturae mendis protuleram. Perperam illa v. ἑλκύειν interpretatur, quod saltationis proprium est. v. Pac. 328. *Idem* in Suppl.

εἵλκυσεν. Syllaba media, alias longa, corripitur e lege theatri Attici. *Ern.* Quaenam est illa lex theatri Attici? ἑλκύσαι media breui vbiuis, nec solum ap. Atticos poëtas, vt Arist. 553. Pac. 328. Eurip. Phoen. 994. Andr. 108. Cycl. 416. sed ap. alios etiam, vt Pind. Nem. VII, 15. Nec locum, vbi ea syllaba longa sit, noui. Nam Iliad. XVII, 158. recte iam pro ἑλκύσωσι Wolf. dedit ἑλκήσουσιν, atque Apoll. Rhod. I, 955. pridem expulsa corrupta lectio ἑλκύσαντες. *Herm.*

541. πρεσβύτης. Senem baculo percutientem alios in Auu. introduxisse Comicum dicit Schol., sed ibi quidem

r) Add. Tho. M. p. 547. et intpp.

percutit Pisthetaerus quosdam, nempe vatem 986., geometram 1019., plebiscitorum venditorem 1043., seruum 1327. et 1335. Cinesiam 1402. et sycophantam 1465. Verum non propterea id facit, quia derisus erat ab illis; quale exemplum hic requiritur; exstat vero et tale exemplum Plut. 271. vbi senum chorus ad seruum: *μῶν ἀξιοῖς— βακτηρίαν ἔχοντος*; *Bergl.* *ἀφανίζων* etc. idem reddit: *dicta mordacia retundens*, melius quam *Wiland.*: um die platteſten Zoten gut dadurch zu machen; putat autem Wil. ad Cratini Eupolidis aliorumque comoedias alludi. *Reiskius* coniecit (542.) *τὸν παρόντα βαύζων π. σ.*

543. Οὐδ' *εἰσῆξε κ. τ. λ.* id est, *neque in theatrum irruit* (vel *irrupit*) *faces habens:* comoedia scilicet; quippe de qua Arist. per prosopopoeiam tamquam de femina quadam hic loqui pergit. *Εἰσῆξε s)* autem est ab *εἰσαΐσσω irruo*, *irrumpo* (vnde cum *ι* subscripto scribendum est) non vero ab *εἰσάγω introduco*, vt Frischlin. putauit, qui locum hunc sic vertit: *neque taediferam introduxit;* quasi nimirum legeretur *δᾷδας ἔχουσαν·* quod tamen neque metro neque sensui congruum est. *Kust.* *δᾷδας.* Facem introduxit in Nubb. 1493. Plut. 1042. ¡Vesp. 1329. *ἰοὺ, ἰού* clamat in principio Nubb. et circa finem, Plut. 276. 478. Eqq. 1092. Au. 306. et alibi. *Bergl.*

544. *ἐλήλυθεν.* R. *ἐλήλυθε*, recte. *Ern.* *ἐλήλυθε* Br. dedit, vnde venit in Inu. *ἐλήλυθεν* restituit *Herm.*

545. *οὐ κομῶ.* Facete ludit in ambiguitate verbi, quod et *superbire* significat, vt Plut. 170., et *comatum esse*, vt Au. 1282. *Superbire* quidem potuisset Arist., sed *comam alere* non potuisset, vtpote caluus, vt paullo ante notaui. *Bergl.* Singularis loco huic lepor et venustas inest. Quum enim *κομᾶν* non solum *superbire*, sed etiam *comatum* esse ap. Gr. significet; vtraque significatio hic in Ari-

---

s) Pro *εἰσῆξε* ab *ἀΐσσω*, vt Plut. 723. *ἀναΐξας*, Ran. 465. *ἀπῆξας*. *Bergl.* *εἰσΐξε* cum iota subscr. recte edidit Kust. Sic libri scripti C. l. *ἦξα* et *ἶξα* saepe in libris confunduntur. v. Hemst. ad Plut. p. 250. *Ern.* *εἰσῇλθε* in cod. Borg. e gloss. est. Vulg. *εἰσῆξε* defendere conatus est Abresch. Anim. ad Aesch. I. p. 27., recte verti posse existimans: *neque introduxit faces;* et Grammaticorum praeceptum, damnantium aor. *ἦξα*, vanitatis arguens.

ſtoph., quem caluum fuiſſe conſtat et qui de ſe ipſe loquitur, conuenire poteſt. De caluitie autem Ariſt. vid. fragm. Eupolidis, quod adducit Schol. ad 552. *Kuſt.*

546. ταῦτ' εἰσάγων [vt olim legebatur]. Potius ſcribendum eſt, ταύτ' (pro ταυτὰ) ε. *Kuſt.* Ita, ταὖτ' h. e. τὰ αὐτὰ correxerunt etiam *Ern.* et *Brunck.*, atque dederunt *Harl.* (e Schol.) *Inu. Sch. Herm.*

547. εἰσφέρων *t)* σοφίζομαι. Sic Vat. R. C. Ia. edd. Ald. Frob. Crat. Caninii Paris., quod miror non vidiſſe Kuſterum, qui debebat recipere, quod nos fecimus. Vulg. εἰσφέρω, σοφ. *Ern.* ἀεί. Neceſſe non erat ob metrum legere αἰεὶ [vt ante Br. vulg. fuit]. εἰσφέρων σ. Sic vett. edd. et tres codd. In B. a prima manu εἰσφέρειν, ſed emendatum εἰσφέρων. Male in Kuſt. et exinde in nouiſſima Bataua εἰσφέρω, σ. *Brunck.* Etiam Rau. Elb. Bau. εἰσφέρων. ἀεὶ cum Br. pro αἰεὶ ſcripſimus. *Herm.* Ita etiam Sch. et Inu.

549. „Ex his verbis et aliis, quae in hac parabaſi dicuntur, optime concluditur, eam fabulae additam ab auctore poſt Cleonis *v)* mortem, quod et firmatur ex eo, quod duobus infra verſibus loquitur de *Marica*, Eupolidis Comici fabula, in qua notant Scholiaſtae factam fuiſſe mentionem mortis Cleonis. Ideo, vt notarunt iidem, repulſam paſſus Ariſt. in repraeſentatione huius fabulae, voluit iterum eam producere et addiderat hanc parabaſin. Dubium autem eſt, vtrum repraeſentata fuerit, nec ne: licet in Protheoria quidam Schol. id aſſerat. Nam alius ait: Οὐ φέρονται αἱ διδασκαλίαι τῶν δύο Νεφελῶν. Id vnum certum eſt, Ariſt. id habuiſſe in animo, et hanc parabaſin addidiſſe, in qua queritur et auditores incuſat ob repul-

---

t) Ms. Vatic. U. rectius εἰσφέρων σ. *Kuſt.* Accuſatiui illi poſſunt commode pendere a praeced. εἰσφέρω [vt vulg.]; tamen magis placet tolli diſtinctionem poſt σοφίζομαι. σοφίζεσθαί τι eſt, *acute, ſapienter, dicere, facere, cogitare. Duck.* εἰσφέρων correxit etiam *Reisk.*

v) Sic etiam in Vesp. 62. dicit, nolle ſe iterum Cleonem exagitare. Ex profeſſo autem contra eum edidit Equites. *Bergl.* Similiter Plato Comicus gloriabatur, ſe bellum Cleoni intuliſſe. v. Porſon. ad Eurip. T. I. p. 410. ed. Lips. ſec.

ſam ab iis paſſam. Sed ſuſpicor, iterum in ſcenam eam non prodiiſſe: aliter id non tacuiſſet Aelianus nec Eunapius, et vnius ſolius Schol. fides non ſufficit ad fidem faciendam. Tum Schol. locus infra ad *Vesp.* me demouet, vt credam, ſecundas Nubes in theatro recitatas fuiſſe. Nam qui id affirmant, volunt anno ſequenti ſub Aminia eas prodiiſſe. Αἱ δὲ δευτέραι Νεφέλαι ἐπὶ Ἀμεινίου ἄρχοντος, ait quidam in Protheoria Nubb. Sed quomodo id verum eſſe poſſit, non video. Nam *Veſpae* Aminia archonte prodierunt in Lenaeis. At duo dramata ſimul non exhibebantur ab eodem poëta, nec eius rei exſtat exemplum. Si igitur prodierunt ſecundae Nubes ſub Aminia, oportet eas prodiiſſe in Dionyſiis aſtycis, vere, eodem quo Veſpae Aminia archonte. Sed Schol. ad Veſp. 1007. Φυλάττεσθε, φησι, μὴ ἐκφαυλισθῆναι τὴν διδασκαλίαν τοῦ δράματος τούτου. καὶ πρὸ ἑνὸς γὰρ ἐνιαυτοῦ τὰς πρώτας Νεφέλας διδάξας, ἀπεκρίθη. Quae clare innuunt, ſecundas Nubes nec reiectas nec approbatas ante Veſparum διδασκαλίαν. Aliter locus erat de eo non tacere." Palmer. p. 731. f. et inde *Kuſt.* [De ea re in Prolegg. disputatum.] De Cleone et Hyperbolo vid. praeter Schol. ad Pac. 680. etiam Hemſterh. ad Luc. Tim. 30. T. I. p. 142 — 45. *Harl.*

550. [Vulgo legebatur: Κοὐκέτ' εἰσαῦθίς γ' ἐπεπήδησά γ' αὐτῷ κειμένῳ]. Hic verſus a Suida V. Ἐμπηδῆσαι ſic profertur: Οὐκ ἐτόλμησ' αὖθις ἐμπηδῆσαι αὐτῷ κειμένῳ· quae, vt ſaepe fit, ex Scholiaſtarum paraphraſi accepta ſunt, non ex ipſo textu. Quid autem illud ἐτόλμησα, et vnde natum? Reſtituo, opinor, lectionem veram, diu exſtinctam, quam σχολιαστὴς ille expreſſerat:

Κοὐκ ἔτλησ' αὖθίς γ' ἐπιπηδῆσαί γ' αὐτῷ κειμένῳ.

Οὐκ ἔτλησα, vel ἔτλην, *non ſuſtinui, non in animum induxi*, iacenti inſultare. Hoc animi generoſi argumentum erat. *Bentl.* Mendoſa eſt huius verſus ſcriptura in codd. omnibus *x*). Tres habent: κοὐκ ἐσαῦτις, vel ἐσαῦθις, vel κοὐκέτ' αὖθις ἐμπεπήδηκ' αὐτῷ κειμένῳ B. οὐκ ἐσαῦθις ἐπεπήδησ'. Cod. quintus: κοὐκ ἐσαῦτις ἐπεπήδησ'. *Brunck.* Bau. κοὐκέτ' αὖθις ἐμπεπήδηκ' αὐτῷ. *Harl.* Bentleius peſſime coniecit.

---

x) In hoc verſu valde variant Codices. R. a. αὖθις ἐνεπήδηκα. L. bis delet γ', C. prius. Ib. κουκίτ' αὖθις ἐμπεπήδηκ' αὐτῷ. Ia. κοὐκ ἐσαῦθις ἐπ. *Ern.*

Brunkius metro prorſus euerſo: *κοὐκέτ' ἐσαῦθίς γ' ἐπεπήδησά γ' αὐτῷ κειμένῳ.* Liber Rau. *κοὐκ ἐτόλμησ' αὖτις ἐπεμπήδησ' αὐτῷ κειμένῳ y).* Haec haud dubie vera lectio eſt, ſed male a me explicata l. III. de metr. c. 5. p. 380. Leui enim mutatione facta ſcribendum: *κοὐκ ἐτόλμησ' αὖτις ἐπεμπηδῆσ' αὐτῷ κειμένῳ.* Eliſa hic diphthongus infinitiui, vt 523. contra canonem Daweſii M. Cr. p. 266. cui iam Koenius ad Greg. Cor. p. 72. et Burgess. p. 472. et Brunk. infra ad 1181. contradixerunt. Atque hercle magis etiam debebant. Nam Daweſius immerito nimiam conſequutus eſt auctoritatem eo quod pro dictatore ſe geſſit. Qui, quas leges Atticis ſcriptoribus, maxime in re metrica et prosodia effinxit, earum argumenta videtur perlectis vix amplius ſex ſeptemue paginis collegiſſe. Illud quidem ei lubenter concedimus breui vocali ſequente, ſi ſyllaba, in quam fit eliſio, produci poteſt, ſeruari diphthongum, vt in his *κολάσαι ᾽ξεσι, γῆμαι ᾽πῆρε* ſed ea ſyllaba quum breuis eſt aut quum longam vocalem habet, neceſſario abiicienda diphthongus eſt. Sic 781. *καλεῖσθ' ἁπαγξαίμην.* Caet. quae de Cleone ſemel tantum lacerato ſcribit, pertinent ad Equites. Nam etſi in Veſpis quoque, quae biennio poſt Eqq. actae ſunt, ſaepius Cleonem tetigit, de qua re ipſe dicit in illa fab. 1284. ſq., iſti tamen loci non potuerunt hic ſpectari, vbi de vniuerſo fabularum argumento et conſilio loquitur. Atque in ipſis Veſp. 62. dixerat, nolle ſe integra fabula Cleonem iterum exagitare. *Herm.*

551. Petit alios Comicos qui vbi ſemel Hyperbolus iis praebuerat carpendi opportunitatem, non deſinebant miſerum conculcare.

552. *καὶ τὴν μητέρα.* Eupolis in Marica etiam matrem Hyperboli videtur riſiſſe, vt apparet ex Scholl. ad Plut. 1038. *κἀκεῖ τὴν Ὑπερβόλου μητέρα τηλίκ' εἰκάζει, τῇ πλατείᾳ σανίδι. Bergl.* — *ἀεὶ* A. C. recte *z)* [pro olim vulg. *αἰεί*], vt ſupra 547. *κολετρῶσ'* Gl. *ὑβρίζουσι.* In C. *ὅ φασιν ἰδιωτικῶς κλοτζοκοποῦσι.* Accuratior forte eſt ea ſcriptura, quam quae reperta fuit C. du Fresne in codice, cuius memi-

---

y) Recepit hoc Inu. ſed perperam explicuit, commate poſt *αὖτις* poſito.

z) Ita etiam R. ap. Ern. et receperunt Sch. Herm. Inu.

nit Gl. Gr. inf. col. 670. In meo τζαλαπατοῦσι. *Brunck.* In Cod. quinto ap. Br. Suppl. Gl. ὅ φασιν ἰδιωτικῶς κλοτζοκουποῦσιν.

553. Τὸν Μαρικᾶν. Titulus est fabulae, quam Eupolis in Hyperbolum fecit, vt in Cleonem Comicus noster Equites. Id autem nominis per se quid significet, tradit Hesych. μαρικᾶν· κίναιδον· οἱ δέ, ὑποκόρισμα παιδίου ἄῤῥενος βαρβαρικοῦ *a*). *Brunck.*

554. ἐκτρέφειν Bergl. vertit, *inuertere*, aut *euacuare*, Brunck. *in alium habitum mutare.* Est potius, vt Schol. interpretatur, *in suam rem prorsus conuertere* (*plündern* Wil., *piller* Francog.)

555. γραῦν μεθύσην. Notant vett. magistri, ap. Atticos τὸ μέθυσος et μεθύση tantum dici de feminis, vt h. l., de viris autem μεθύων et μεθυσικός. v. Thom. Mag. V. Μεθύση [p. 602. Bern.], vbi loci huius mentionem facit. *Kust.* [In fine v. et init. seq. olim vulgatum: κόρδακος *b*) οὔνεκα Ἧν Φρ.]. Lectio haec legem metri violat. Nam Φρυνίχος quidem primam longam habet; et vtcumque esset breuis, in primo loco non stabit dactylus. Reiice igitur ἦν ad superiorem versum, vt legatur — τοῦ κόρδακος οὕνεχ' ἦν Φρ. πάλαι — *Bentl.* Vulgo οὕνεκα in fine prioris versus et alterius initio ἦν Φρυν. — quo pacto soluti erant numeri, quos restituit Bentl. *Brunck.* Ita etiam *Herm.*

556. ἦν τὸ κῆτος κατήσθ. Sic etiam Plato Comicus in Cleophonte videtur vetulam exposuisse piscibus vorandam, ap. Athen. VII. p. 315. σὲ γάρ, γραῦ, συγκατῴκισε σαπρὰν ὀρφοῖσι σελαχίοις τε καὶ Φάγροις βορᾶν (te enim, vetula, contubernalem fecit piscibus, vt te vorent), nempe vt Andromedam apud Tragicos; quemadmodum ap. Comicum Thesm. 1062. Mnesilochus veste muliebri indutus et vetulam repraesentans, vinctus in cruce, simulat Andromedam et dicit: ἀλλ' ἐν πυκνοῖς δεσμοῖσιν ἐμπεπλεγμένη κήτει βορᾷ Γλαυκέτῃ πρόκειμαι. *Bergl.*

---

a) Eumdem Hes. locum iam laudauit *Bergl.*

b) Media in κόρδακος producenda; alias exiſtit pyrrhichius, qui in Eupolideo versu locum non habet. Et sic quoque v. 540. longa esse potest. *Ern.* qui etiam Bentl. coniecturam, qua sequ. versus metro consulatur, probat.

557. Vulgo legitur metro prorſus corrupto: *εἶθ' Ἑρμιππος αὖθις πεποίηκεν εἰς Ὑπέρβολον.* Bentleius metro conſulebat *c)* pro *αὖθις* legens *αὖθι*, ſententia reclamante. Diuerſa ſunt *αὖθις* et *αὖθι*· illud *πάλιν* ſignificat, quod hic ſenſus requirit; hoc *αὐτόθι*, et eſt poëticum. Vitium eſt in *πεποίηκεν*. Legendum: *εἶθ' αὖθις Ἑρμιππος ἐποίησεν εἰς Ὑπέρβολον. Brunck.* Mirari licet, quare, quum libri omnes, vt metrum poſtulat, *εἶθ' Ἑρμιππος αὖθις* habeant, Brunk. mutando verborum ordine peruertere metrum maluerit. *ἐποίησεν*, licet omnes libri *πεποίηκεν* habeant, recepimus *d)*. Similiter 550. multi libri *ἐμπεπήδηκα* forma perfecti, pro aoriſto. Eſſet tamen, quod quis vulgatae lectioni defendendae afferre poſſit, ſi exemplo conſtaret, poëtas in Eupolideo verſu pariter atque in altero Priapeo, cuius primum membrum plane cum Eupolidei priore parte conſpirat, pro choriambo dipodiam iambicam adhibuiſſe. v. de metr. III, 2. Ita hic verſus hanc menſuram habiturus eſſet:

– – | –˘ ∪ | – –˘ ∪ – | – ∪ | –˘ ∪ | –˘ ∪ –

εἶθ' Ἑρμιππος αὖθις πεποίηκεν εἰς Ὑπέρβολον.

Quamquam ſi dipodia iambica vti vellet Ariſt., elegantius ſcripſiſſet hoc modo: *εἶθ' ἁ. πεποίηκεν Ἑρμ. ε. Ὑ.* Verum has coniecturas longe ſuperat probabilitate Brunkii emendatio *ἐποίησεν*. *Herm.*

558. Hunc verſum omittit C. *ἐρείδουσιν inueluntur, accuſant grauiter.* Heſych. *ἤρειδε· σφοδρῶς κατηγόρει. Ern. ἐρείδουσιν.* Gloſſae: *Fulcio.* Item *ἐρείδει trudit.* Quae poſterior ſignificatio hic locum habet, et Eqq. 623. *κρημνοὺς ἐρείδων. Bergl.* Quod iam paullo ante de hoc Hyperbolo dixerat (552.): *τοῦτον δείλαιον κολετρῶσ' (proculcant) ἀεί*, nempe eum, vt valde improbum non ab Hermippo ſolum, ſed ab aliis omnibus Comicis Atticis exagitari. Ad quae proinde Ariſt. loca reſpexiſſe videtur Cicero Brut. 62. *homo ſimillimus Athenienſi Hyperbolo, cuius improbitatem veteres Atticorum comoediae notarunt.* Idem quoque factum a Plutarcho Alcib. p. 196. *e)*

c) Lege *αὖθι πεποίηκεν*, vt ſit dactylus in loco tertio. *Bentl.* Probauit *Ern.*

d) Ediderunt *Herm.* et *Sch.* Εἶθ' Ἑρμιππος αὖθις ἐποίησεν εἰς Ὑπ.

e) Eadem Cic. et Plut. loca laudauit etiam *Bergl.*

[c. 13. T. II. p. 21. Reisk.] ἦν δέ τις Ὑπέρβολος Περιθοίδης, οὗ μέμνηται μὲν Θουκυδίδης· τοῖς δὲ Κωμικοῖς ὁμοῦ τε πᾶσι διατριβὴν ἀεὶ σκωπτόμενος ἐν τοῖς θεάτροις παρεῖχεν. Adde eumdem in Nicia p. 530. [c. 11. T. III. p. 362. R. et in Aristid. c. 7. p. 495. T. II.], Galenum praeterea, qui et Cleonis, de quo paullo ante facta hic erat a Comico mentio, Protrept. c. 7. Themist. Or. XVI. p. 296. et Or. XXVI. p. 330. Neque vero hic solum et dein 621. et 1055., sed in plerisque aliis quae adhuc supersunt huius Comici fabulis perstringitur idem Hyperbolus, vt Ran. 878. Eqq. 1302. 1361. Ach. 847. et alibi. De vsu vero, quem hic obtinet verbum ἐρείδειν, v. ad 1378. *f*). *Spanh.*

559. Τὰς εἰκοὺς τῶν ἐγχέλεων. Loci huius mentionem faciunt Athenaeus L. VII. c. 13. p. 299. et Hesychius V. Εἰκοὺς τῶν ἐγχέλεων *g*). Respicit hic autem Arist. ad locum illum elegantissimum Eqq. 860 ὅπερ γὰρ οἱ τὰς ἐγχέλεις ἠρπάμενοι πέπονθας etc. quam imaginem sive similitudinem multos poëtas postea imitatos esse dicit. *Kust.* Adducitur hic versus ab Athen. tamquam e δευτέραις Νεφέλαις VII. p. 299. [T. III. p. 92. Schweigh.]. Certe parecbasis haec, in qua legitur, ad Δευτέρας Νεφέλας, quae priorum anteactarum meminit, demum spectabat. *Spanh.* εἰκούς. Athen. l. l. εἰκοῦς. Huc pertinet glossa Hes. εἰκούς, εἰκόνας, vbi v. intpp. Vsus est etiam Euripides. v. Valken. ad Phoen. p. 168. *h*) Ib. addit ἐμῶν, quod est glossema. *Ern.*

561. εὐφραίνησθ' εὑρήμασιν. R. εὐφραίνησθε ῥήμασιν. *Ern.* Reizius legi malebat: εὐφρανῆθ' εὑρ. eleganter sane, sed praeter necessitatem tamen. *Herm.*

---

f) ἐρείδουσιν Ὑπερβ. *invadunt Hyperbolum.* Construitur eodem sensu quoque, cum κατὰ Eqq. 627. et praepositione omissa cum accus. Pind. Ol. IX, 47. vbi vid. Gedicke in Pind. Carm. selectis p. 188. *Harl.*

g) Auctor Etym. M. p. 312. extr. τὸ δὲ παρὰ Ἀριστοφάνει, τὰς εἰκοὺς τῶν ἐγχέλεων, ἀπὸ τοῦ ἔγχελις ἐγχέλεως ἐσίν, ὡς ὄφις ὄφεως. Innuit autem similitudinem illam de anguillis, quae est Eqq. 864. *Brunck.* Eumdem locum etiam *Bergl.* laudat. Plura de voc. ἔγχελις Zonar. Lex. I. p. 601. vbi cf. Tittmann. et Camus ad Arist. H. A. T. II. p. 85. f.

h) De εἰκὼ pro εἰκόνα v. Porson. ad Eurip. I. p. 290. et Tittm. ad Zon. I. p. 626.

562. ἐς τὰς ὥρας τὰς ἑτέρας — Loco huic simillimus est alius Ran. 717.: ὑστέρῳ χρόνῳ ποθ' αὖθις εὖ φρονεῖν οὐ δόξομεν. Nimirum eo loco ὑστέρῳ χρ. idem significat, quod hic ἐς τὰς ὥρας τὰς ἑτέρας *i*), i. e. *in posterum tempus. Kust.* In Thesm. 979. ἐκ τῶν ὡρῶν ἐς τὰς ὥρας. *Bergl.*

563. Chorus [Inu. cum Br. cui et vernaculi intpp. assentiuntur, Semichorum posuit, Francog. secundum Semichorum] inuocat Iouem, Neptunum, Aetherem et Phoebum. *Bergl.*

564. Ζῆνα τύραννον. Ad Aeschyli exemplum, vt iam vidimus ad Plut. 124. *k*). Quamquam quod subinde in Iouis contumeliam, ob iniustum eius, cuius iussu graues pendebat poenas, dominatum, a Prometheo, in cognomine illi dramate, dicitur; hic ad summum Iouis imperium designandum, eo demum excelsi seu ὑψιμέδοντος θεῶν τυράννου nomine a Nubium choro inuocatur: idem nempe qui νεφεληγερέτα Ζεὺς ab Homero pridem dictus Il. I, 417. et Aesch. Suppl. 787. Νέφεσι γειτονῶν Διὸς *Nubibus appropinquans Iouis.* Id vero forte mihi, dum haec scriberem, occurrit, Anacreontis delicias, Bathyllum, *tyrannum* dici, idque ob singularem formae praestantiam, quam alibi in eo extollit, quaque omnes vinceret Od. IX. [9. f.] τὸν ἄρτι τῶν ἁπάντων Κρατοῦντα καὶ τύραννον· nempe iuxta illud ab eodem de mulierum pulcritudine Od. II. [12. f.] *prae clypeis omnibus, prae omnibus hastis,* νικᾷ δὲ καὶ σίδηρον καὶ πῦρ καλή τις οὖσα. Quibus addi possunt Soph. verba ap. Stob. et in Excerpt. inde H. Grotii p. 241. vnde superiora vatis lyrici haud parum illustrantur, in quibus de Venere dicitur: Διὸς τυραννεῖ πλευμόνων, ἄνευ δορός, ἄνευ σιδήρου: ea proinde, quae *Venus Victrix* in Romanis numis subinde consignatur. *Spanh.*

566. In descriptione versuum huius carminis et scholiasten et Brunkium deferendum putauimus *l*), quorum

---

i) ὥραι enim simpliciter *annum, tempora*, significant, vt in form. εἰς ὥρας Theocr. XV, 74. vbi vid. Valk. in Comm.

k) Eum locum etiam *Bergl.* laudat.

l) Ap. Herm. ita versus (inde a 566., f. 562. ap. ipsum) descripti sunt:

vterque satis hiulcos numeros protulit. Alia ac multo peior in Rau. libro versuum dispositio est. Sunt autem horum versuum primus, secundus, quintus, nonus, vndecimus choriambici dimetri acatalectici; tertius, sextus, duodecimus, choriambici dimetri catalectici; quartus choriambicus trimeter acatalecticus; septimus dactylicus tetrameter acatalect.; octauus dactylicus pentameter catalecticus in bisyllabum; decimus Glyconeus polyschematistus ex antispasto et choriambo. Caet. Brunk. strophan hanc pariter atque antistrophan semichoro tribuit, non monito lectore *m)*. Idem etiam alibi ab eo factum est, vbi huiuscemodi choricis cantionibus vicina est parabasis, vt Auu. 737. 769. 1038. 1088. Vesp. 1060. 1091. 1275. 1284. Caussam non satis perspicio, nisi forte minus apte putauit hasce cantiones ab iisdem cani, qui parabasin recitarent. At enim vero parabasin coryphaeus recitat, cantiones illas vniuersus chorus canit, vt, si omnino opus esset personarum distinctione, certe semichori non essent introducendi. Multo peius etiam in extremis Vesp. semichori distinguuntur. *Herm.*

568. Θαλάσσης. L. Θαλάττης, recte. *Ern.* Θαλάσσης non mutandum, vt in chori cantico. *Herm.*

τόν τε μέγ. τρ. ταμίαν,
γῆς τε κ. ἁ. θαλάσ-
σης ἔγγρ. μοχλευτήν·
καὶ μεγ. ἡμέτερον πατέρ'
λίθ. — πάντων
τόν θ' ἱππ., ὃς ὑπερ-
λαμπρ. ἁ. κατέχει
γῆς — θεοῖς
ἐν θν. τ. θαίμων.

Cum his vulg. olim distinctio conuenit, nisi quod 566 — 68. ita leguntur:

τόν τε μεγ. τριαί-
νης ταμ. γ. τ. καὶ ἁλ-
μυρ. θ. ἁ. μ.

eosdem autem versus Br. ita disposuit:

τόν τε μ. τρ. ταμίαν
γῆς τε καὶ ἁλμυρᾶς
θαλάσσης ἁ. μ.

in reliquis consentit.

m) Schütz. etiam et Wil. in vers. strophen primo semichoro, antistrophen secundo, tribuunt; Francog. interpres vtramque secundo semichoro.

569. ἡμέτερον [vt edd.] Triclinius ad Pind. Ol. I, 10. locum hunc Comici citans pro ἡμέτερον legit ὑμέτερον *n*), minus recte. *Kuſt.*

570. πατέρ' Αἰθέρα κ. τ. λ. Αἰθέρα de *aethere* hic dici, et quidem, quod additum βιοθρέμμονος πάντων ſ. *omnium* (quod ſequitur) *vitae altoris* epitheton continuo arguit, hic notat Schol. Quam in rem exſtant incerti Tragici verſus *o*) ap. Sext. Empir. adu. Math. p. 129. [adu. Mus. 17. p. 360. Fabr. Γαῖα μεγίστη καὶ Διὸς Αἰθήρ, Ὁ μὲν ἀνθρώπων καὶ θεῶν γενέτωρ *p*)· niſi quod pro Διὸς legendum ibi videtur δῖος, vt Aeſch. Prom. 88. δῖος αἰθήρ, et ab Empedocle ap. Ariſtot. Metaph. II. p. 43. Sylb. [in Fragm. Emped. ed. Sturz. L. III. Phys. v. 319. T. II. p. 527. vbi cf. Sturz. p. 633.] αἰθέρι δὲ αἰθέρα δῖον. Ap. Aeſch. vero S. C. Th. 81. αἰθερία κόνις, vt ibi Schol. μέχρις ἀέρος φθάνουσα. Quamquam Αἰθέρα, Διὸς δωμάτιον Ran. 100. et apud Tragicos ſimiliter Αἰθέρα Διὸς οἰκῆσιν, vt ibi notant Scholia, de *ſummo aethere*, non vero de *aëre* dictum legimus. *Spanh.*

572. ſ. ὑπερλάμπροις. Sic R. (Ed. Bas. ὑπερλαμπρός.) Idem Cod. habet ἀκτῖσι ſine *ν*, et ſic lectum olim patet e Schol. ad 564. et 595. vbi ſic profertur. *Ern.*

574. (al. 573.) γῆς πέδον. Sic vulgo Tragici Aeſch. S. C. Th. 84. γαίας πέδον. Eurip. Hipp. 746. et ſimul cum Sole Mede. 746. ὄμνυ πέδον Γῆς πατέρα θ' Ἥλιον *q*). *Spanh.* — μέγας ἐν θεοῖς. Immo, qui Sol πάμμεγας etiam dictus, vt Themiſt. Or. XI. p. 150. ὥσπερ πάμμεγας Ἥλιος. Inde etiam ſolo Θεοῦ vel Δεσπότου nomine a gentilibus ſaepe

---

n) Ita etiam cod. C. ap. *Ern.* ἰμέν, quod e Rau. recepit Inu., metro obeſt. Reſtituendum ἡμίτερον.

o) Sunt Euripidis e Chryſippo, inter fragm. Musgr. n. 7. add. eiusdem Eurip. fragm. ap. Sex. Empir. adu. Phyſ. II. p. 685. Fabr.

p) Eumdem locum laudat *Bergl.* et e Lucret. I. [251. f.]
Poſtremo pereunt imbres, vbi eos pater Aether
In gremium matris Terraï praecipitauit.

q) Hunc Medeae locum laudat etiam *Bergl.* et praeterea Lucret. I. [213.] *Terraïque ſolum ſubigentes*; Virg. Ge. I. [63. f.] *terrae pingue ſolum.*

idem deſignatus, qua de re nos olim ad Iuliani Caeſ. p. 379. quod viderunt etiam alii, ac prae caeteris Cuperus Harpocr. p. 113. *Spanh.*

576. (al. 575.) Chorus Nubium dicit ſibi honores divinos deberi, quia multum commodet reipublicae et perſtringat Cleonem. *Bergl.* Coryphaeus chori et haec ad ſpectatores conuerſus dicit. Perperam Francog. int. primo ſemichoro tribuit.

τὸν νοῦν προσέχετε. Ferri quidem poteſt pes ille proceleuſmaticus in fine; ſed quid opus? quum et rotundius ſit et ἀττικώτερον: τὸν νοῦν πρόσχετε r). Sic potius Athenis loquebantur quam προσέχετε. Sic Pherecrates paullo ante ad v. 563. a Schol. citatus [et ap. Hephaeſt.] Ἄνδρες πρόσχετε τὸν νοῦν. Sic et infra p. 114. ed. Bas. [1116.] legendum eſt προσχέτω τὸν νοῦν, non προσεχέτω· et pluribus in locis alibi. *Bentl.* Tribrachum in καταλήξει bene defendit Brunk. in Not. [v. not. ad 917.]. *Herm.* Recte Bentleius πρόσχετε reponit. Scribendumne ſit πρόσχετε an πρόσσχετε, alias fortaſſe diſquiram. Sed inſurgit Br. aitque „pedem tribrachym ante ſyllabam catalecticam tetrametrum trochaicum admittere.“ Verum ſane hoc, non tamen ideo admittendus eſt iſte pes, ſi tuto vitari poteſt. Sed quaeſtionis ſtatum non intellexit Vir doctiſſimus. Dicere debuerat: „pedem dactylum ante finalem iambum tetrametrum trochaicum admittere.“ Et hoc, vt dixi, aliquando faciunt Comici, ſed pudenter et raro; tribrachyn vero ante finalem tetrametri trochaici iambum non ſolum Comici ſed etiam Tragici admittunt. *Porſon.* praef. ad Eurip. T. I. p. L. ed. ſec.

577. ὑμῖν. Sic IV. codd. Perperam vulgo ὔμμιν. *Brunck.* Conſentiunt Elb. Rau. Borg. In R. ap. Ern. ὔμιν, L. ὑμῖν.

580. Friſchlinus locum hunc male intellexit. Ἔξοδος enim hic non ſignificat *exitum comicum*, ſed *expeditio-*

r) Non dubito, quin legendum ſit πρόσχετε. Nam tribrachys in hoc genere carminis ſeptima ſede locum habere non poteſt. Schol. ad 563. e Pherecrate: Ἄνδρες πρόσχετε τὸν νοῦν. Idem peccatum Eqq. 501. *Duck.* Eodem modo ſtatuit et Bentleio adſentitur *Ern.*

nem bellicam ſ. *profectionem militarem ad bellum;* quo ſenſu eadem vox accipitur infra Pac. 1181. *Kuſt.* Ea ſuscipitur μηδ. ξὺν νῷ, i. e. nullo conſilio, temere. ψεκάζειν *ſtillare*, eſt, *pluere* h. l. δροσίζειν interpretantur vett. Gramm. v. Zonar. II. 1871.

582. εἶτα poſſis vertere *verbi, exempli, cauſa.* Servit enim demonſtrando; quod hic fit commemorando. *Ern.* Παφλαγόν'. Sic edidimus, vt verſus ſtet. Veteres ſaltem ſic pronunciarunt, etſi ſine eliſione ſcripſere. *Ern.* Perperam. Nam mediae vocabulorum ſyllabae breues nullo pacto, ne in fine quidem verſuum produci poſſunt. Quod demonſtrauimus in diss. de metris Pindari Parte I. c. 3. *Herm.*

583. ἡνίχ' ἤρεῖσθε. Videtur tempeſtas illo die, quo Cleo dux eſt factus, orta eſſe, quae in noctem durauerit, vt nec luna nec ſol videri potuerit. Itaque in ſequentibus non de eclipſi lunae et ſolis loquitur: nam poſt lunae eclipſin non poteſt fieri ſtatim ſolis eclipſis, nec vice verſa. *Bergl.* Ariſtophanes cui incompertae eſſent ſolarium eclipſium rationes, ſolis obſcuritatem aliunde ortam pro eclipſi habuiſſe videtur. v. Dodwell. de vett. Gr. et Rom. cyclis diss. I. ſect. 21. p. 32. ff. de hoc Ariſt. loco contra Petitum docte et copioſe disputantem *s). Harl.* ξυνήγομεν L. pro vulg. συνήγ. *Ern.* atque ita Brunk. edidit, vt et poſt ξυνελκύσας.

584. R. ſcribit κἀποσῦμεν, quod non contemſerim. v. Intpp. ad Heſych. in ποσῖν. Certe credo ſic ſemper pronunciatum eſſe, vbi ποι in hoc verbo correptum eſt. *Ern.* ποσῖν δεινὰ reddunt *indignari.* Immo eſt *terribilia facere* (fürchterlichen Lärmen machen, vertit Wiland.).

Βροντὴ δ' ἀστρ. Sophocles in Teucro ap. Schol. [n. 2. p. 446. T. III. Brunck.] — οὐρανοῦ δ' ἄπο Ἥφαιστε, βροντὴ δ' ἐρράγη δι' ἀστραπῆς. *Bergl.* Inde colligere licet, irridendi Sophoclis cauſa repetitum eſſe, vt non bene dictum. *Ern.*

---

s) Cleon (Παφλάγων) Ol. LXXXIX, 1. dux terreſtrium et naualium copiarum lectus eſt, quumque ille a. 3. Ol. eiusd. prope Amphipolin perierit, patet, praecedentem parabaſin, vbi mortui mentio ſit, ſaltem anno poſt (4.) ſcriptam eſſe. *Wil.*

585. ἐξέλιπε τὰς edd. priſtinae [et Bergl.], non ἐξέλιπέ γε τὰς, quod metri cauſa additum videtur *t)*, cui ſatis conſultum, ſi ſcribatur ἐξέλειπε. *Bergl.* Quarta ſede eſt Pyrrhichius, qui locum in hoc carmine non habet. Leg. cum Schol. ἐξέλιπεν. Nam iambum quartus locus peculiari ratione recipit, vt Schol. ad 518. et ſunt aliquot exempla in illa παραβάσει ν). *Duck.* ἡ σελήνη δ' ἐκλέλοιπε — optime membr. Vulgo claudicante verſu, ἐξέλιπε. *Brunck.* Ita etiam (cum Borg.) *Inu. Herm. Schütz.*

Eclipſin Lunae deſignari, quae contigerit priore anno, ſusceptae nempe a Cleone expeditionis, Stratocle archonte, menſe autem Boëdromione in Scholl. ad h. l. dicitur. E quo proinde Comici loco colligit Sam. Petitus Ecl. chron. IV, 12. *eclipſin* fuiſſe *lunarem* hoc menſe Boedromione anni 4. Ol. LXXXVIII. Quae merito conuellit Dodwell. de vett. cycl. diss. I. p. 32. quod nulla defectus luminis in luna ſ. *lunaris eclipſeos* fiat hic apud Comicum mentio; ſed pro recepta tunc vulgo opinione, de *luna*, quae magorum opera deduci ſubinde, ac proinde de ſolitis viis decedere crederetur; adde quod et e proximis Comici verbis liqueat, de aliquo *ſolaris* potius quam *lunaris luminis defectu*, ſeu obſcuritate, ibidem agi. Accedit, quod male Schol. videatur ad eam expeditionem in Pylum, Stratocle archonte, ſusceptam, quaeque feliciter ei contigit, ea Comici verba referre, quum e ſuperioribus

---

t) Nempe a Kuſtero. Ita etiam cenſet *Ern.*, qui γε abeſſe L. I. et edd. antt. monet. Idem memoratis Duck. et Bergl. coniecturis (cui poſtremae addit, etiam proximis verſibus eum vti imperfectis), oſtendit, ſe etiam ἐκλέλοιπε, neſciebat vnde, notaſſe.

v) Brunk. in Add. ad 917. „Aliud ſpecimen Dukeri in metris peritiae exſtat in eius not. ad 584. — *peculiaris ratio illa* ineptum imperiti Graeculi commentum eſt. Dukerum, vt alios, feſellit titulus initio parabaſis praemiſſus, quo choriambici verſus trochaici eſſe perhibentur, qua de re in nota ad eum locum egi. Nullibi trochaicum metrum iambum recipit. Proinde verſus ille, ſiue ἐξέλιπεν, ſiue ἐξέλιπε ſcribatur, turpiter claudicabit. Id non ignorabat Kuſt., quapropter vt verſum ſuſtentaret, furtim ſuppoſuit, ſed ſatis inſulſe, partic. γε, quam non recepit Bergl. monens, *metro ſatis conſultum* iri, ſi ſcribatur ἐξέλειπε. Sed ſic minus conſtat temporum ratio. Optimum et ſincerum eſt, quod ex membr. repoſuimus, ἐκλέλοιπε.“

poëtae verbis de altera agi liquere videatur, quam infeliciter in Thraciam, secundo post anno, Aminia archonte, idem Cleon est adgressus. *Spanh.*

586. *τὴν θρυαλλίδ'*. An pupugit poëtam, qui sic dixerat? nam humilior est metaphora, quam pro sole. *θρυαλίδα* C. *ξυνελκύσας* R. L. quod placet [atque etiam Br. cum seqq. recepit]. *Ern.* Sensus: quum subito veluti ellychnium ad se contraxisset, h. e. fere exstinxisset. (*le soleil retira son flambeau* bene reddidit Francog. int.)

587. *οὐ φανεῖν ἔφασκεν ὑμῖν x)*. Quod de Sole hic dicitur, qui, vt de eo in superiore versu, velut adtracto ad se ellychnio, lucem suam Athenienſibus subduceret, si illi Cleonem exercitus ducem eligerent. Ne tamen hoc de vera *Solis eclipsi*, sed de aliquo alio solaris luminis defectu aut subortа repente obscuritate intelligatur, suadere videtur, quod, si de Cleonis expeditione in Pylum hic sit Aristophani sermo, ea feliciter et ex voto Athenienſium eidem, vt in superiore nota diximus, cessisset, anno ante actas primum has Nubes, solis praeterea eclipsis, cuius meminit Thucydides, et, vt ex eodem liquet, l. IV. p. 443. [c. 52.] post reducem iam ex ea expeditione Cleonem contigisset. Sequuta vero biennio post altera eius in Thraciam cum exercitu profectione, nulla tum legitur, quam pro more suo non omisisset Thucydides, solaris eclipseos, quae eam praecesserit coue anno exstiterit, mentio. Neque vero continuo cum Dodwello d. l. crederem, aliunde ortam solis obscuritatem pro *eclipsi* habuisse Aristophanem, cui incompertae fuerint eclipsium solarium rationes, sed potius eam, quae forte tum electi ab Athenn. *στρατηγοῦ* s. ducis exercitus, Cleonis, tempore exsitere potuit, solis obscuritatem ominosum quempiam solaris luminis defectum comice illum instar eclipseos traduxisse. *Spanh.* Pro *εἰ* L. *ἤν*, vt 580. recte. *στρατηγήσῃ* L. Ia. recte. *Ern.* Cum Brunk. vulgatam lectionem *εἰ στρατηγήσει* seruauimus. Talia enim saepe librorum numero, non pondere rationum dirimenda sunt. Eadem vbique varietas occurrit.

---

x) Alludit ad Homericum illud, vbi Sol dicit: *δύσεμαι εἰς Ἀΐδαο καὶ ἐν νεκύεσσι φαείνω*, quem locum adducit Schol.: est autem Od. XII, 383. *Bergl.*

vid. 480. Hic quidem vulg. lectio auribus magis commendatur, in qua *η*, non ſonora vocalis tantum bis, non vt in altera lectione quater iteretur. *Herm.* qui tamen nunc legi mauult *εἰ ϛρατηγήσοι.*

588. *φασὶ γὰρ δυσβουλίαν.* Cfr. Comicum noſtrum Eccles. 472. vbi eamdem rem tangit *y*). Vid. etiam Suid. V. *Ἀθηναίων δυσβουλία*, vbi loci huius mentionem facit. *Kuſt.* Hoc dictum de ſtultis Athenn. conſiliis bene cadentibus, vulgi ore tunc tritum repetit etiam Eccl. 475. hinc etiam in Eqq. 1051. *Κεκροπίδη κακόβουλε. Bergl.*

589. *ταῦτα μέντοι.* f. *πάντα μέντοι. Reisk.*

590. *ἐπὶ τὸ βέλτιον z*). Male cod. (quint.) *ἐπὶ τὸ βέλτιστον.* Procliuis librariorum lapſus in commutandis ſuperlatiuis et comparatiuis. *Brunck.* in Suppl. Recte *ἐπὶ τὸ βέλτιον*, vt 595. et Eccl. 475. *Herm.*

590. *τοῦτο ξυνοίσει.* Gl. *λυσιτελήσει, ὠφελήσει.* At aliter *a*) accipio. Mox *ξυνοίσεται* gl. *συνδραμεῖται.* Thesm. 139. *τί λήκυθος καὶ ϛρόφιον; ὡς οὐ ξύμφορον. Quam non conueniunt! Brunck.*

592. *Κλέωνα τὸν λάρον.* Sic de eodem Cleone Eqq. 952. *λάρος κεχηνὼς larus inhians praedae.* Hinc Timocles Athen. VIII. p. 342. *τοὺς λάρους εἶναι Σύρους.* Notum etiam ap. vett. Comicos, *Syros* paſſim pro *auaris, venalibus, voluptuariis* ſumi, vti de ea re olim ad Iuliani Caeſ. diximus p. 371. *λάρον* caeteroquin *τὸν προσαγορευόμενον βουφάγον*, ob *edacitatem* nempe *b*), et inde Herculi, *ἀδηφά-*

---

y) Eumdem locum etiam *Brunck.* et *Ern.* (qui addit: Sic ſaepe Demoſthenes) laudarunt. Eupolidis etiam fuit hic verſus: *ὦ πόλις, πόλις, ὡς εὐτυχεῖς μᾶλλον ἢ καλῶς φρονεῖς.*

z) Tribrachys in regione impari locum habet in hoc genere, vt iambus. v. ſchol. ad 518. *Ern.* Taedium eſt talia refutare. *Herm.*

a) Scilicet vertit: *iſta vero quo pacto conuenient.*

b) Larus, gauia, marina eſt auis, Francogallis *goiland* dicta. v. Camus ad Ariſt. H. A. II. p. 384. ff. Auis illa et voracis hominis et Bolidi ſymbolum eſt, vt monet *Harl.*, laudato Hemſterh. ad Lucian. Tim. I. p. 121.

γῳ quippe, tributum, tangit alibi Athen. X. p. 411. *Spanh.* Matron de parasito edace: πεινῶντι λάρῳ ὄρνιθι ἐοικώς ap. Athen. IV. [p. 134. F. Casaub. f. T. II. p. 29. Schweigh.], vbi facetissimus ille poëta conuiuium quoddam describit versibus Homericis ad ridiculum compositis: sunt autem omnino 122. versus. Comicus hic Cleonem etiam *larum* vocat, quod auide rapiat ciuium bona, vt *voracem* illa auis escam, et in Eqq. 952. tribuit Cleoni annulum signatorium, vbi inest haec sculptura: λάρος κεχηνὼς ἐπὶ πέτρας δημηγορῶν. Ibid. 1288. eiusmodi rapacitatem describit, quasi voracitatem, loquitur autem ibi de Cleonymo. *Bergl.* δώρ. ἑλ. κ. κλοπῆς est, donorum acceptorum et furti damnatum.

593. Φιμώσητε κ. τ. λ. *c) si ligno perforato* siue *numella constrinxeritis ei collum.* Glossae: φιμῶ, *incapistro.* Idem est δῆσαι ξύλῳ, vt Eqq. de eodem Cleone 1045. τουτονὶ δῆσαί σ' ἐκέλευε πεντεσυρίγγῳ ξύλῳ, vbi vid. nott. Idem etiam est ἐγκαθαρμόσαι εἰς ξύλον, vt Lysistr. 683. ἀλλὰ τούτων χρὴν ἅπασῶν ἐς τετρημένον ξύλον ἐγκαθαρμόσαι τὸν αὐχένα, vbi etiam videri potest Nota. *Bergl.* Suid. V. Ἐμπηδῆσαι h. l. laudat, qui, vt notat Kust., nihil facit ad eam vocem. Videntur ap. Suid. quaedam excidisse, vel incuria librariorum non suo loco posita. Nam φιμῶσαι pertinebat ad ἐμπεδῆσαι, *ligare, compedibus vincire. Duck.*

594. Versus hic non solum mala interpunctione laborat *d*), sed etiam in legem metri peccat, qui proinde ex Ms. Vatic. U. sic rescribendus est: Αὖθις ἐς τ' ἀρχαῖον ὑμῖν, εἴ τι κἀξημάρτετε. *Kust.* Hic τὸ, ξυνοίσεται ἐπὶ τὸ βέλτιον, ἐς τ' ἀρχαῖον, nullum sensum commodum gignit, neque vllus συμφέρειν εἰς τ' ἀρχαῖον vsquam dixerit. Vide ergo, an nobis melius successerit emendatio:

Αὖθις, ὡς τ' ἀρχαῖον, ὑμῖν εἴ τι κἀξημάρτετο,
Ἐπὶ τὸ βέλτιον τὸ πρᾶγμα τῇ πόλει ξυνοίσεται.

Iam iterum, inquit, *sicut ab initio* (vel *olim*) *e) si quid*

c) Ita L. τῷ ξύλῳ τούτου. Vulgatum concinnius est. De re v. Cresoll. theatr. Rh. p. 485. *Ern.*

d) Legebatur vulgo ita: Αὖθις ἐς τ' ἀρχαῖον, ὑμῖν εἴ τι κἀξημάρτηται.

e) Sed ἐς τἀρχαῖον eodem sensu esse potest. Lucian. dial. mort. 27. εἰς τὸ βαρβαρικὸν *more barbaro,* vbi v. Graeu. *Ern.*

a' vobis peccatum fuerit, id in melius vertet ciuitati. Bentl. *εἰ' τι κἀξημάρτετε f).* Sic optime membr. ad metri legem. Peſſime vulgo *κἀξημάρτηται. Brunck.* Probarunt et receperunt *Inu. Schütz. Herm.*

595. *ξυνοίσεται ἐπὶ τὸ βέλτιον eueniet in partem meliorem* eſt etiam Eccl. 475. *Ern.*

596. De metro v. ad 563. Reizius volebat legi *ἀμφ' ἐμοί*, quod ita ap. Suid. et in ſcholiis eſſet. Male. In Homer. hymnis XVIII. *ἀμφί μοι — ἔννεπε*, et ſimpliciter *ἀμφὶ* VI. XXI. XXXIV. *Herm.* Chorus inuocat iterum Phoebum et deinde Dianam, et Palladem et Bacchum. *Bergl.* Pro *αὖτε Reisk. κλῦτε* legi vult. Etiam hic Er. praefixit: *Ἡμίχορος*, Francog. interpres ſecundo Semichoro tribuit.

597. (al. 598.) *ὑψικέρατα.* L. I. *ὑψικέρατον g).* In metro haereo. Nam verſus debet eſſe par v. 565. *Ern.* Neſciebat nimirum penultimam huius vocab. longam eſſe. Verba autem ſumta e Pindaro. (v. Comm. T. I. p. 490.) *Herm.*

599. ſ. *πάγχρυσον h) ἔχεις οἶκον i).* Prima nempe Dianae Epheſiae aedes, Cherſiphontis ſ. Cteſiphontis *k)*

---

f) *κἀξημάρτετε* R., quod placebat et Dukero, et interpungit, (vt Vat.) poſt *ὑμῖν*. Sed ſic oritur tautologia *ὑμῖν, τῇ πόλει.* Schol. ad 518. notat in hoc genere interdum ſpondeum poni pro trochaeo, idque eſſe metrum *κνιδίον*. Sed nullum exemplum reperitur. Itaque h. l. eſt ſuſpectum. *Ern.*

g) Ita etiam A. B. ap. *Brunck.*

h) Ita in omnibus aliis edd. legitur, praeter Inu. in qua *παγχρύσεον* e Rau. ſed verſus ne reſpondent quidem ſtrophico. Hermannus verſus hos ita deſcripſit (cumque eo Sch.):

ἦ τ' Ἐφέσου μάκαιρα πάγχρυσον ἔχεις
οἶκον, ἐν ᾧ κόραι σε Λυ-
δῶν μεγάλως σέβουσιν·

Brunk.: *οἶκον, ἐν ᾧ κόραι*
σὲ Λυδ. μ. σεβ.

Vulgo autem fuit:

ἦ τ' Ἐ. μ. πάγ-
χρυσον ἐ. οἶκον· ἐν ᾧ
κόραι — σέβ.

i) L. Ia. *οἶκον ἔχεις*, male. *Ern.*

k) Sine, *Cherſiphronis.* v. Iunius Catal. artif. p. 51.

opus, ante alteram recentiorem, poſt Heroſtrati incendium, Alexandri M. demum aetate refectam. Cuius prioris aedis magnificentiam, vt alios iam mittam, laudat Plinius l. XXXVI. c. 14. et qua de re nos olim, adducto hoc eam in rem Comici loco, ad Callim. Obſs. p. 201. [ad h. in Dian. 248. p. 351. ſ. T. II. Ern.]

601. (al. 600.) Puellas Epheſias vocat Λυδῶν κόρας, quia Epheſus ab antiquioribus ſcriptt. in Lydia, non Ionia, collocatur. Vid. quae de hac re notauit Ian. Rutgers. Var. Lect. II, 1. vbi etiam locum hunc Ariſt. attigit. *Kuſt.* Epheſus olim Lydiae erat, vt notat Schol. Ita Herodot. l. 1. et ex eo Stephanus V. Ἔφεσος. *Duck.* Cultam dici eximie a Lydorum virginibus Dianam Epheſiam nemo mirabitur: tum quod Epheſus antiquitus, vt vel ex Herodoto conſtare poteſt I, 142. in Lydia cenſeretur, vnde etiam a Plat. in Theage p. 129. [T. II. p. 21. Bip.] Epheſus ac Ionia diſtinguuntur: μετὰ Θρασύλλου στρατευόμενος εὐθὺ Ἐφέσου καὶ Ἰωνίας. Immo prout adhuc ap. Liu. XXXVIII, 39. Eumenes inter alia reſtitutam a Romanis dicit *Lydiam, et nominatim vrbes Tralles atque Epheſum et Telmeſſum.* Accedit, quod eximius ille Dianae huius Epheſiae cultus non intra Ioniam ſolum vigeret, ſed idem quoque, ob creditam loci illius ſanctitatem, ius ſacri et inuiolati ſoli, annuos ac celebres ad eam conuentus, panegyres, ludos, ſolemni quadam religione ab aliis extra Ioniam et a vicinis potiſſimum Aſiae gentibus peractos; adeo vt hae *Lydiae virgines* non *Dianam* ſolum *Perſicam* dictam, in tractu nempe Lydiae, qui *Perſicus* dicebatur, de qua ad Callim. egimus Obs. p. 154. [h. in Dian. 37. p. 192. Ern.], colerent, iuxta illud Diogenis Tragici Athen. XIV. p. 636. Κλύω δὲ Λυδὰς — Ἄρτεμιν σέβειν, ſed *Epheſiam* etiam deuenerarentur. *Spanh.*

603. ſ. αἰγ. ἡν. πολ. Ἀϑ. In aliis edd. omnibus haec vnum verſum efficiunt. De πολιούχῳ *Ern.* laudat Hemſterh. ad Plut. 260. 261. ἡνίοχος αἰγίδος audacius dicitur, vibrans ſ. tenens ſimpliciter aegidem.

605. (al. 603.) Παρνασίαν θ' ὃς κατέχων. In Comici Ran. 1242. Euripides recitat: Διόνυσος, ὃς θύρσοισι καὶ νεβρῶν δοραῖς καθαπτὸς ἐν πεύκαισι Παρνασσὸν κάτα Πηδῶ χορεύων παρθένοις σὺν Δελφίσι, vti poſtremus verſus ſuppletur ex Scholiis. Euripides Ion. 713. ἵνα δειράδες Παρνασσοῦ

πέτρας ἔχουσι σκόπελον οὐράνιόν θ' ἕδραν· ἵνα Βάκχιος ἀμφιπύρους ἀνέχων πεύκας λαιψηρὰ πηδᾷ νυκτιπόλοις ἅμα σὺν Βάκχαις. *Bergl.* Parnaſſi alterum iugum Apollini et Muſis, alterum Baccho ſacrum erat. v. Barnes. ad Eurip. Bacch. 307. 408. 559. Ion. 552. Herc. Fur. 790. *Duck.*

606. πέτραν σὺν πεύκαις. Sic de Baccho cum facibus in Parnaſſia ſ. Delphica rupe Eurip. Ion. 306. καπὶ Δελφίσι πέτραις Ηηδῶντα σὺν πεύκαις (et quomodo iam ante Aeſchylus de Delphis ſ. Parnaſſo Eumen. 24. Βρόμιος δ' ἔχει τὴν χώραν· *Bacchus autem obtinet locum*, Parnaſſum nempe), alibi in Ion. 550. Πυθίαν πέτραν, ap. Soph. Oed. T. 452. Δελφὶς πέτρα *l)*, mons nempe Delphis imminens, Parnaſſus. *Spanh.* Pro σελαγεῖ forte legendum σελαγεῖς. Nam quum priora poſita ſint in Vocatiuo, hic Nomin. pro Vocat. Attice ponitur, quae conſtructio magis requirit σελαγεῖς. *Duck.* σελαγεῖ etiam codd., ſed legendum σελαγεῖς. *Brunck.* Optimum eſt σελαγεῖ, nec mutandum. Id enim ipſum eſt, quod volebam quodque a Schol. deceptus imprudens haud noſcitaui; ſcilicet ſecunda perſ. formae paſſiuae, non vero tertia actiuae, quae ſi apud alios quosdam occurrit, Comico noſtro non fuit vſitata. Supra 286. σελαγεῖται, Ach. 924. σελαγοῖντ' ἂν εὐθύς. *Idem* in Suppl.

607. Eurip. Ion. 92. θάσσει δὲ γυνὴ τρίποδα ζάθεον Δελφίς· ibid. 44. εἴ τις τῶν Δελφίδων τλαίη κόρη. *Bergl.*

608. κωμαστής. Sic dicitur ab orgiis et a ſaltationibus Bacchicis. κωμάζειν dicitur de pompis ſacris. κῶμος eſt Eurip. Phoen. 797. vbi de Baccho ſermo, eſtque εἶδος ὀρχήσεως, vt recte Scholl. cf. Heſych. h. v. et Weſſel. ad Diod. S. III. p. 145. *Ern.*

609. *m)*. Chorus commemorat beneficia Lunae erga Athenn., quod nocte luceat, vt minus impenſarum faciant in oleum et lampades et quod irregulari ſuo curſu anni rationem perturbet, vt ſtatis diebus ſacrificiorum non obſeruatis, litibus forenſibus, quibus delectabantur, vacare poſſint, quum ſacrificandum erat. *Bergl.* Ariſt. tum

l) Δελφίδας κόρας ex Eurip. Ion. 557. et δελφίδα πέτραν attulit etiam *Ern.*

m) Francog. interpres et hic praefixit primi ſemichori perſonam.

de iniuria ſibi facta conqueritur, tum, ne ſcena ſit vacua, quia Socrates cogitari debet in poſtſcenio ſenem erudire variis artibus ac Sophiſtarum diſciplina imbuere, de mutata temporum ratione ſuam dicit ſententiam, perſtringitque more ſuo et comico ſale perfundit Athenienſes tamquam contemtores diuini cultus et religionis oſores, rerumque nouarum ac forenſium nimis cupidos. *Harl.* *Dacieria* atque etiam recentiſſimus Francog. interpres (Th. d. Gr. XI. 292.) exiſtimarunt, Comicum Athenienſibus exprobrare voluiſſe negligentiam in emendanda anni ratione, et pertinaciam in tenendis antiquis opinionibus, atque commendare emendandae anni et calendarii formae ſtudium. Contra *Wilandus* Att. Mus. II, 3. p. 80. cenſet, Comicum more ſuo perſtrinxiſſe Metonem, quem etiam in Auu. petierit. Meton enim non diu ante cyclum Metonicum (19. annorum) inuenerat, ex quo lunaris anni ratio cum ſolari rectius conciliari poterat, atque emendata erat anni dierumque feſtorum ratio. Sed ita factum erat, vt ſaepe dies qui olim ſacer fuerat, nunc profeſtus eſſet, et contra, quae res multis displicuiſſe, et comico ingenio Noſtri opportunitatem iocandi dediſſe videtur, qua quidem ille numquam non lubentiſſime vtitur. Fortaſſis inter eos, qui Metoni atque nouae annorum deſcriptioni fauebant, excelluit Hyperbolus, vnde eum in fine parabaſeos poeta notauit, quippe qui, quum hieromnemon, h. e. primus inter legatos Athenn. ad concilium Amphictyonum fuiſſet, lauream coronam, qua legatos illos ornatos redire oportebat, amiſerit, id quod valde ignominioſum habebatur.

610. ξυντυχοῦσ' pro συν. Br. et cum eo Inu. et recentt. dederunt. — Quod Schol. ms. ap. Br. (v. inter Scholia) ξυντυχ. h. l. non eſſe pro συναντήσασα accipiendum et cum ἡμῖν iungendum, ſed eſſe κατὰ τύχην φανεῖσα καὶ εὑρεθεῖσα, vt ἡμῖν ad ἐπέστειλε referatur, ἐντυγχάνειν enim τινὶ dici pro συναντᾶν, ſed συντυγχάνειν eſſe κατὰ τύχην συμβαίνειν: in eo falli Graeculum, nec diſcrimen illud confirmare ſcriptorum vſum, monet *Brunck.*

Leuis in hoc verſu remanſit e prioribus edd. menda. Scribi debuit ob metrum ἐπίστειλεν φράσαι. *Brunck.* in Add. Edidimus ἐπίστειλεν φρ. quod ante β, π, φ, amant Graeci. Male vulgo et contra morem Atticorum poëtarum producta ante duplicem conſonam ſyllaba ἐπίστειλε. *Herm.* › etiam addiderunt *Inu.* et *Sch.*

611. τοῖς ξυμμάχοις. Vnde omnino conſtat actam hanc fabulam Dionyſiis ἀσυκοῖς, quibus Athenn. ſocii tributa Athenas ferre conſueuerant, vt vidimus ad 219. *Spanh.*

612. Si in eo ſibi factam iniuriam (δεινὰ πεπονθέναι) dicit Luna, quod Athenienſes ſtatis diebus non ſacrificaſſent, non eſt quod iraſcatur: nam ipſa eius rei cauſa eſt; cur enim perturbat rationem anni? Niſi forte vult exaggerare beneficium, vt dicat, ſe nimio ſtudio gratificandi Athenienſibus ſeipſam defraudare, cum ceteris diis; quos inſuper et iratos ſibi facit propterea. Sed forte aliam ob cauſam iraſcitur Luna, quia nimirum omnino non ſacrificent ei Athenienſes: hinc et Pac. 405. Luna et Sol prodere velle Graeciam barbaris dicuntur, quoniam barbari Lunae et Soli ſacrificent, Graeci autem non. *Bergl.*

613. οὐ λόγοις ἀλλ' ἐμφανῶς. Satirice dictum videtur in demagogos. *Ern.*

615. ὥστε ita, vt h. l. frequenter in concluſione poni, notat Porſon. praef. ad Eur. I. p. LIII.

616. πρίω [vt in omnibus recentt. edd. praeter Inu.]. Sic edd. Iunt. Baſil. Porti et recentt. pro πρίασο. Acharnenſium proprium eſſe adnotat Schol. Acharn. 35. *n)* πρίῃ cod. Elb. *o)* Ald. Farr. Crat. Cfr. Herodian. ad calcem Moer. p. 453. *Harl.* Exquiſitior et verior eſt Imperatiuus.

Σεληναίης. Ia. Ib. σεληναῖον. *Ern.* Σεληναίη an Athenienſes in communi ſermone pro σελήνη non dixerint, vehementer dubito. Quare recepi σεληναῖον. Id alibi dicitur τὸ σελήνιον. Athen. VII, 1. p. 276. D. καὶ τῶν καρπῶν δὲ οἱ πλεῖστοι πρὸς τὸ σελήνιον πεπαίνονται. *Herm.*

617. Ἄλλα τ' εὖ δρᾷν φησὶν ὑμᾶς, κοὐκ ἄγειν *p)* — Lege et diſtingue: ἄλλα τ' εὖ δ. φησίν, ὑμᾶς δ' οὐκ ἀγ. *q)*

---

n) Quem etiam Duker. not. ad h. l. laudauit.

o) Etiam Rau., πρίῃ C. Ib. et πρίου L. ap. *Ern.*

p) Ita olim interpungebatur et legebatur, deterius in ed. Inu. — φησίν· ὑμᾶς κοὐκ —

q) Ita etiam *Ern.* correxit, ſed occupaſſe id Bentleium poſtea

i. e. Luna quidem praeter illa supra memorata, pluribus vos beneficiis ait se afficere; vos vero ingratos omnes dierum rationes conturbare. Bentl.

618. ἄνω κάτω. Aeschylus: δονοῦσα καὶ τρέπουσα τύρβ' ἄνω καὶ κάτω *agitans et euertens turbide sursum deorsum*, ap. Athen. IX. p. 375. Comicus Eqq. 861. ἐὰν δ' ἄνω τε καὶ κάτω τὸν βόρβορον κυκῶσιν. Vide Au. 3. *Bergl.* κυδοιδοπᾶν r). Etiam apud Suidam est haec vox, qui suam notam e Schol. transscripsit; sed quod habet Schol. γίνεται δὲ ἐξ ἑκατέρου (vocem hanc posse deduci vel a κυκᾶν, atque ita videri leg. κυκοιδοπᾶν, vel a κυδοιμός, vnde fiat κυδοιδοπᾶν) hoc ap. Suid. legitur: τινὲς δὲ ἐξ ἑκατέρου τὸ πρώττειν· quod quid sit, non intelligo. Interpres etiam dissimulauit, nec in versione expressit. Sed et versio huius versus mihi non satis probatur; nam ita vertit: *nihil recte facere dicit* cet. At haec non est sententia poëtae, qui finem praecedentis versus iungit cum principio huius, κοὐκ ἄγειν (ὑμᾶς) τὰς ἡμέρας οὐδὲν s) ὀρθῶς, i. e. *non recte seruare menses lunae*, vt Schol., vt suo die sacris ac festis deos colatis scilicet. Ap. Suid. autem forte ita leg. τινὲς ἐξ ἑκατέρου (τοῦ στοιχείου) τὸ ταράττειν· *sunt qui dicant hoc verbum vtraque litera* (vel, *vtracumque litera scribas*), *notare* ταράττειν. De perturbatione anni ap. Athenn. habet quaedam Scaliger de Em. Temp. l. 2. p. 72. et 82. vbi et h. l. laudat. *Duck.*

620. κἀπίωσιν. Sic R. *Ern.* At sic omnes. Igitur aliud quid R. habeat necesse est. *Herm.* Aut num Ern. alicubi putauit se aliud quid legisse?

621. τῆς ἑορτῆς μ. τ. κ. λ. t) τ. ἡμ. Singularis omnino hic locus, vbi cum Luna expostulare dicuntur Dii de confusis neque ad statos dies v) solemnibus eorum ap.

---

vidit. Eodem modo distinguendum et legendum esse monuit *Brunck.* et ita edidit, vt et *Sch. Herm.*

r) V. Guiet. ad Hes. h. v. *Ern.* Per ταράσσειν explicat Photius Lex. p. 135. De voc. κῦδος, κύδοι, vnde hoc verbum et κυδοιμὸς (tumultus) descendunt, v. Scheid. ad Lennep. Etym. L. Gr. p. 345.

s) H. e. *nullo modo.*

t) κατὰ λόγον. Gl. R. κατὰ τάξιν. Est autem h. l. tribrachys, vt 590. et 628. *Ern.*

v) Nempe ex vetere Calendario, quum in nouo alii dies his festis essent constituti.

Athenn. festis. Vbi primo illud notandum est, quod, vt ea de re Geminus Isag. c. 6., legibus et oraculis praescriptum antiquitus fuerit ap. Graecos τὸ θύειν κατὰ τὰ πάτρια, μῆνας, ἡμέρας. ἐνιαυτούς· idque a Graecis, quod additur, constanter fieri, dum annos agunt congruentes cum Sole, menses vero ac dies cum Luna. *Secundum Solem* autem id fieri, quum secundum easdem anni tempestates, vernas nempe aut aestiuas etc. sacrificia illa vel festa patria celebrant. Quod explicat paullo post idem Geminus: ὅταν οὖν καὶ οἱ ἐνιαυτοὶ ἀκριβῶς ἄγωνται καθ' ἥλιον, καὶ οἱ μῆνες καὶ αἱ ἡμέραι κατὰ σελήνην, τότε νομίζουσιν οἱ Ἕλληνες κατὰ τὰ πάτρια θύειν (tunc putant Graeci, se secundum patrias leges sacrificare)· τοῦτο δ' ἔστι κατὰ τοὺς αὐτοὺς καιροὺς τοῦ ἐνιαυτοῦ τὰς αὐτὰς θυσίας τοῖς θεοῖς συντελεῖσθαι. Vnde etiam apud Athenn. solemnia eorum festa statis diebus, mensibus, annique tempestatibus peragi semper consueuerant, vt *Eleusinia* XV. aut iuxta alios, XVI. *Boëdromionis; Panathenaea*, XVIII. *Hecatombaeonis; Thesmophoria*, XIV. *Pyanepsionis; Dionysia Antheste ria*, XII. Antheste rionis, eaque, vt iam ante vidimus, deficiente hyeme ac veris initio. Inde etiam opportune Demosthenes Philipp. I. p. 36. [T. I. p. 50. Reisk.] καί τοι τί δήποτε, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, νομίζετε τὴν Παναθηναίων, ἢ τὴν Διονυσίων ἑορτὴν ἀεὶ τοῦ καθήκοντος χρόνου γίνεσθαι, ἄν τε δεινοὶ λάχωσιν, ἄν τε ἰδιῶται οἱ τούτων ἐπιμελησόμενοι. Qua ratione *statiua*, vt de iis Macrobius Sat. V, 4. seu quae certis et constitutis diebus, seu κατὰ λόγον ἡμερῶν, vt hic a Comico dicitur, ac mensibus celebrarentur, fuerunt illa Athenn. festa, non vero *conceptiua*, quae quotannis a magistratibus in dies certos vel incertos, vt ibidem Macrob., conciperentur, atque ita ab eorum arbitrio penderent. Vnde liquet continuo, eadem actae huius fabulae aetate, turbato forte, quocumque casu id factum fuerit, festorum apud Athenn. celebrandorum tempore vel die, querendi causam inde diis natam hic dici, quod inde spe laute illa die pro more epulandi frustrarentur. Quae vero eius rei ratio fuerit, vnde praeter patrias leges et prisca, vt vidimus, deorum iussa, confusa tum sint illa festorum apud Athenn. tempora, haud facile licet hodie statuere. Scaliger quum in Emend. Temp. II, 72. et 82. tum Can. Isag. III. p. 240. ac Sam. Petitus Ecl. Chron. IV, 12. id anomaliae Cleostrati Octaëteridis, Athenis adhuc receptae, anno autem sequenti, post inductam nouam Metonis periodum demum desitae,

tribuunt: Anna vero Fabri eidem huic Metonis periodo, quae confusionem illam sustulerat, necdum in publicos Athenn. vsus inductae *x)*. Sed quibus, vt obiter hoc dicam, obstat, quod, quum prior illa Cleostrati et ab Harpalo emendata Octaëteris, vti sequens etiam Metonis Enneadecaëteris, ex annis lunaribus et mensibus inaequalibus constarent, inde haud fixa fuerit et constans dierum statio: tum quod eaedem periodi ad astronomicos tantum vsus (agnoscente id alibi Scaligero, de ipsa Metonis periodo) non vero ad ciuilem ac popularem anni Attici rationem fuerint adaptatae, qui omnino, vti ea de re mox, ex statis CCCLX. diebus ac tricenariis mensibus constabat, fixisque praeterea et immotis solstitiis et aequinoctiis, quod ad stata illorum tempora prorsus requisitum fuisse obseruat insuper Geminus c. 6. Vnde vero orta sit illa, de qua querentes hic inducit deos Comicus, festorum Athenis statis diebus celebrandorum confusio, haud liquidum. An forte quod ad celebrem illam periodum Metonicam paucis annis ante repertam *y)* statos illos festorum dies reuocare tentauerint, qui iis praeerant, magistratus: vnde ob causam paullo ante indicatam haud poterat non oriri ea confusio s. varietas dierum, quibus eadem festa peragerentur: aut quod caeteroquin quapiam magistratuum incuria vel superstitione, cui valde erant, vt aliunde notum, obnoxii Athenienses, id contigerit? Adde, quod sequentia Comici verba videntur omnino arguere, quod dies apud se feriis deorum et solemnibus sacrificiis destinatos, etsi nefastos, inde litibus audiendis ac forensibus iudiciis mallent, vt φιλόδικον hominum genus iidem, impendere. Quod alioquin apud Aegyptios non casu, sed destinato consilio obtinuisse, docet dictus iam ante et eod. cap. VI. Geminus; vt festa apud eos, ante annum nempe Iulianum post Actiacam victoriam ab iis receptum, per omnes anni tempestates ambularent. Ap. Romanos vero idem ferme et

---

x) Dodwellus diss. de cycl. III. 29. existimauit, Hecaidecaëterida, ante Metonicam periodum, iam introductam fuisse, sed tum alia, tum hunc locum, quem ad octaeterida, et inde ortam confusionem refert, aduersari censuit *Ideler.* hist. Unters. der astron. Beob. d. Alt. p. 192. s.

y) De ea longa est et docta prima disputatio H. Dodwelli in lib. de vett. Gr. et Rom. cyclis, Oxon. 1701. 4. *Harl.*

crebro locum habuiſſe intercalandi incuria et ſtudio pontificum diximus, vt ea de re haud vno loco in Epp. ad Att. V, 9. 13. 21. et alibi, et de Legg. II, 12. queritur Tullius: atque adeo, *vt neque meſſium feriae aeſtati neque vindemiarum autumno competerent*, iuxta Suet. Caes. c. XL., ante conſtitutum nempe nouum a Caeſare Kalendarium. Atque haec ad aliquam perplexi et ſingularis huius ap. Ariſt. loci, quam obſcurauerant Viri ſummi, lucem, paullo etiam praeter inſtitutum, vberius hic adnotanda videbantur. *Spanh. z)*.

622. Manifeſta hic ratio redditur neglecti ab Athenn. deorum cultus, ac turbatorum apud eos feſtorum; dum iis, qui ſtati erant ad ea celebranda, diebus, quaeſtionibus reorum ac litibus in foro iudicandis vacare potius mallent. Singulare enim illud et praecipuum Athenn. in concionibus et fori litibus ſtudium exagitat, neque hoc ſolum loco Ariſtophanes. Sic Eqq. 1315. *καὶ τὰ δικαστήρια συγκλείειν, οἷς ἡ πόλις ἥδε γέγηθεν*· et opportune ad ſuperiora Comici verba Pac. 506. *οὐδὲν ἄλλο δρᾶτε πλὴν δικάζετε*. Inde in hac ipſa fabula dixerat Athenienſes nihil a gallis differre, niſi quod hi *ψηφίσματα οὐ γράφουσι, decreta non ſcribunt*, v. 1425. Feſtorum enim dies, quod vulgo notum, erant *ἄδικοι* ſ. *nefaſti*, quam in rem Athen. III. p. 98. *τῆς δὲ Παν-*

---

z) Equidem locum ita intelligo: Luna fingitur Athenienſibus eſſe irata propter beneficia male accepta: primum, quod ciues non ſacrificent Lunae, licet ob ſplendorem eius nocturnum in taedas et oleum ad lampadas emendum minus impenſarum faciant, tum, quod propter turbatas dierum rationes et commutationem dierum feſtorum factam dii reliqui Lunae, quaſi turbas illas excitaſſet, minentur. Nimirum Athenienſes ſolemnia feſta diebus certis et conſtitutis celebrare conſueuerant. Periodo Metonica ad emendandas temporis rationes reperta videbatur Luna curſu ſuo turbas feciſſe, praecipue quum feſti dies ad illam periodum reuocarentur. Dii igitur, diebus feſtis, olim ſuis, nunc immutatis aut magiſtratus incuria male computatis, coena defraudati abire coacti ſunt: quae res deorum animum irritaſſe fingitur. Poëta igitur voluit culpare ſiue illam dierum varietatem atque confuſionem ſiue magiſtratuum incuriam. At nouarum forenſiumque rerum cupiditatem eo perſtringit lepide, quod Lunam dicere iubet, illam dierum feſtorum confuſionem gratam eſſe Athenienſibus, quod dies olim ſacrificiis et cultui deorum deſtinatos litibus poſſint impendere. *Harl.*

κθηναίων ἑορτῆς ἐπιτελουμένης δι' ἣν καὶ δικαστήρια οὐ συνάγεται. Quomodo meſſium vindemiarumque ferias, de quibus modo in ſuperiori nota, quod attinet, id apud Romanos a D. Marco ſimiliter prouiſum docet Vlpian. L. 1. D. de Fer.: *ne quis meſſis vindemiarumque tempore aduerſarium cogat ad iudicium venire, oratione diui Marci exprimitur.* Adde quod eo demum fine ſcriptas editasque ab Ariſt. *Vespas* legimus in illius fabulae didaſcalia, vt Athenienſes tamquam nimium *φιλοδίκους* ſ. *iudiciorum amantes* perſtringeret. *Spanh.* *τερβλοῦντε.* v. Not. ad Plut. 875. et ad Ran. 633. *Bergl.*

623. *ἀπασίαν.* *ἄπασος, iciunus,* Callimacho, Apollonio Rhodio; Maroni ſimiliter *impaſtus,* de quibus egimus ad Battiadem Obſs. p. 663. [ad Call. h. in Cer. 6. p. 748. T. II. Ern.] *Spanh.*

624. *Μέμνον' ἢ Σαρπηδόνα.* Iouis filios, qui ad Troiam ceciderunt. *Bergl.*

626. *τῆτες* non ſolum *hoc anno a)* ap. Atticos, vt h. l. et Acharn. 15. vbi in Schol. *σατὲς* pro *τῆτες* a Doribus dici, et Vesp. 397. ſed etiam *ἡ τῆτες ἡμέρα praeſens dies* ap. Athenaeum dicta III. p. 98. *Spanh.*

ἱερομνημονεῖν b). Maximam partem huius notae [Schol.] transſcripſit Suidas in ſuum Lexicon V. *Πυλαγόραι,* quod non notauit Kuſt. Eſt autem in Suida aliquid ſcriptum, quod plane falſum eſt: *κατὰ πόλιν δὲ ἔπεμπον Ἀθηναῖοι τοὺς θύσοντας καὶ συνεδρεύσοντας.* Int. *Athenienſes ex ſingulis vrbibus quosdam eo mittebant.* Hoc dico falſum eſſe. Non enim Athenienſes id faciebant, ſed Graeci omnes vel potius ſingulae vrbes, quae participes erant conſilii illius. v. Harpocr. V. *Ἱερομνήμονες* et *Πυλαγόραι,* Etym. M. V. *Πυλαγόραι* et ipſe Suid. V. *Ἱερομνήμονες.* Itaque non dubium eſt, quin vox *Ἀθηναῖοι,* ſiue ea a Suida ipſo ſit profecta, ſiue ab imperito quodam intruſa, delenda ſit.

---

a) Hinc ſic emendandus eſt locus Photii Lex. p. 431. *τῆτες· τούτῳ τῷ ἔτει, ἐπ' ἔτους.* Perperam in Zon. II. 1727. et 1750. pro χθὲς poni dicitur.

b) Eſt anapaeſtus. vid. 518. 1125. ſed poteſt etiam contracte pronunciari *ἱρμν. Ern.* De contractione non cogitandum. *Herm.*

Duck. Harpocratio c) [p. 195. Blanc.]: Ἱερομνήμονες, οἱ πεμπόμενοι εἰς τὸ τῶν Ἀμφικτυόνων συνέδριον ἐξ ἑκάστης πόλεως τῶν τοῦ συνεδρίου μετεχουσῶν. Ifti proprie Πυλαγόραι nuncupabantur. Qui vero comes iis adiungebatur, is ἱερομνήμων audiebat. Suidas: ἱερομνήμονες· οἱ εἰς Πυλαίαν ἐκπεμπόμενοι γραμματεῖς. V. Fragm. Thesm. II. XIII. *Brunck.* Ad concilium Amphictyonum, quod verno tempore ad templum Delphicum et initio autumni ad Cereris templum Thermopylis, ad facra praecipue Delphici templi atque oraculi curanda, et commune ius Graecorum tutandum congregabatur, a ciuitatibus Graeciae d) mittebantur oratores πυλαγόραι e) (dicti a Pylis, portis, f. Thermopylis, vti a Pylis concilium iſtud Πυλαία dictum eſt), quorum nomine ac numero antiquioribus temporibus *hieromnemones* comprehenſi fuiſſe videntur; ſubſequutis vero temporibus ab vnica ciuitate ampliore f. populo plures quidem Pylagorae [fere tres], vnus vero Hieromnemon, qui in illo conſeſſu ſuper Pylagoras eminuiſſe et ipſorum praeſes fuiſſe videtur, ad commune concilium delegabantur. v. plura apud van Dale diss. VI. de concilio Amphict. inter eius diſs. IX. antiquitatibus et marmor. illuſtr. inſeru. p. 430. ff. *f*). Adde Timaeum V. ἱερομν. ibique Ruhnken.

---

c) Vberiora habet Phot. Lex. p. 80. add. id. V. πυλάγορος p. 351. (vbi pro εἰς τὸν πόλεμον leg. ἐκ τῶν πόλεων) et Zonar. II. p. 1092. f.

d) Quibus nempe hoc ius fuit. Nam 12. populi fuerunt amphictyonici, et in his Iones, ſed ſuffragium duplex, quod his fuit, aut diuiſum eſt inter eos et Athenienſes, aut quod probabilius eſt, Athenienſibus ceſſit. Cf. *Barthelemy* Voyage du jeune Anach. II. p. 304. et *(de Sainte-Croix)* des anciens gouvern. fédératifs p. 26. ff.

e) πυλάγορει etiam dicuntur ap. Phot. l. l., vbi, num discrimen inter πυλάγορος et πυλαγόρης (πυλαγόρης) ſtatuatur, incertum eſt.

f) Etiam Santacrocaeus (Sainte-Croix) l. l. p. 32 ff. Eo docente concilium Amphictyon. habuit tria genera membrorum: *hieromnemonas* (ita dictos παρὰ τὸ μνημονεύειν τῶν ἱερῶν, quaſi conſeruatores facrorum rituum), qui templa, Delphicum et Pylaicum, curauerint, rationes expenſorum examinauerint, ſacrorum conſtituerint, praefuerint concilio et ſuffragia collegerint, ita vt quisque populus ſuum mitteret *hieromnemonem*, qui annuo munere fungeretur; *pylagoras*, quorum tres ad ſummum a quouis populo amphictyonico miſſi ſunt, et *ſynedri*, adſeſſores.

p. 108. [148. ed. sec.]. Ad illud concilium legatus eo anno profectus erat Hyperbolus, et quidem ad templum Delphicum coronatus: inciderat vero in tempestatem et ventus abstulerat ipsi coronam. Eius irridendi hanc occasionem arripit Comicus: lepide facit Nubes coronam rapientes, quod in concilio communi turbis dierum et mensium tollendis non prospexisset, nec cauisset, nec remedia curasset: nam si dies mensesque secundum pristinum modum fuissent ordinati, praeuidere potuisset tempestatem, sibique cauere: ideo raptam esse adfirmant coronam, vt disceret secundum lunae cursum dies vitae esse agendos. *Harl.*

627. *g)* σίφανον. Et in Eqq. 1220. Cleoni adimitur corona, quia non recte administrauerat remp. *Bergl.* Locum hunc ingeniose expositi Anna Fabri in not. gall. ad comoediam hanc Arist. quam lector consulet. *Kust.*

628. κατὰ σελήνην ὡς ἄγειν χρή — Idque e Solonis praescripto iuxta Diog. Laërt. in Solon. p. 37. *h)* [Menag. I. I, 59.] ἠξίωσέ τε Ἀθηναίους τὰς ἡμέρας κατὰ Σελήνην ἄγειν. Neque tamen inde cum Petauio Var. diss. IV, 1. aut iuxta viri docti ad eadem Laërt. verba notationem, licet statuere, menses *plenos* et *cauos*, seu qui ex alternis XXIX. et XXX. diebus constarent, a Solone inductos, et inde annum CCCLV. dierum constitutum, summotis nempe ab vsu populari mensibus tricenariis et annis aequabilibus CCCLX. dierum. Quod vel ex Herodoto I, 32. vt viderat iam ante Scaliger de Em. Temp. l. II. refellitur, ex quo, seu iuxta Solonis, quod Herodotus memorat, de vita hominis effatum, annus aequabilis CCCLX. dierum, iuxta eumdem Solonem, omnino colligitur *i)*. Post Solonem vero eumdem adhuc Athenis annum ciuilem et popularem ac tricenarios itidem menses fuisse, quidquid obtendat Pe-

---

g) Abest hic versus a R. In eo dimensio laborat. *Ern.* Non laborat. *Herm.*

h) Hunc Diog. L. et Gemini locum laudat etiam et Scaligeri aliorumque disputationibus de Calendario turbato nihil extricatum esse monuit *Ern.*

i) Cf. Corsini Fast. Att. T. I. diss. 2. p. 65. ff. et *Ideler* l. l. p. 179. f. a quibus tamen plenorum et cauorum mensium vicissitudo defenditur.

tauius, et quae alibi expendimus, varia, quaeque ſunt etiam ab aliis ex parte adnotata, vett. auctorum teſtimonia comprobant. Vnde etiam conſtat, id a Solone demum innouatum, vt quandoquidem lunaris menſis, ſeu coniunctio lunae cum ſole non eſſet plane XXX. dierum; hinc ille loco τριακάδος, eam diem ἕνην καὶ νέαν vocarit, vt de ea re infra ad 1132. dicendi erit locus. Adde quod apud Geminum, qui Luculli temporibus vixiſſe fertur, et a quo idem quoque praeſcriptum Graecis, in celebrandis deorum ſacris, vt paullo ante vidimus, dicitur Iſag. c. 6., quod in adductis Comici verbis legimus: nempe κατὰ σελήνην ἄγειν τὰς ἡμέρας, additque τριακοστὴν τοῦ μηνὸς ἡμέραν ἐσχάτην οὖσαν, eamque inde τριακάδα dictam; non vero menſes lunares partim e cauis XXIX. partim e plenis XXX. dierum menſibus conſtitiſſe. Adde Comicum infra Ach. §59. vbi nominatim de quibuscumque Athenn. menſibus: πλεῖν ἢ τριάκονθ' ἡμέρας τοῦ μηνὸς ἑκάστου, vbi Schol. ὁ γὰρ μὴν τριάκονθ' ἡμέραις πληροῦται· non proinde partim cauos XXIX. partim plenos XXX. dierum cosdem populares, poſt Solonem, Athenn. menſes exſtitiſſe. *Spanh.*

629. Senex multis quaeſtionibus inutilibus et perperam partim ab illo intellectis aliaque ratione vexatus a Socrate, ludicra abſurdaque creditorum decipiendorum conſilia artesque ſibi videtur excogitaſſe. At propter ſtultitiam ſuadente choro dimittitur. Lepida eſt haec ſcena. *Harl.* Eſt vulgo actus II. ſcena 1. — Socrates cum impetu e domo progredi et loqui cogitandus eſt. *Wil.*

μὰ τὴν Ἄναπν. Pro ſolitis nempe Athenn., et quidem ex antiqua apud eos lege, qua de re ad v. 1026. agetur, per tria numina iuramentis. Idem vero Socrates nominatim per tres deos, et quidem, qua de re obiter paullo ante, velut Athenn. προγόνους et δεσπότας, *progenitores* et *dominos*, vt ipſe eos vocat, iurare dicitur ap. Plat. Euthyd. p. 302. [c. 73. Heind. c. 31. Routh.]. Hic vero, quod tangunt Scholia, vt ἄθεος, et qui proinde illos pro diis non haberet, iurare per *Reſpirationem*, *Chaos*, et *Aërem* inducitur, aut vero per alia tria itidem, ſed alterius generis, numina, *canem* nempe, *anſerem* et *platanum*, vt de eo Philoſtr. Vit. Apoll. VI, 10. p. 281. Adde ſupra v. 423. vbi ſolos hosce tres deos agnoſcendos tradit, *chaos k)*,

k) Per *chaos* iurat quaſi per deum, vt 423. *Bergl.*

nubes et *linguam*. De *chao* vero, quod hic denuo commemoratur, et *Aëre* iam ante vidimus. Ἀναπνοῆς autem ſ. *Reſpirationis* cur hic meminerit, nihil a Schol. dicitur: inde autem factum ſtatui poteſt, quod de illa eiusque cauſis et formatione diſſerere ſolitus fuerit Socrates, vt ex eius diſcipulis, a quibus id factum legimus, Platone in Timaeo p. 78. ſ. vbi de Ἀναπνοῇ agitur, et Ariſtotele peculiari ac noto περὶ Ἀναπνοῆς libello licet colligere. *Spanh.* Pythagoras ap. Laërt. [VIII, 6.] οὐ μὰ τὸν ἀέρα, τὸν ἀναπνέω. Prodit autem hic Socrates examinaturus ſenem diſcipulum, quem poſtea, tamquam nimis incapacem diſciplinae, negat ſe amplius docturum et dimittit. *Bergl.*

632. σκαλαθυρμάτια. A σκαλαθῦραι *carbones fodicare*, quod quum fit, illi comminuuntur; quare σκαλαθυρμάτια *minutiae* quaedam ſunt. *Bergl.* Thema eſt σκάλλω, vnde σκαλαθύρω *fodico*, quod in obſcenis eſt, v. Conc. 611. Qui prunas fodiunt, ſcintillas pulueremque excitant, vnde σκαλαθυρμάτια pro re quauis tenuiſſima. *Brunck. l).*

634. πρὸς τὸ φῶς. Satirice dictum in ſcholam Socratis, vt in antrum ferarum. *Ern.* In Thesm. 74. θύραζε πρὸς τὸν ἥλιον. Timocles Comicus ap. Athen. VI. p. 245. ἵνα πρὸς τὸ φῶς ὦμεν καταφανεῖς vt *ad lucem conſpicui ſimus*. Alias εἰς, vt Eurip. Phoen. 1535. τί μ' — ἐξάγαγες εἰς φῶς; *Bergl.*

635. Citat locum hunc Etym. M. V. Ἀσκάντης. [p. 154.] *Kuſt.* Add. Zonar. Lex. I. p. 311. vbi explicatur ἡ εὐτελὴς κλίνη, ἡ κάννην μὴ ἔχουσα.

636. Haec nondum egreſſus, ita tamen vt foribus apertis conſpici poſſit, clamaſſe Streps. cenſendus eſt; tum paullo poſt cum lectulo exit. κόρεις dicuntur *cimices*. v. Camus ad Ariſt. H. A. II. p. 708. Egreſſum iubet Socrates celeriter (ἀνύσας τι) deponere lectulum.

639. εἶπ' ἐμοὶ *Brunk.* ſine codd. edidit, vt 200. Reuocauit Herm. εἰπέ μοι, quod etiam in Rau. eſt. οὐδὲν

---

l) In ed. Brunck. 635. male expreſſum: ὅμως γε μὲν (pro μὴν) — quod in not. correxit.

non poteſt cum Rau. cod. tribui Strepſiadi. Nam ad ὧν refertur. Alioquin ſatis comice a Str. dictum eſſet et παρὰ προσδοκίαν, ſe nihil diſcere velle.

640. *m)* ἢ περὶ ἐπῶν ἢ ῥυθμῶν. In MS. Vat. U. locus hic per transpoſitionem vocum ſic legitur: ἢ περὶ ῥυθμ. ἢ ἐπῶν. Sed nihil intereſt, vtram lectionem ſequaris *n)*. *Kuſt.* Sic, vt impreſſi, tres codd. In membr. minus concinne: ἢ π. ῥ. ἢ ἐπῶν. *Brunck.* Nec tamen haec lectio nihili eſt. Monſtrat enim veram lectionem, quam repoſuimus, πότερα περὶ μέτρων ἢ ῥυθμῶν ἢ περὶ ἐπῶν *o)*, in qua longe concinnior oratio eſt, quam in eo quod vulgo legitur. Egregie confirmat emendationem noſtram adnotatio Schol.: καλῶς διέτηρεν· οὐ γὰρ, εἴ τι μέτρον ἐστιν, ἤδη καὶ ἔπος· εἴ τι δὲ ἔπος, ἤδη πάντως καὶ ῥυθμὸς καὶ μέτρον. *Herm.* Quod discrimen μέτρων et ῥυθμῶν (de verſibus ſ. περὶ ἐπῶν nihil adtinet, quod per ſe obuium, adnotare) bene etiam et merito hic tangit Scholiaſtes. Qua de re conſuli poteſt Anonymus in Hermogenem p. 387., vbi dicitur, Hermogenem ſtatuere, idem eſſe μέτρον, quod ῥυθμός, quum tamen ſint diuerſa; *metrum* enim ſine ſyllabis eſſe non poſſe, *rhythmum* vero et in ſyllabis et ſine ſyllabis dari; additque, quod Longinus μέτρου πνεῦμα τὸν ῥυθμὸν φησιν *p)*. Quod vero *rhythmum* etiam ſine ſyllabis eſſe tradit ibi Anonymus, vel inde manifeſtum, quod ab initio aurei Ariſtotelis libelli de poëtica [c. 1, 4.], artes illae, de quibus agitur, epica, tragica, aut comica poëſis vel dithyrambica, omnes imitari dicuntur *rhythmo, oratione*, et *harmonia*, ἐν ῥυθμῷ

---

m) Pro πότερα L. Ia. [etiam Rau.] πότερον. Mox R. ῥυθμῶν ἢ ἐπῶν, quod non displicet. *Ern.*

n) At peſſimum hiatum eſſe ἢ ἐπῶν, docet *Herm.*

o) Ita etiam Sch. edidit.

p) In Longini Fr. III, 2. μέτρου πατὴρ ῥυθμὸς καὶ θεὸς dicitur, ibidem §. 5. plura de discrimine vtriusque dicuntur et hic ipſe locus laudatur. Et Toupius ex priori loco emendat Schol. Hermogenis (vid. p. 509. ed. Weisk.). De re ipſa cfr. praeter Is. Voſſium de poematum cantu et viribus rhythmi, de Rhythmo Graecorum liber ſingularis (in Anglia editus) 1775. 8. (Cleaveri) de Rhythmo Graecorum liber ſingularis nunc demum in lucem editus, Ox. 1789. 12. et Hermann. de Metris p. 7. ff.

καὶ λόγῳ καὶ ἁρμονίᾳ. Adde, quod de *geſtu*, ſ. *decenti motione pedum et manuum* dicatur ῥυθμός, et inde de priore, iuxta Pind. Schol. ad Pyth. I, 4. βάσις ὁ ῥυθμός, παρὰ τὸ βαίνειν εἰς τὸν ῥυθμὸν τοῖς κρούουσι τὴν γῆν ποσί· ac prout in Harmonide Lucianus I. p. 585. [c. 1. T. I. p. 851. Hemſt.] καὶ βαίνειν ἐν ῥυθμῷ καὶ σύμφωνα εἶναι τὰ μέλη πρὸς τὸν χορόν. Sic Thesmoph. 126. quae inde illuſtrantur: — κρούματά τ' Ἀσιάδος Ἡοδὶ παράρυθμ', εὔρυθμα (pulſus Aſiaticae citharae, a pede modo diſſonos modo ei conſonos). Quae proinde *metro* non conuenire, ac diuerſum eſſe ab eo *rhythmum* tradunt vett. Critici ad Aeſch. S. C. Th. 129. βαίνονται δὲ οἱ ῥυθμοί· διαιρεῖται δὲ τὰ μέτρα καὶ οὐ βαίνεται. Quomodo, vt alia mittam, κιθαρίζοντες, ſ. *citharam*, ad rhythmum nempe, pulſantes βαίνειν ſ. *incedere* dicuntur in Plat. Conu. p. 187. *q*) et ſimiliter ἐμβαίνειν in I. Alcib. p. 108. [c. 10. Bieſt. aut c. 6. Ettwall.] et ap. Dion. Chryſoſt. Or. XIII. [p. 417. T. I. Reisk.] de Athenn. liberis τῷ ποδὶ βῶσι πρὸς λύραν. Vnde de ſolemni Romae ſacro, Iunoni reginae a virginibus peracto dicitur ap. Liu., qui et inde illuſtratur, XXVII, 37. *virgines ſono vocis pulſu pedum modulantes inceſſerunt*. In quibus nempe locis *rhythmus* pro concinna ſolum motione vel quiete *pedis*, non vero *manuum* quoque, vt alibi etiam, qua de re paullo poſt, ſumitur. Mirari autem, vt hoc addam, ſubit, quod ea de re, ſ. obuia illa vi voc. ῥυθμοῦ de *motione pedis* aut *manuum* in veterum Muſica et a *metro*, a quo hic etiam a Comico diſtinguitur, valde diuerſa, nihil monuerit vir inſigni caeteroquin ingenio et eruditione Is. Voſſius in lib. de *poematum cantu et viribus rhythmi*, ſed de eo agat, quaſi *rhythmus* in diuerſis *metri* ac vocis modis et numeris fuerit ſitus, quum tamen ille et *inceſſum* et *geſtum* ad numeros compoſitum proprie deſignaret. *Spanh.*

641. Strepſiades, qui μέτρα intelligit aridorum menſuras, hinc dicit ſe a farinae venditore duobus choenicibus nuper eſſe defraudatum.

643. Cod. (quintus) κάλλιστον μέτρων, male. *Brunck.* in Suppl.

---

q) Ibi (c. 12. ed. Wolf.) de ῥυθμῷ et ἁρμονίᾳ et μέτροις dicitur, ſed non κιθαρίζοντες βαίνειν leguntur. Hoc autem βαίνειν in altero loco de iis, vt ιμβ. dictum.

644. *πότερα.* Vulgo *πότερον.* Illud reponi debuit tum ob euphoniam, tum quia magis Atticum eſt, quod iam obſeruatum fuit ad Conc. 754. Sic ſupra vulgati etiam libri habent: *πότερα π. μετρῶν* — vbi ob terminationis *ον* frequentiam ingratum eſſet *πότερον. Brunck.* *πότερα* et *πότερον* ſaepe commutarunt librarii, in hoc propenſiores, cuius rei exemplum vide ad Auu. 1244. Sic *πρότερον* pro *πρότερα* ſcriptum in cod. (quinto, Reg.) v. 660. *Idem* in Suppl.

645. *ἡμιεκτέον.* Ruſticus, qui de menſuris et choenicibus putabat Socratem loqui, conuenienter ſuae opinioni reſpondet, ſe malle tetrametrum quam trimetrum, i. e. quatuor choenices potius, quam tres; nam quatuor plus eſt. Vtitur autem voce *ἡμιεκτέον*, quae idem valet, vt ipſe mox dicet, quod *τετράμετρον*, reſpectu medimni et choenicum; quum enim medimnus habeat 48. ſiue ſexies octo choenices, ſequitur, vt ſexta pars medimni ſ. *τὸ ἕκτον* ſint octo choenices; itaque *τὸ ἥμισυ τοῦ ἕκτου* ſ. *τὸ ἡμιεκτέον* erunt quatuor choenices, vt dimidium octonarii eſt quaternarius. *Bergl.* *ἡμιεκτέον* ex ruſtici ſententia idem eſt, quod *τετράμετρον.* Quum Socrates de trimetro et tetrametro *r)* loquitur, metrorum genera intelligit: ſed alter iſta pro menſurarum nominibus accipit. Ad huius loci intelligentiam ſciendum eſt, Atticorum *medimnum* in 48. *choenices* diuidi ſolitum fuiſſe; *ἑκτεύς, ſextarius*, ſexta pars medimni, ſ. *modius*, eſt choenicum 8. *s).* Proinde *ἡμιεκτέον* 4. choenicum ſ. menſurarum. Nam choenix *κατ' ἐξοχήν* *menſura* vocatur, quia tantum frumenti continet, quantum homini ſatis ſit ad diurnum victum. *Brunck.*

646. *Οὐδὲν λέγεις. Nugas blattis.* Sic 782. et Thesm 643. In Au. 987. *οὐδὲν λέγειν οἶμαί σε,* et alibi. *Bergl.*

περίδου. Grammatici vett. omnes, Etym. M. Suid. Photius *t)* hinc citant *περιδοῦ. Ern.* Auctor Etym. M. *περιδώμεδα. καὶ Ἀριστοφάνης· περιδοῦ νῦν ἐμοί. καί· Ἐμέθεν*

---

r) trimetro iambico, tetrametro anapaeſtico. *Wiland.*

s) Cf. Romé de l' Isle Metrolog. Tafeln, ex vers. Groſſii p. 90. Choenix erat paulo plus duarum librarum, et continebat fere, quantum ad diurnum victum erat neceſſarium.

t) P. 305.

περιδώσομαι, ἀντὶ τοῦ, κατ' ἐμαυτὴν συνθηκοποιήσομαι. εἴρηται ἀπὸ τοῦ δῶ, τὸ δεσμεύω. Homerum respicit duobus locis, Il. ψ, 485. πρίποδος περιδώμεθον, Odyss. ψ, 78. ἐμέθεν περιδώσομαι αὐτῆς. Ad priorem locum haec adnotat Eustathius p. 1312, 20. περιδώμεθον δέ, ἀντὶ τοῦ συνθώμεθα, συμφωνήσωμεν, καί, ὡς οἱ πολλοί φασι, θῶμεν σοίχημα. ἢ σαφέστερον καὶ κοινότερον εἰπεῖν, δώμεθα, ὅ ἐστι δεσμηθῶμεν συνθήκαις, ὧν ὁ διαιτητὴς καὶ κριτής, ἡ μάρτυς, ἵστωρ ἐλέγετο, παρὰ τὸ εἰδέναι. ὁποῖός τις κεῖται καὶ ἐν τῷ· (Il. σ', 501.) ἄμφω δ' ἵεσθην ἐπὶ ἴστορι πεῖραρ ἑλέσθαι. Sed nugantur isti Grammatici, et cum iis insane bene Berglerus, περίδου deriuans a δέω *ligo* ν). Est a περιδίδομαι χ), vnde Eqq. 791. ἐθέλω περὶ τῆς κεφαλῆς περιδόσθαι. In codd. περιδοῦ scriptum est, minus bene. περίδου scribendum, vt ἀπόδου Ran. 1235. *Brunck.* Adsentitur *Herm.*

647. ἡμιεκτέον. Integrum dicitur ἑκτέος, Eccles. 546. *Bergl.*

648. Cf. ad Plut. 705. *Bergl.*

649. ταχύ. F. τάχα. *Reisk.* — Vulgo μανθάνειν σὲ περὶ ῥυθμῶν. A mala manu est istud σύ, quod versui sustentando insertum fuit. Hoc fulcro non eget. V. not. ad Plut. 1065. et Markland. ad Eurip. Suppl. 94. *Brunck.* Sustulerunt σὺ (quod in cod. Rau. deest) a metricis prosodiae male gnaris insertum etiam *Sch.* et *Herm.* ῥυθμῶν. Glossae: ῥυθμός, *modulus. Bergl.*

650. πρὸς τἄλφιτα. Supra 176. τί οὖν πρὸς τἄλφιτ' ἐπαλαμήσατο; *Bergl.*

651. ξυνουσίᾳ Brunck. eumque sequuti edd. dederunt pro συνουσίᾳ.

ν) In Ach. 772. περίδου νῦν μοι, ib. 1114. βούλει περιδόσθαι — Eqq. 787. Est autem hoc verbum a δέω, *ligo*, vnde verbum in μι, δίδημι, cuius aor. 2. ἔδην, in media voce ἐδέμην, ἔδετο et abiecto σ, ἔδεο, in imperat. δοῦ, comp. περίδου, vt Schol. docet. περιδόσθαι est ergo, *obligare, obstringere se*, nempe pignore depositio. Germ. *wetten. Bergl.*

χ) Non significat περίδου *circumspice*, quasi esset a περιδίσθαι, sed, *da pignus*, vt loquitur Plautus in Poenulo, qua phrasi expressit ille hoc Comici nostri περίδου, a περιδίδοσθαι, quo verbo vsi sunt vett. pro *sponsionem facere. Bos.* Obss. Critt. p. 73. qui Homerica loca, quae Br. etiam adnotauit, laudat.

653. κατ' ἐνόπλιον γ). Ad peculiarem nempe *rhythmum armata* haec *ſaltatio*, ἐνοπλίου nomine vulgo dicta, peragi conſueuerat. Vnde Xenophon Anab. VI, 1, 6. [ſ. edit. Schneid. V, 9, 11.] de Mantinenſibus Arcadibus: ἐξοπλισάμενοι ὡς ἐδύναντο κάλλιστα, ἦισάν τε ἐν ῥυθμῷ πρὸς τὸν ἐνόπλιον ῥυθμὸν αὐλούμενοι. Idem paullo ante §. 5. [§. 10. Schneid.] de vnius e Myſis ſaltatione: καὶ ταῦτα πάντα ἐν ῥυθμῷ περὶ τὸν αὐλὸν ἐποίει. Cuius proinde ῥυθμοῦ duae partes, quarum paullo ante facta eſt mentio, dicuntur exſtitiſſe, vt ab Ariſtide de Muſica p. 34. ἄρσις καὶ θέσις *motio* et *quies*, pedum nempe aut manuum. Quod de priori, ac proinde cuius in ſaltatione, vt h. l. praecipua foret ratio, explicant Graece, de quibus paullo ante in Hermog. Commentaria p. 381. βάσις ἐστὶν ἄρσεως καὶ θέσεως ποδῶν σημείωσις. τὸ γὰρ αἴρειν τὸν πόδα, εἶτα τιθέναι, ἄρσιν καὶ θέσιν ὠνόμασαν· quibus continuo additur, ἄρσιν illam et θέσιν ab initio et in fine chorum agentium, ὄρμην appellari. Quibus gemina idem adhuc tradit p. 409. Quae, et alia quaedam iam ante, eo lubentius e graecis illis Commentariis adduximus, quod ea, etſi multa bonae frugis contineant, ab Aldo ſemel hactenus edita haud in multorum manibus verſantur. De qua caeteroquin, cuius hic fit mentio, ἐνοπλίῳ ad *rhythmum*, idque ab Amazonum choro, ſaltatione Callim. h. in Dian. 240. περὶ πρύλιν ὠρχήσαντο (pyrrhicham ſaltarunt) Πρῶτα μὲν ἐν σάκεσιν ἐνόπλιον· αὖθι δὲ κύκλῳ Στησάμενοι χορὸν εὐρὺν — Adde in Veſp., vbi de Carcini filio, qui inter χορευτὰς ſ. chori actores erat, dicitur, eum in ſaltatione tragica, quae ἐμμέλεια dicebatur, *ad numeros* ſ. *rhythmos ſaltare* fuiſſe imperitum, v. 1495. ἐν δὲ τῷ ῥυθμῷ γὰρ οὐδέν ἐσι. — *Rhythmi ſecundum dactylum* meminit Plutarchus de Muſica p. 1133. [T. X. p. 657. ſ. Reisk. ſ. c. 7. T. V. p. 536. Wytt.], vbi de Olympo, Marſyae inſignis tibicinis, quique primus nomos in deorum laudes fecit, diſcipulo, dicitur, χρησάμενος τῷ ἁρματίῳ καὶ τῷ κατὰ δάκτυλον εἴδει. Quod vero hic in Scholl. dicitur, vſos eo tibicines, et quod ὁ κατὰ δάκτυλον ῥυθμὸς ἐστιν ὁ ἐν ἴσῳ λόγος, idem notant ad Hephaeſt. Scholia p. 11. Δάκτυλος. ἐν ἴσῳ λόγῳ τὸ δακτυλικὸν καὶ ἀναπαιστικὸν μέτρον

γ) Sic Ms. C. vid. Euſtath. ad Od. φ', 1899, 62. *Ern.* [Nempe Scholiis praefixum κατενόπλιον.] Duo erant veteris Muſicae rhythmi. *Brunck.*

καλεῖται ἐπιπλοκὴ τετράσημος, ἀπὸ ῥυθμοῦ δὲ ὁ δάκτυλος. Cuius *dactylici metri* quae fuerit ratio, docet idem Hephaeſt. p. 23. Adde quod *rhythmum* ἐν ἄρσει καὶ θέσει, in *motu* aut *quiete* non pedum ſolum, ſed manuum etiam conſiſtere diximus, et quod poſtremum illuſtrat inſignis ap. Lucianum locus ex eodem, de quo paullo ante, Harmonide, vbi ſe tibicinae artis a praeſtantiſſimo illius magiſtro edoctum dicit, et inter alia ὑποβάλλειν τοὺς δακτύλους εὐαφῶς ὑπὸ πυκνῇ τῇ ἄρσει καὶ θέσει καὶ (quae poſtrema iam ſupra adduximus) βαίνειν ἐν ῥυθμῷ z) (adpoſite digitos crebro tollendo et ponendo applicare et ad numerum progredi). Sic de ſiniſtra Amphionis manu, dextra pulſante citharam, Philoſtr. Icon. I. p. 747. καὶ ἡ ἑτέρα χεὶρ ἐν ὀρθαῖς ταῖς τῶν δακτύλων προβολαῖς, ſed quae diuerſa ab eo, de quo hic a Comico agitur, armatae ſaltationis ῥυθμῷ κατὰ δάκτυλον. *Spanh.*

655. Dukerus [in not. inedd.] ſe nec poëtae ſententiam nec expoſitionem Scholiorum intelligere fatetur. Mox τουτουὶ νῦν δακτύλου Bentl. *a)* et intelligit de *digito indice*, quoniam de *medio* v. ſeq. *Ern.* Sophocl. Aiac. 444. οὐκ ἄν τις αὖ ἔμαρψεν ἄλλος ἀντ' ἐμοῦ. Caet. in Comici verbis latet aliquid obſcoeni. *Bergl. Quis alius niſi penis hicce? antehac vero, quum puer eſſem, digitus hic praeſto mihi erat.* Magna eſt in his nequitia, quam ſatis explicaſſe mihi videor. Quid ſibi haec vellent, non adſequuti fuerant interpretes. Licet manifeſta ſit inter binos, quos ruſticus oſtendit, dactylos, vnum quid longeque diuerſum ex his fecit Etruſcus interpres, *Io. Bapt. Terucci*, cuius in Graecis nec vola nec veſtigium eſt:

E un frutto di cert' albero
che mel davano ancor quand' era piccolo.

Caute Fabri filia, quae puellari aetate fabulam gallice vertit, ſcopulum hunc declinauit *b)*. *Brunck.* Recte Br. de

---

z) cap. 1. p. 850. f. T. I. Hemſt.

a) Lego τ. νῦν δ. et contra ſcholiaſten de *digito indice* intelligo. Nam ſequente demum verſu medium et infamem porrigit. *Bentl.* τουτουὶ eſſe δεικτικῶς poſitum facile patet. Monſtrat factitium penem.

b) Omiſerunt haec prorſus vernaculi noſtri interpretes.

pene intellexit c), vt eſt in gloſſa, ſequentem autem verſum de digito infami, quo iſte, quum puer eſſet, necdum aptus rebus venereis, ſannas fecerat. *Herm.*

654. οὗτοσὶν praefert *Ern.* ex cod. L.

657. Suidas locum hunc citans [pro olim vulg. ἀχρεῖος] rectius legit ἀγρεῖος per γ' d), quod idem ſignificat ac ἄγροικος, i. e. *agreſtis, rudis, imperitus.* Eadem vox ἀγρεῖος occurrit etiam ap. Comicum noſtrum Theſm. 167. *Kuſt.* ἀγρεῖος membr. [etiam Kau.]. Suidas: ἀγρεῖος· ὁ ἀγροῖκος, ὁ ἀμαθής, ἢ ἀπὸ τοῦ ἀγροῦ. Ἀριϛ. Νεφ. κ. τ. λ. V. Theſm. 160. In C. ἀγροῖκος e gloſſemate. [Elb. ἀχροῖος]. In B. ἀρχεῖος, e quo ſuſpicari quis poſſet, ſcriptum olim fuiſſe ἀρχαῖος. In cod. quinto (R.) diſtincte et emendate ἀγρεῖος, ſuperſcripta gloſſa ἄγροικος. *Brunck.* ὦ ζυρὲ [olim ὦ οἰζυρέ, Bergl. ὦ ζυρέ]. In Veſp. 1502. ἀλλ' ὦ ζυρὲ — Lyſiſtr. 949. ἀλλ' ὦ ζυρὰ κατάκεισο. *Bergl.* ὦ οἰζυρὲ eſt anapaeſtus. Sed R. I. habent ὦ ζυρὲ (L. ὦ ὀζυρὲ) quod fortaſſe magis placeat. Media in h. v. alias producitur ſecundum analogiam et conſuetudinem poëtarum. v. Etym. M. h. v., ſed theatri attici idioma eſſe poteſt, vt in aliis verbis, qualia paſſim ad Hom. notat Clarkius, diuerſa quantitas illius ſyllabae. *Ern.*

658. τί δαί; R. bene *Ern.* Eſt hoc etiam in membr. et in C. et quinto cod., et recipi debuit. *Brunck.* Suppl. Receperunt *Sch.* et *Herm.*

659. τὸν ἀδικώτ. λόγον. Male hoc per *iocoſum verbum*, e quibus genuinum huius loci ſenſum nemo adſequeretur, reddidit interpres, pro *ſermonem iniuſtum*, quo nempe iniuſtam cauſam ſuperiorem redderet, vt bene vertit Daceria, prout ea de re iam ante ad v. 115., et quae vnica fuerat cauſa, cur in Socratis diſciplinam, quo id ab

---

c) Simili ioco Noſter Eqq. 1392. οὐκ οὖν δακτυλικὸς σὺ τοῦ λαλητικοῦ; quod genus poenae, τὸ καταλβάζειν et Catullus minatur carm. 16. cf. Eqq. 355. Sequentem verſum ſic vertas: Certe antehac, quum puer eſſem, hic erat (ille digitus, de quo loqui te exiſtimo). *Hotib.*

d) Suidas V. Ἀχρεῖος laudat ἀγρεῖος, quod non displicet interpreti. *Duck.*

eo doceretur, ſe dederit hic Strepſiades. Quae manifeſta inprimis e Δικαίου καὶ Ἀδίκου ſermonibus infra Act. III. Sc. III. et IV. *Spanh.*

660. πρότερα τούτων *e)* [e Rau. et Ia. ap. *Ern.*] recipiendum putaui. τούτου [vulg.] enim librariorum curioſitati deberi videtur. Plurali quum vtitur tantas tamque difficiles intelligit res, quam fraudulenta illa oratio eſt. *Herm.*

663. Magna eſt ruditas ruſtici, gallum ſ. gallinam inter quadrupedes numerantis. Quod tamen non animadvertit Socrates, ſed aliud reprehendit, quod leuius erat. *Bergl.*

664. ὁρᾷς, ὦ πάσχεις; *viden' quid tibi eueniat, quid facias?* πάσχω eſt hic pro πράττω *f)*. v. not. ad Ran. 302. ἀλεκτρυόνα feminino genere *gallinam* vocarunt veteres, vt et *gallinaceum* τὸν ἀλέκτορα. v. Amphiarai fr. III. et Daedali IV. Ex aliis Comicis *g)* exempla plurima profert Athenaeus p. 373. inter quae hoc eſt Cratini in Nemeſi:

Λήδα, σὸν ἔργον, δεῖ, σ' ὅπως εὐσχημόνως
ἀλεκτρυόνος μηδὲν διοίσεις τοὺς τρόπους,
ὅπως ἐπωάζουσ' ἂν ἐκλέψῃς καλὸν
ἡμῖν τε καὶ θαυμαστὸν ἐκ τοῦδ' ὄρνεον.

Tertius horum ſenarius miſere vulgo deprauatus fertur *h)*. In R. cod. ſic ſcriptus eſt: ἐπὶ τῷδε πωάζουσα ὡς ἂν ἐκλέψῃς καλόν. Alii aliter emendarunt: mihi placet ratio, quam ſequutus ſum. Sic Noſter Lys. 1182. νῦν οὖν ὅπως ἀγνεύσετε, ὅπως ἄν — ξενίσωμεν. Theopompus etiam in Pace:

---

e) C. Ib. [Bau. Elb.] πρὸ τούτου, quod verſum deſtruit. *Ern.* πρότερον τούτου cod. quint. ap. Brunck. ad v. 644.

f) V. Stoeber. ad Tho. Mag. p. 733. et ſaepius hoc ſenſu verbum occurrit; compara v. 798. *Harl.*

g) Ex his vnum afferam ex Strattide: αἱ δ' ἀλεκτρυόνες ἅπασαι καὶ τὰ κοιρίδια τέθνηκε. Caeterum hanc praeclaram doctrinam de gallo et gallina proponit v. 850. Strepſiades filio ſuo, tamquam magnam ſapientiae partem ſcilicet. *Bergl.*

h) Legebatur (L. IX. p. 580. T. III. Schweigh.) olim ita: Ἐπὶ τῷδ' ἐπωάζουσαν. Schweighäus. (qui Brunkii emendationem non attulit) ex coniectura Valken. edidit ἐπὶ τῷδ' ἐπάζουσ', et antea εὐσχημόνως.

ἄχθομαι δ' ἀπολωλεκὼς Ἀλεκτρυόνα τίκτουσαν ὠὰ πάγκαλα. *Brunck.* Athenaeus IX. p. 373. τὸν δ' ἀλεκτρυόνα ἐκ τῶν ἐναντίων οἱ ἀρχαῖοι καὶ θηλυκῶς εἰρήκασι. Κρατῖνος Νεμέσει· Λήδα, σὸν ἔργον etc. cuius vocis ἀλεκτρυόνος pro *gallina* alia adhuc adducuntur ibi exempla ex aliis Comicis, immo huius Ariſtoph. in Daedalo: quae tamen poſtrema non ei, ſed Platoni in cognomine fabula Daedalo tribuunt ad h. l. Scholia, nempe: Πολλαὶ ἀλεκτρυόνων ὑπηνέμια τίκτουσιν ὠὰ πολλάκις. *Spanh.*

666. Hic verſus in Mſſ. et edd. ſic legitur: Στρ. πῶς δή; Φέρε. Σω. πῶς; ἀλεκτρυὼν κἀλεκτρυών. Quae lectio duplici vitio laborat. Primum enim Socrates non poteſt πῶς dicere, quippe qui repetat interrogationem Strepſiadae, ſed ὅπως dicere debet, vt 679. 692. Deinde in vltimis verbis id, quod maxime hic agendum erat, generis diuerſitas in voc. ἀλ. non eſt indicata. Quamobrem praeclaram Reizii correctionem recipere non dubitauimus: [πῶς δή; Φέρ'. ὅπως;] ὦ Ἀλεκτρυὼν χἠ Ἀλεκτρυών. *Herm.* quem ſequutus eſt *Sch.* Nempe ostendere volebat Socrates, *qua ratione* gallus et gallina eodem vocabulo dicantur.

668. Locum hunc citat Athen. IX, 4. p. 374. *i)* [382. T. III. Schw.] *Kuſt.*

671. τὴν κάρδοπον. Idem eſt, quod μάκτρα. In Ran. 1184. χρῆτόν μοι μάκτραν — *Bergl.* διαλφιτοῦν eſt *farina implere prorſus.* De v. κάρδοπος vidd. Heſych. et Zonar. II. p. 1152.

672. *k)* τὴν κάρδ. ἄρρ. καλεῖς — Tantum propter terminationem. Vult autem nomina appellatiua ad normam nominum propriorum redigere, quae in *os* deſinentia maſculina ſunt; alias ex articulo patet, Strepſiadem in feminino genere ſumſiſſe hanc vocem. Etiam hoc δίδαγμα repetit Strepſiades v. 1252. vbi negat, ſe ſoluturum debitum

---

i) Vbi addit, dici etiam ἀλεκτορὶς et ἀλέκτωρ. *Spanh.* v. Euſtath. p. 1479. *Ern.*

k) τεῦθ' ἕτερον *hoc alterum eſt peccatum.* Hic et in antecedd. recte francogallici ac vernaculi interpp. ſubſtituerunt graecis alia vocabula, quorum eadem aut ſimilis eſſet ratio.

creditori, quia indocte et ille dixiſſet κάρδοπος pro καρδόπη. *Bergl.*

674. A. C. ἄρρενα καλῶ γὰ τὴν κάρδοπον; Praeſtaret forte ἄρρ. καλῶ τὴν κάρδοπον; duo alii in vulg. lectione conſentiunt: ἄ. καλῶ γὰ κάρδ.; *Brunck.* in ed. Br. γε omiſſum, quod in not. emendatur.

676. In Mſſ. C. Ib. aliter perſonae ordinantur. Nam v. hic refertur ad Strepſiadem, vt ſit ſc. continuatio praecedentium verborum: πῶς δὴ φρ. et 677. 78. tribuitur Socrati, 679. rurſus Strepſiadi ad verbum καλεῖν. Et nobis ordo vulgatus perſonarum dudum ſuſpectus fuit. Itaque hanc rationem ſequuti ſumus. *Ern.* Retinenda vulgata perſonarum distributio. Nam ſi verſus 676. cum praecedd. verbis continuaretur, non modo reſponſio ad id, quod interrogarat, nulla eſſet, ſed etiam ſi 677. 78. Socrati tribuerentur, hic Strepſiade, non ſe, digna diceret. In eo enim lepor huius loci ineſt, quod inſulſus homo, Strepſiades, verba ταυτὸν — Κλεωνύμῳ male intellecta, ſic accipit, quaſi Socrates Cleonymum mactram vocaſſet. Itaque tantum abeſt, inquit, vt ille mactra ſit, vt ne habeat quidem mactram. *Herm.*

678. ἀνεμάττετο. Infra 789. τίς ἦν, ἐν ᾗ ματτόμεθα μέντοι τἄλφιτα. *Bergl.*

680. [al. 678. Herm. 674.] καλεῖς. καλεῖν al. quod non abſurdum, ſi referas ad χρή. *Ern.* Immo hoc apertum vitium, ſicut, quod praeced. verſu in Elb. eſt, καλεῖς. *Herm.*

681. Longe exquiſitiorem et elegantiorem lectionem ſeruauit liber Rau. τ. κ. θήλειαν: ὀρθῶς γὰρ λέγεις, quam praefixo poſtremis verbis Socratis nomine repoſuimus. Ac languet ſane ὀρθότερον. Non enim tam liberalis fingitur Socrates, vt κάρδοπον ferri poſſe cenſeat, ſed ſeueritate ea, quae philoſophum decet, vnice rectum eſſe καρδόπην dictitat. *Herm.* Ita etiam *Sch.* Στρ. τὴν καρδόπην θήλειαν; Σω. ὀρθῶς γὰρ λέγεις. Στρ. Ἐκεῖνο —

682. Cleonymum hic facete irridet Comicus. Nomina quae generis feminini ſint, Socrates ruſtico oſtendit a maſculinis terminatione etiam diſtingui debere: male eum τὴν κάρδοπον dixiſſe, dicendum fuiſſe τὴν καρδόπην. Doctri-

nam hanc valde probat ruſticus, et ex ea colligit, Cleonymum, qui timidus erat, clypeoque abiecto, fuga ſe e pugna proripuerat, non viri nomine Κλεώνυμος, ſed feminae Κλεωνύμη, appellandum eſſe. Multus eſt in exagitando hoc Cleonymo, cui falſe ſupra timiditatem exprobrauit v. 353. *Brunck.*

683. [681. vulg., 677. Herm.] ἔτι δή γε περὶ τῶν — Sic recte meus, vt impreſſi. Mendoſi ſunt tres alii, in quibus: ἔτ' ἔτι περὶ τῶν — ἔτι γε περὶ τῶν — ἔτι δὴ *l)* περὶ τῶν. *Brunck.* Equidem quum in ordine particularum (ἔτι δή γε) et ſignificatione, tum in eo haereo, quod nulla earum haec verba cum ſuperioribus aliquo certe modo connectit. Turbatam huius v. lectionem eſſe, varietas ſcripturae in tribus Regg. Br. codd. oſtendit. E prima harum lectionum (ἔτ' ἔτι π. τ.) facile colligitur, εἶτ' ἔτι olim ſcriptum fuiſſe, quod quum propter ſimilitudinem litterarum in ἔτι coaluiſſet, librarii laborantem verſum addendo voc. δή ſuſtentare conati ſunt. Id nos, reſtituta part. εἶτα, deleuimus, vt verſus ſic legeretur: εἶτ' ἔτι γε π. τ. ὀ. μ. σ. δ. *m).* Ita non modo ſingulae particulae ſuam et genuinam vim habent, ſed connectuntur etiam Socratis verba cum ſuperioribus 660. ſ. Iam enim ad aliam partem diſciplinae ſuae transiturus, deinde, inquit, adhuc certe, antequam ſcilicet fallacem illam orationem doceri poſſis, nominum, quae ſint maſculina, quae feminina, diſcere te oportet. Ineptum δή γε etiam infra 789. meliori lectioni ceſſit. *Herm.*

689. ἐσ' οὐκ. Ib. οὔκ ἐσ', quod lenius videtur. *Ern.*

690. οὐκ ἄρρεν' ἐν ὑμῖν ἐστίν; Sic quatuor codd. *n).* Vulgo omiſſa praepoſitio ἐο. *Brunck.*

691. πῶς ἂν καλέσειας. v. Dawes. M. Crit. p. 207.

692. ὅπως ἄν. Dukerus putabat capi poſſe ſine interrogatione: *hoc modo*, inprimis propter ἄν, quod in inter-

---

l) δὴ pro δήγε etiam Ia. ap. *Ern.*

m) Recepit etiam *Schütz.*

n) Eſt etiam in I. C. ap. *Ern.* et Elb. ap. *Harl.* R. Erneſtii οὐκ ἄλλην ὑμῖν. Brunkium ſequuti ſunt *Sch. Inu. Herm.*

rogando non solet adiungi, vt 679. 666. ὅπως dici pro *sic*, docet Thom. Mag. Sed mutauit sententiam ipse, nec eam sinit probari, quod sequitur ὦδί. Nam id iam est *hoc modo*. *Ern.* Ἀμυνία. Vocatiui terminatio in voc. Ἀμυνίας et similibus coincidit cum Nominatiuis propriis mulierum in α desinentibus. *Bergl.*

693. γυναῖκα τὴν Ἀμυνίαν καλεῖς. Sic IV. codd. et primariae edd. [Ald. et aliae]. Male seriatus typotheta in officina heredum Phil. Iuntae contra metri legem δὴ o) inferfit [γυναῖκα δή], quod nec Cratander nec Venetae edd. nec Paris. Wechel. admisere. Id imperite reuocauit Frobenius, cuius ex edit. in ceteras deinceps transiit [Port. Lugd. Amst. Kust. Bergl.]. Corruptos esse numeros ne sensit quidem Kusterus. *Brunck.*

694. Pro vulg. ὅστις ex lib. Rau. ἥτις dedimus, aptum praecedentibus et plenum contemtionis. *Herm.* Non sequutus est *Schütz.* Et Strepsiadi conuenientius est ὅστις, qui antea τὸν Ἀμ. dixerat.

696. Ita et Vesp. 1203. παῦ' ἀλλὰ δευρὶ κατακλινεὶς προσμάνθανε ξυμποτικὸς εἶναι. Est autem κατακλινεὶς Aor. 2. participii pass. Occurrit et aor. 1. huius verbi Anu. 121. ἐγκατακλιθῆναι p). — τί δρῶ; pro futuro q), vt περῶ Soph. Aiac. 461. πότερα — πέλαγος περῶ; et διασπεδῶ in Antig. eiusdem 293. Qualia exempla non pauca inueniri possunt. v. not. ad 800. Idem fit in verbis ex εω contractis saepissime, vt καλῶ Nub. 634. et 1002. σε καλοῦσι, et τελῶν Soph. Antig. 1077. vbi Schol. τελῶν δὲ ἀντὶ τοῦ τελέσων r). *Bergl.*

---

o) δὴ R. I. omittunt. Mox R. τὴν vt ed. Bas. et Schol. [τὸν per compendium in Kust. et Bergl., plene ed. Ern. perperam]. In hac lectione deleuerim δή, sed τὸν melius est. Nam sensus est: *Amyniam marem appellas feminam. Ern.* Immo τὴν verum.

p) Post δευρὶ interrumpitur Socratis sermo.

q) Secus sentit Dawes. M. Cr. p. 78. qui contendit, esse formae subiunctiuae, quae temporis futuri vi non raro gaudeat, vel potius ad ἵνα s. χρὴ ἵνα subauditum referri. *Harl.*

r) De vtriusque generis futuris contractis v. Fischer. Anim. ad Well. II. p. 357. s. et Matthiae Gramm. gr. p. 212. s. quosque laudant.

698. ἐνθάδ' ab iis mutatum fuit *s)*, qui quum εἴ γε χρή ſcriptum inueniſſent, metrum adiuuare voluerunt. Id vero ſic potius fieri debebat: μὴ δῆτ', ἱκετεύω σ', ἐνθαδί· ἀλλ' εἴγε χρή. Sed aſperior tamen hic verſus foret. Quare vulgatam lectionem retinendam exiſtimaui. *Herm.*

699. χαμαί. v. Tho. M. p. 910. [qui docet eſſe ἐν τῇ γῇ]. *Harl.*

700. [vulg. 698., Herm. 694.] οὐκ ἔστι. Totus hic verſus occurrit iterum Vesp. 1168. et pars eius, exceptis duabus poſtremis vocibus, Pac. 109. *Bergl.*

701. Pro vulg. τήμερα *t)* Ms. Arund. τήμερον. *Kuſt.* τήμερον IV. codd. quorum ob conſenſum id recepi. In impreſſis τήμερα e Schol. V. fragm. Holcadum V. *Brunck.* Qui nouiſſime peregrinatus eſt in Graecia, Bartholdy, nusquam alibi tam crebros tamque infeſtos pulices ſe inueniſſe ait, de quibus ſaepiſſime queritur etiam Ariſtoph. cf. 712. ſſ. Plut. 541. Ran. 115. *Hotib.* Sed h. l. cimices memorantur.

702. *v)* Vetus iam in his verſibus corruptio. Iam enim metricus ſcholiaſtes hunc locum mutilatum habuit, quod ex antitheticis verſibus cognoſcitur. Nimirum, quod nemo adhuc criticorum animaduertit, hoc carmen antiſtrophicum eſt, cuius antiſtropha legitur inde a v. 806. (801. Herm.) Verſuum deſcriptionem, vt numerorum ratio exigebat, mutauimus. Sunt autem vtriusque ſtrophae verſus decem, quorum primus et ſeptimus choriambici dimetri acatalectici ſunt, ſecundus et decimus choriambici dimetri catalectici, 3. et 5. penthemimere iambica, 4. 6. et 9. iambici dimetri acatalectici, octauus denique choriambicus trimeter acatalecticus. *Herm. x).*

---

s) In R. ap. Ern. ἐνταῦθ' et εἴ γε χρή. Hinc non multum abeunt Rau. et Borg.

t) Ariſtoph. in Holcadibus ap. Schol. Ἰὼ Λακεδαίμον, τί ἄρα πείσει τήμερα *(quid te hodie fiet?) Bergl.* τήμερον etiam R. L. C. ap. *Ern.* Bau. Elb. ap. *Harl.*

v) Dici haec a Socrate paulo grauius et ſolemnius cenſet *Wil.* Strepſiades iam in lectulo conſedit. *Schütz.*

x) Qui quidem vv. inde a 707. (701.) ſic diſpoſuit et ſcripſit:

διάθρει. In Eqq. 539. τοὺς ἀνέμους διαθρῆσαι. Ibid. 433. ἄθρει καὶ τοῦ ποδὸς παρίει. Thesm. 666. τὰς διόδους διάθρησαι. Hic in Nubb. etiam v. 731. occurrit. *Bergl.*

703. Vulgo πάντα τρόπον τε *y)* σαυτόν. In membr. πάντα τρόπον σαυτόν. Melius in C. πάντα τρόπον σεαυτόν. Sed ob metrum ſcribendum: πάντας τρόπους σεαυτόν, vt Plut. 306. Sunt enim omnes iſti verſiculi iambici. Eos autem exhibui *z)*, vt digeſti ſunt in membranis, nugatorem iſtum non curans, cuius exſtant metrica ſcholia. *Brunck.* Neſcio, qua metrorum nouandorum libidine Brunkius ita edidit. Recepimus e C. πάντα τρόπον σεαυτόν. *Herm.* Ita et *Sch.* Inuernizii πάντα τρόπον τ' ἐς αὐτὸν nec ſenſui nec metro conuenit. Senſus eſt: omni modo te ipſum verſa (meditando exerce) collectum in te et velut conſtipatum.

705. f. Locus hic citatus a Suid. V. Ταχὺς et V. Μεταπήδα. *Kuſt.* Suidas binis in locis ſic exhibet *a)*:

Ταχὺς δ', ὅταν εἰς ἄπορον ἐμπέσῃς,
Ἐπ' ἄλλο πήδα νόημα φρενός.

De priore equidem nihil habeo, quod dicam, quum neque metri lex *b)* neque vlla antiſtrophae ratio lucem hic affundat. Sed de poſteriore paene conſtat mihi, ſinceram eſſe Suidae lectionem, ſiquidem Schol. quoque totum fir-

---

νόημα φρ. ὕπνος δ' ἀπέ-
τω γλ. ὀμμάτων.
Στρ. ἀτταταταῖ, ἀτταταταῖ, ἀτταταταῖ,
ἰατταταῖ. Σω. οὗτος, τί πάσχεις; τί ποιεῖς; τί κάμνεις;

y) τε R. omittit, contra metrum, vt γ' 705. *Ern.* γ' ibi etiam ab Elb. et aliis codd. abeſt.

z) Exhibuit, pauciſſimis mutatis, ita vt in Lips. ed. leguntur.

a) Olim ita legebantur hi verſus:

Ταχὺς δ', ὅταν γ' εἰς ἄπορον πέσῃς,
Ἐς ἄλλο πήδα νόημα φρενός·
Ὕπνος — ὀμμάτων.

b) Quales hi verſus ex vulg. deſcriptione ſint, et quae metri lex, declarare conatus eſt Anon. in Ep. Crit. in Bentleii Not. in Phaedr. (Lond. 1726. 4.) p. 77. ſed male.

mat, et φρενὸς c) in ipso textu Ald. exhibet. *Bentl.* γ' post ὅταν nullus agnoscit codex. ἐπ' ἄλλο bene C. Vulgo ἐς ἄλλο. *Brunck.* In vtroque eum sequuti sunt *Sch.* et *Herm.*, vt et *Inu.*

709. f. [al. 706. f., Br. 707. f., Herm. 703 — 5.] Finis strophae sic legitur in omnibus scriptis et editis:

Στρ. Ἰατταταί, ἰατταταί d).
Σω. τί πάσχεις; τί κάμνεις;

idque etiam scholiasten metricum habuisse, ex eius expositione metrorum patet. Sed antistrophici versus locum mutilum esse arguunt. Quem ne temerius expleuisse videar e), primum id velim meminerint, qui haec legunt, nulla in re negligentius versatos esse librarios, quam in scribendis iterandisque vocibus iis, quae animi affectiones exclamatione exprimunt. Cuius rei quaedam satis luculenta exempla dedi Obseruu. critt. c. XI. XII. deinde postrema verba quare sic, vt factum est, mutarem, causa fuit varietas lectionis in v. 720. (725. Lips., 721. vulg.), in quo quum caeteri libri habeant: οὗτος, τί ποιεῖς; in Ernestii Ms. C. scriptum est: οὗτος, τί πάσχεις; τί ποιεῖς; quae lectio non dubito, quin primam originem debeat errori librariorum, qui quum hic adhibere eam deberent, alieno loco collocarunt. Similiter v. 727. (732.) ἀποσεμνικήν in Rau. est, quod pertinet ad v. 744. (749.) vbi viciſſim ἀποσεμνιτίδα habet Ib. e superiore loco. Similiter factum in v. 800. (805.) et 840. (845.), vbi ἐνταυθοῖ et εἰσελθών permutata reperiuntur. Nimirum hi loci clare ostendunt, librarios interdum memoriter, quae saepe legissent, scribentes, similium locorum scripturam confudisse. Neque vero erit, puto, qui hanc et exclamationum Strepsiadae et interrogationum Socratis multitudinem languidam

---

c) Sic habet non solum ed. Ald. sed et Ms. Vat. U. et Suid. V. Μεταπήδα. At ed. Flor. et reliquae νόημα φρενί. *Kuſi.* (qui φρενὸς restituit.) φρενὸς etiam R. edd. Iunt. minor, Crat. Farr. Camm. *Ern.*

d) Parum recte e Rau. cod. ἀτταταῖ, ἀτταταῖ reposuit *Inu.* — ἰατταταὶ est dolenti, vt Ran. 656. et alibi. *Bergl.* Dixit haec Str., postquam paululum quieuit. *Wil.*

e) V. not. ad 702. Et idoneis rationibus Hermannum ita suppleuisse versus, iudicauit *Schütz.* qui eum sequutus est.

esse censeat. Nam quo vehementius ille clamat, eo impensius causam Socrates exquirat necesse est. Atque vtrumque egregiam habet vim in risu excitando. Similiter Caecilius in Synephebis ap. Cic. de N. D. I, 6.

Pro deum, popularium omnium, omnium adolescentium
clamo, postulo, obsecro, oro, ploro atque imploro fidem.

Herm.

711. (al. 708.) Locus hic *f)* mala interpunctione laborat, qui sic distinguendus est: ἀπ. δείλαιος· ἐκ τ. σκίμποδος Δάκνουσι — Punctum enim tollendum est post σκίμπ. vt locus hic ita construatur: οἱ Κορ. ἐξέρποντες ἐκ τοῦ σκίμποδος, δάκνουσί με. Κορίνθιοι autem facete et praeter exspectationem dixit pro κόρεις, i. e. *cimices:* tum quia inter duas illas voces est quaedam soni affinitas, tum etiam vt Corinthios, qui tum temporis hostes erant Athenn., per iocum hunc auditoribus ridendos propinaret. *Kust.*

712. (al. 709. Br. 710. H. 707.) Nugae sunt quae Schol. habet. Immo est ridiculum ex inopinato pro κόρεις (727.) positis Corinthiis, quos perstringere obiter voluit, et dicit primum τὰς πλευρὰς δαρδάπτειν, quod quo pertineat *g)*, nondum extrico: secundum τὴν ψυχὴν ἐκπίνειν ad saeuitiam foenebrem: nam foeneratores etiam ψυχορόφοι dicuntur. v. Hesych. h. v. *Ern.*

713. Hi versiculi sunt dimetri anapaestici, qui male habiti erant in impressis. *Brunck.* [ante quem legebatur: δαρδάπτουσι — ἐκπίνουσι — ἐξέλκουσι — διορύττουσι, sine v.] δαρδάπτουσι, *lacerando vorant.* Proprie de bestiis, inquit Hesych. Hippocrates Ep. 12. λύκος δὲ δαρδάψας τὸ πρόσπεσὸν τῆς ἀναγκαίας τροφῆς, ἀναπέπαυται. *Bergl.*

714. τὴν ψυχὴν ἐκπίνουσιν, i. e. *et sanguinem mihi ebibunt.* Loquitur enim hic Aristoph., vt dictum est in

---

f) Olim ita interpunctus: ἄπ. δείλαιος ἐκ τ. σκίμποδος.

g) Pertinent illa verba ad libidinem Corinthiorum, pariter atque illa τὸν πρωκτὸν διορύττ. v. Thesm. 648. ibique Schol. Vnde Κορινθιάζειν. Spectat autem eadem quae infra dicit 1014. (1010. Lips.) ἵξεις χροιὰν ὠχρὰν etc. *Herm.*

nota praeced. de cimicibus, qui ſanguinem hominum exſugere ſolent. Huc pertinet nota Suidae: ψυχοῤῥοφεῖν· τὴν ψυχὴν ἐκπίνειν. Non alio enim, vt puto, ſenſu ψυχὴν ἐκπίνειν Suidas ibi dixit, quam quo hic Comicus noſter. Aliud autem voluit Phaedromus ap. Plaut. Curc. I, 1, 65. vbi de amica ſua dicit: *quae mihi miſero amanti ebibit ſanguinem*, i. e. quae facit, vt amore contabeſcam. *Kuſt. Sanguinem, animae vehiculum.* Soph. El. 787. τοὐμὸν ἐκπίνουσ' ἀεὶ ψυχῆς ἄκρατον αἷμα. *Bergl.*

715. ἐξέλκουσιν. *Reisk.* coniecit ἐξελκοῦσι (ν) [ab ἐξελκόω *exulcero*].

716. ſ. Haec olim (ante Br.) vnum efficiebant verſum. Eſſe duos verſus (baſin anapaeſt. cum verſu paroem.) conſtituendos viderat *Ern.* praef. ad Nub. p. 36. et in Not. ad h. l. vbi etiam duos verſus in R. eſſe, docet.

719. (al. 715.) *Brunkius* (cumque eo *Inu.*] ſcripſit ὅτ' ἐμοῦ pro ὅτε μου, quod improbabat Reizius. *Herm.*

720. Φροῦδα χρήματα. Φροῦδα hic pro ἀφανῆ, vt Ran. 307. ἣ 'μπουσα Φρούδη et Soph. Philoct. 440. 578. Φροῦδοι, qui morte vel disceſſu ſuo e conſpectu euanuerant, prout Φροῦδος de abſente Eurip. Rhes. 662. Cycl. 130. Quibus repetita ſeqq. verſibus vox Φρούδη illuſtratur. Eumoeris Ms. [Moeris p. 383. Piers.] Φροῦδος, Ἀττικῶς· ἄφαντος, ἀφανής, Ἑλληνικῶς. *Spanh.* Φρουδὴ χροιά. Supra 504. quaerebat Strepſiades: ſi diligenter ſtuderet, cuinam ex diſcipulis Socratis futurus eſſet ſimilis; quumque audiuisſet, ſe Chaerephonti ſimilem fore: ergo ſemimortuus ero, inquit. Itaque hic apparet, eum ſedulo nauaſſe operam literis; nam amiſit colorem, quamuis retinuerit priſtinam ſtoliditatem. Infra 1175. ex colore Phidippidis mutato colligit Strepſiades, eum magnos profectus feciſſe in rhetorica. *Bergl.*

721. (719. Br., 717. vulg. 716. Herm.) Φρούδη ψυχή, Φρούδη δ' ἐμβ. Sic legendum eſſe, nemo non videre poterat. Sic primariae edd. nec aliter ſcriptum eſt in IV. codd. [etiam Bau.] Ant. Fracino, vel typothetae in officina Ph. Iuntae debetur alia lectio ineptiſſima Φρούδη δ' ἡ ψυχή *h)*, quam nec Cratander nec Veneti [nec Brub.

h) Metrum turbatum eſt; nam eſt ſimile praecedentibus. Ita-

Friſchl. Raphel.] admiſerunt. Ex ed. Frobenii in ceteras transiit. Quis non miretur Kuſteri induſtriam? *Brunck.* φρούδη ἐμβάς. V. not. ad 497. Eurip. Hec. 163. φροῦδος πρέσβυς, φροῦδοι παῖδες. *Bergl.*

723. φρουρᾶς. intell. οὔσης. *Duck.* ap. *Ern. i).* Proverbium de illis, quos curae non ſinunt dormire, vt dicit Schol. nempe a cuſtodibus nocturnis, qui cantu ſolantur vigiliam aut ſomnum pellunt; vt ille ſpeculator nocturnus ap. Aeſch. Agam. 16. ὅταν δ' ἀείδειν ἢ μινύρεσθαι δοκῶ, ὕπνου τόδ' ἀντίμολπον ἐντέμνων ἄκος, κλαίω τότε (cum mihi viſum eſt, cantare aut minurire, iſtud ſomno contrarium ex cantione remedium paranti, tunc ploro). Vtitur autem Strepſiades hoc prouerbio, non quia vigilem et ipſe nunc agat, ſed tantum quia dixerat φροῦδα et ter φρούδη. Propter ſimilitudinem vocum φρουρὰ et φροῦδα infert: φρουρᾶς ᾄδων φροῦδος γεγ., praeter exſpectationem, pro φροῦδα ᾄδων, φροῦδος γεγ. *de rebus cantans quae mihi perierint ipſe perii. Bergl.* Leg. φρούδας ᾄδων *canens res perditas*, vt τὴν ψυχήν, τὴν ἐμβάδα, τὴν χροιάν, τὰ χρήματα. *Reisk.*

724. ὀλίγου. Vt Veſp. 825. ὡς ὀλίγου μ' ἀπώλεσας *k).* Integra oratio foret: ὀλίγου δέων φροῦδος γεγ., et ὀλίγου δέον ἀπώλ. με. Heliodorus VII. [c. 8. p. 152. ed. Mitſcherlich.] ὀλίγου μὴν καὶ ἐκθανεῖν ἐδέησεν, *parum aberat, quin etiam moreretur.* Xenophon in Anab. I. [5, 14.] αὐτοῦ ὀλίγου δεήσαντος καταλευσθῆναι. Sic μικροῦ. Demoſth. c. Timocr. [T. I. p. 721. Reisk.] μικροῦ δέω παρὰ πάντας εἰπεῖν. Poteſt etiam Infinitiuus ſubaudiri, vt ſit: ὀλίγου δεῖν φροῦδος γεγ., ὀλίγου δεῖν με ἀπώλεσας. Iſocrates Panegyr. [c. 40. p. 82. ed. Mor.] μικροῦ δεῖν τῆς ἐντὸς Ἅλυος χώρας ἁπάσης ἐκράτησε. Videri poſſunt notae ad Alciphr. epiſt. 1. [Lib. I. p. 12. ed. Wagn.]. *Bergl.* Dictis his rurſus paululum quieſcit Strephiades et meditari videtur. *Wil.*

---

que videntur eiiciendae hae duae voces δ' ἤ, poſt φρούδη. *Duck.* Eiice illud δ' ἤ auctore etiam Aldo. *Bentl.* δ' ἤ omittunt recte R. I. edd. Ald. Iunt. Crat. Canin. Eſt enim anapaeſticus dimeter. *Ern.* Etiam v. anteced. poſt φρούδη Ib. addit δέ.

i) Gl. ap. Br. intelligit ὕπνον et prouerbium ἐπὶ τῶν ἀγρυπνούντων eſſe dicit.

k) Hinc intelligitur perperam in Bau. Elb. legi ὀλίγον.

725. (al. 721.) οὗτος, τί ποιεῖς; C. inſerit τί πάσχεις; quod ſane arridet. τί ποιεῖς gloſſae ſimilius quam τί πάσχεις; infra 793. τί πείσομαι; *quid agam? Ern.* φροντίζειν eſt *meditari.*

729. (al. 725.) μαλθακισέα. Aeſch. Eumen. 74. μηδὲ μαλθακὸς γένῃ (nec ignauus aut remiſſus fias). Eurip. Mede. 290. πρεῖσσον δέ μοι νῦν πρός σ' ἀπέχθεσθαι, γύναι, ἢ μαλθακισθέντ' (mitigatum) ὕστερον μέγα σθένειν. Dicunt etiam μαλθακὸν ſ. μαλακόν τι ἐνδιδόναι. V. ad Plut. 403. *l*). Caet. in Plurali dixit μαλθακισέα, Attice, vt Acharn. 479. ἐμπορευτέα, Plut. 1086. συνεκποτέα. *Bergl.*

730. εὐρητέος. Perperam in A. C. ἐξευρητέος *m*). *Brunck.* Cod. quint. ἐξευρητέος. Eadem in membr. eſt menda. Vide quam licenter et quam imperite circa praepoſitiones verſati ſint librarii. *Id.* Suppl. — νοῦς ἀποσερητ. eſt commentum ad defraudandos alios ſpectans.

731. (al. 727.) κἀπαιόλημα. Suidas male hic legit παιόλημα *n*) pro ἀπαιόλημα. V. eum V. Παιόλημα. *Kuſt.* Aeſch. Choëph. 1002. [999. Schütz.] ξένων ἀπαιόλημα, vbi Scholia: ἀπαιόλημα, ἀπαίτημα· vnde inſuper Suidae error conuincitur, apud quem παιόλημα legitur. *Spanh.* Ab ἀπαιολεῖν, quo vtitur Eurip. Ion. 549. τοῦτο κἄμ' ἀπαιολεῖ *hoc et me in errorem ducit;* aut ab ἀπαιολᾶν, quod Heſych. exponit per παραλογίζεσθαι· eſt autem ab ἀπαιόλη, quod idem exponit ἀπάτη, ἀποσύρησις, et occurrit infra v. 1154. quem locum vide. *Bergl.*

732. (al. 728. Br. 730.) Iocus huius loci nulla alia lingua exprimi poteſt, propter vocem ἀρνακίς, quae proprie quidem *pellem agninam* ſignificat, ſed hic ob affinitatem ſoni cum voc. ἀρνεῖσθαι latentem etiam ſenſum continet. Nam quum lector poſt ἐξ ἀρνακ. exſpectaret σισύραν vel ſimile quid, Ariſtophanes παρ' ὑπόνοιαν ſubiungit γνώμην

---

l) Add. Ruhnken. ad Tim. p. 101.

m) Sic et L. Ia. ap. *Ern.* Rau. Borg.

n) Suidas in Παιόλημα hinc citat καὶ παιόλημ' et ἀπαιόλημα pro varia lectione. v. Heſych. in Ἀπαιόλημα et ibi intpp. item Euſtath. ad Il. β. p. 352. Gl. R. interpretatur παραλογισμός. *Ern.* Add. Zonar. I. p. 253.

ἀποστερητίδα, quasi praeceſſiſſet ἐξ ἀρνητικίδων, ab ἀρνεῖσθαι *negare, infitiari.* Strepſiades enim tum infitiando debita tum quauis alia ratione et arte creditores eludere et fraudare cupiebat. Quare valeat hic Friſchlin. cum ſua verſione, quippe ſecundum quem Strepſiades ſententiam et artem non ad fraudandos *debitores*, ſed *cimices* ſibi contingere hic optat. *Kuſt.* Proprie ἀρνακὶς eſt *pellis ouina*, vt conſtat; ſed quia huic voci ſimilis eſt vox ἄρνησις, *negatio*, illam pro hac poſuit comico ioco, vt paullo ante Κορίνθιοι pro κόρεις. Deſiderat autem aliquod epichirema, quo negare poſſit debitum et creditores fraudare, ſiue cupit eſſe ἐξαρνητικὸς et ἀντιλογικός, qualis factus poſtea filius eius eſt, 1172. *Bergl.*

ἀποστερητρίδα [pro quo ed. Lips. ἀποστερητικήν.]. Sic A. C. Vulgo ἀποστερητίδα o). Priori formae magis fauere analogia videtur. Sic ab aliis verbalibus maſculinis in της fiunt feminina in τρις· αὐλητής, αὐλητρίς· ὀρχηστής, ὀρχηστρίς· ἀποστερητής, ἀποστερητρίς. Acumen huius loci, quod in paronomaſia conſiſtit, verſio exprimere non poteſt p). *Brunck.* Probauit etiam *Herm.* et docuit ſcripturam cod. Rau. ab Inu. receptam pertinere ad 749. Poſt haec dicta Strepſiades, inuolutus ſtragulis, rurſus paululum quieuiſſe videtur. Interea inambulat Socrates, et aliquo tempore interiecto accedit ad iſtum, viſurus, vtrum dormiat. *Wil.* et *Schütz.*

733. (al. 729.) ἀθρήσω. Gl. Ia. ἵνα ἴδω, et ἀθροίσω, peſſime. Τουτονὶ refer ad ἀθρήσω *videbo eum quid faciat*, pro, *videbo quid ipſe faciat*, qui Graecismus frequens eſt. *Ern.*

---

o) Pro ἀποστερητικήν. Finxit autem ἀποστερητίδα, quaſi ϑυμαιτίδα Vesp. 1133. quod eſt veſtimenti genus, quia dixerat ἐξ ἀρνακίδων. *Bergl.*

p) Hinc *Schütz.* agninam pellem in *vulpinam* mutauit, ſed tamen non paronomaſiam imitatus eſt. Francog. reddidit: hélas, qui me procureroit la reſource d'une peau de brébis pour me mettre à l'abri des punaiſes. Socrates iuſſerat eum commentum ἀποστερητικὸν (quo debitores defraudaret) excogitare. Str. perperam intelligit, et vult ſibi pellem ouinam dari, cui adhaereant cimices, ita vt priuentur pungendi vi. Not. francog. int.

734. (732. Br.) Cod. quintus: μὰ τὸν Ἀπόλλω γ' οὐ μὲν οὖν, perperam. Eadem verſus clauſula occurrit Au. 438. et alibi. *Brunck.* in Suppl.

735. (vulg. 731. Br. 733. H. 730.) ἔχεις τι. v. Suid. V. Ἔχεις, vbi loci huius meminit. *Kuſt.* μὰ Δί', οὐ δῆτ' ἔγωγ'. Sic bene C. Vulgo, claudicante verſu, μὰ Δί' οὐδὲν ἔγωγ' *q*). Suidas in Ἔχεις τι habet μὰ τὸν Δί' οὐδὲν ἔγωγ'. Quod codicis lectioni praeferendum videtur, ob ſequentem Socratis interrogationem: οὐδὲν πάνυ; quae ad ruſtici verba οὐδὲν ἔγωγ', refertur. Multum ineſt leporis repetitioni iſtius οὐδέν. οὐδὲν ἔγωγ' — οὐδὲν πάνυ; — οὐδέν *r*). Integram Suidae notam deſcribere non grauabor: Ἔχεις τι; ἐπὶ τῶν ἀγρευόντων ἤτοι ὄρνιν ἢ ἰχθῦν. λέγεται δὲ τὸ Ἔχεις τι; ἀντὶ τοῦ, εἴληφάς τι; συνεβούλευε γὰρ αὐτῷ ὁ Σωκράτης ὥσπερ ἀναρτῆσαι τὴν διάνοιαν, ἐάσαντι τὴν Φροντίδα, τῇ τῶν ἀγρευόντων χρησάμενος λέξει. τοῖς γὰρ ἁλιεῦσι καὶ τοῖς ὀρνιθοθήραις οὕτω φασιν· ἔχεις τί; ὁ δὲ γέρων φησί· μὰ τὸν Δί', οὐδὲν ἔγωγε. — οὐδὲν πάνυ; — οὐδέν, πλὴν τὸ πέος ἐν τῇ δεξιᾷ, τουτέστι τὸ αἰδοῖον. καὶ μιμεῖται τὸν δερμύλλοντα. *Brunck.*

738. σὺ γάρ μοι τοῦτο Φράσον. In Pac. 1280. ἀλλὰ τί δῆτ' ἄρ' ὦ; σὺ γὰρ εἰπέ μοι, οἷς τισι χαίρεις. *Bergl.*

739. (al. 735. H. 734.) L. Ia. et Ib. a m. pr. πρῶτον, quod verum videtur. *Ern.* Sane ſi ἐξευρεῖν legitur, etiam πρῶτον ſcribi debet. Verum recte ſe habet πρῶτος. Nam ex libro Rau. legendum ἐξευρών. Αὐτός, inquit, ὅ τι βούλει πρῶτος ἐξευρών, λέγε tu *ipſe primus aliquid inueni, idque mihi expone.* Atque ita etiam Schol. legerit neceſſe eſt, cuius haec eſt adnotatio: διαβάλλει αὐτόν, ὡς μὴ παρέχοντα εὕρημα τοῖς μαθηταῖς. *Herm.* Cum eo *Sch.* recepit ἐξευρών.

743. (al. 739.) κατὰ μικρόν. L. κ. λεπτόν. Caet. in hoc et 745. 746. 763. lepide ridet praecepta dialecticorum

---

q) Duker. vult οὐδέν γ' ἔγωγ', bene; nam id metrum deſiderat. *Ern.*

r) Etiam Toup. Emm. in Suid. III. p. 81. f. ex Suida reſtituendum eſſe docuit: μὰ τὸν Δί' οὐδὲν ἔγωγ', idque etiam Reizio probatum *Herm.* et *Sch.* receperunt in ordinem. Sed *Herm.* me monuit, verſum multo elegantiorem fore, ſi legatur: μὰ Δί' οὐδέν γ' ἔγωγ'.

de meditatione. *Ern.* σχάσαι τ. φρ. eſt coercere cogitationem ne diuagetur. Perperam *Wil. und halte ſelbſt den leiſeſten Gedanken ab, der dich zerſtreuen könnte.*

744. διαιρῶν. Heſych. διαιρεῖν, διακρίνειν, ἐξακριβοῦν. v. Bos. Obss. Critt. p. 24. ſq. *s*). *Ern.* οἴμοι τ. Strepſiades a cimicibus morſus exclamat.

745. τῇ γνώμῃ coniecit *Reisk.* Ita etiam *Herm.* in not. inedd. legi iuſſit: τῇ γνώμῃ πάλιν κίνησον αὖθις αὐτό.

746. Pro [vulg. olim] αὖθις αὐτὸ lego αὖθις αὖ σύ. Nam κατὰ πλεονασμὸν tria haec πάλιν αὖθις αὖ in eadem ſententia interdum iunguntur, vt v. 975. *Kuſt.* Nam αὐτὸ alienum eſt, quum accuſatiuus praecedat γνώμην. *Ern.* αὖθις ἐς αὐτό. In A. B. meliuſcule εἰς αὐτό. Vulgo omiſſa eſt praepoſitio. *Brunck.* Sequuti eum ſunt *Inu. Sch. Herm.* Valet: mentem rurſus dirige in illam cogitationem.

ζυγώθρισον. Grammatici quidam interpretantur κλεῖσον, *claude*, vt Pollux, qui X, 26. ad hunc ipſum locum Comici reſpiciens ait: καὶ τὸ ζυγώθρισον ἐπὶ τοῦ κλεῖσον εἰώθασι τάττειν. V. etiam Hes. et Suid. V. Ζυγώθρισον *t*). *Kuſt.* R. L. C. Ib. ζυγόθρισον, et ſic habent Mſſ. Pollucis l. l. qui fluctuant inter ζυγάθρ. et ζυγόθρ., vnde editores ex Ariſt. libris fecere ζυγωθρ. item Heſych. edd. pr. Sed Suid. ζυγώθρισον. Et huic ſauet analogia, ζύγωθρον, ζυγωθρίζω. Cf. et Bos. Obs. Cr. p. 163. *Ern.* Si forte olim in aliquo codice pro καὶ ζυγώθρ. lectum fuit κἀναζύγωσον *v*), praua erat iſta lectio, quam metri lex reſpuit. *Brunck.*

748. Strepſiades, qui ad Socratis dicta non adtenderat animum, ſpatio breui interiecto, ita exclamat. *Wil.* et *Sch.*

749. Ib. ἀποστρητίδα e v. 732. *Ern. x*).

---

s) Is docet, impropr. eſſe, *mente discernere et diiudicare.*

t) Hinc emendandus Zonaras Lex. I. p. 963. vbi ζυγάθρησον.

v) Fuit ea coniectura Valken. in Comm. ad Theocr. Adon. p. 335., memorata quoque Harleſio.

x) Et h. l. Francog. int. reddit: reſource fraudulenſe.

750. (vulg. 746. Br. 748. H. 145.) *εἰπὲ δὴ νῦν μοι τοδί.* Sic optime B. In tribus aliis *τὸ τί.* Sed in nullo praefixa his voculis Socratis persona. Cod. quint. *εἰπὲ δὴ νῦν μοι τοτί·* sic notato accentu, et absque vllo mutatae personae indicio *y*). *Brunck.* (qui haec omnia Strepsiadi tribuit.) Nos vulgatam lectionem Rau. libri auctoritate confirmatam censuimus, eamque etiam Reizius probabat. Mutata illa fuit in B. et L. ab librariis, quum nomen Socratis excidisset, vt in plerisque libris factum videmus. *Herm.*

751. (al. 747.) *φαρμακίδα Θετταλήν.* Lucianus Dial. Mer. Melittae et Bacchidis: *εἴ τινα οἶσθα, Βακχί, γραῶν, οἷαι πολλαὶ Θετταλαὶ λέγονται ἐπᾴδουσαι* [dial. 4. T. III. p. 286.]. Plautus Amphitr. IV, 3, 10. *Ego pol illum vlciscar hodie veneficum.* Schol. Eurip. ad Phoen. 1365. *ὅτι δὲ καὶ φαρμακίδες εἰσὶν αἱ Θετταλαί, Ἀριστοφάνης φησί· γυναῖκα εἰ πριάμενος Θετταλήν. Bergl.* De his magicis artibus cf. Intpp. ad haec Virg. Ecl. 8, 69. Carmina vel coelo possunt deducere lunam.

753. (751. Br.) *λοφεῖον.* Gl. *ἀγγεῖον.* Proprie est *τοῦ κράνους ἡ θήκη,* quo sensu occurrit Acharn. 1109. Pollux X, 126. *κάτοπτρον, οὗ τὴν θήκην λοφεῖον καλοῦσι. Brunck.*

755. (al. 751. Br. 753.) *ὠφελήσειέν σ' z).* Sic edidimus, iubente metri necessitate, vt vidit etiam Dukerus. *Erm.* Sic scriptum oportuit ob metrum. Vulgo vacillat versus ob omissionem *ν* paragogici. Hac occasione monebo similem mendam, qualium in Comici edd. infinitus erat numerus, incogitantia mea relictam fuisse in Conc. 256. vbi legendum: *τί δ' ἦν ὑποκρούσωσίν σε; προκινήσομαι. Brunck.*

756. *ἀνατέλλοι.* Sic quatuor Regii, bene. Vulgo: *ἀντέλλοι.* v. not. ad Lys. 115. *Brunck.* (quem recentt.

---

y) Ib. delet *δή.* L. *νῦν μοι τοδί.* In C. totus versus est Socratis. Versus lectio omnino adhuc fluctuat. Suid. in *ἐπίδειξον* etiam aliter profert, quam hic est. *Erm.* In Elb. ap. Harl. desunt personarum nomina. Suid. V. *Ἐπίδειξον* haec affert: *ἔχεις τινὰ γνώμην, ἐπίδειξον αὐτήν.*

z) Vulgo *ὠφελήσειέ σ'.* Correxerat iam Rittershus. Sacr. lect. p. 542. monente *Harl.*

edd. ſequuti ſunt.) Sub initium fabulae dicebat Strepſiades: ἐγὼ δ' ἀπόλλυμαι ὁρῶν ἄγουσαν τὴν σελήνην εἰκάδας. Quia nimirum in fine menſis, quem Luna determinat, erat dies vſurarum. Nunc itaque in mentem ei venit, artibus magicis curare deducendam Lunam, ne vllus exiſtat menſis ac proinde nec repetitio vſurarum. *Bergl.*

757. οὐκ ἂν ἀποδοίην. Sic B. D. recte *a*). Vulgo: οὐκ ἄν γ' ἀποδοίην. *Brunck.*

τίη τί δή; C. Ib. ὅτιη R. Ia. L. ὅτι τι δή *b*); Vulgatum verum eſt. ὁτιὴ eſt e v. ſeq. quod tamen alias etiam pro τίη dicitur, vt 786. *Ern.* ὁτίη τι Elb. et Bau. Cum Br. retinuimus vulgatum. *Herm.*

758. (al. 754. Br. 756. H. 753.) γ' ἀργυρίων δανείζεται etiam habet ed. Ald. *c*), eamdemque lectionem agnoſcit vetus Schol., quam tamen probare non poſſum. Nam vel legendum eſt τἀργύρια vel (vt Ms. Vat. U. Ms. Arund. et ed. Flor. habent) τἀργύριον. Notandum autem eſt, ed. Flor. quamuis in textu habeat τἀργύριον, in Scholl. tamen cum ed. Ald. retinere ἀργυρίων, quod me initio monebat, vt crederem lectionem illam priſcam eſſe et veram. Subintelligendum enim putabam τινά, (quaſi legeretur τῶν ἀργυρίων τινά,) quae ellipſis apud Atticos in conſtructionibus verborum cum Genitiuis frequens eſt, vt quum dicunt ξυλλέγειν τῶν λίθων (ſc. τινάς): vt ſimilia loquendi genera paſſim obuia hic omittam. Sed nunc altera lectio, (nimirum τ' ἀργύρια vel τ' ἀργύριον) vt ſimplicior, multo magis arridet, adeo vt eam, ſi res adhuc integra foret, in textu

---

a) Ib. γ' delet, ſine damno verſus. *Ern.* Deeſt etiam in Bau. Elb. ſeruatur in quinto Br.

b) Cod. Reg. in Br. Suppl. ὅτι τιὴ δή.

c) μὴνά γ' ἀργυρίων legitur in Ald. Crat. Ven. Kuſt. Bergl. τἀργύριον iam emendarat Rittershus. Sacr. Lect. p. 542. atque ita eſt in ed. Flor. 1525. Bas. Frob. et cod. Elb. in quo in fine legitur δανίστεται. In ed. Bern. Iunt., Brub. Friſch!. eſt γ' ἀργύριον. τ' ἀργύρια edd. Raph. Porti Lugd. et Amſt. *Harl.* τ' ἀργύριον edidimus e Mſſ. Vat. Arund. R. L. I. edd. Ald. Crat. Iunt. Canin. Cheradami. Qui vulgatum malet, intelliget τινα, quod tamen durum eſt. *Ern.* τἀργύριον ſcribi etiam iuſſit *Reisk.*

reponere non dubitarem. *Kuſt.* De *vſuris* Athenn. *menſtruis* ſupra iam vidimus ad 17. Infra 1290. ἢ κατὰ μῆνα ἢ καθ' ἡμέραν *pecuniam*, quod additur, vſura *creſcere* ſeu *multiplicari*. Fruſtra vero hic eſt Scholiaſtes, quod monuit iam Kuſterus, qui ἀργυρίων non ſolum hic legit, ſed, vt Comicis familiare, pluralia pro ſingularibus adhiberi obſeruat, quum tamen non in adducto modo Comici verſu, ſed in eo, qui paullo ante praeceſſerat, vbi de eadem pecunia in vſuram foluenda agitur, σπανίζεις ἀργυρίου dicatur, non ἀργυρίων. *Spanh.* γ' ἀργύριον in ed. Bern. Iuntae etiam mendoſum eſt, deprauatum ex τἀργύριον pro τὸ ἀργ. Litteras γ, τ, commutatas ſaepe obſeruauimus. In IV. codd. perſpicue et diſtincte τἀργύριον ſcriptum eſt, et ſic dudum emendatum, antequam codicem vllum vidiſſem. Quae in ſcholiis ad voc. ἀργυρίων leguntur, longe ſunt abſurdiſſima. *Brunck.* Scholiaſten, qui pluralem ἀργυρίων reperiri diſerte ſcribit, iniuria videtur Brunkius reprehendere. Vix enim credi poteſt, hunc tam ineptum fuiſſe, vt de genitiuo cogitaret. Immo vereor, ne, quum in contextu Ariſt. male ſcriptum reperiſſent librarii ἀργυρίων, id etiam in ſcholiis repoſuerint pro eo, quod ſchol. ſcripſerat, ἀργύρια. Ac recte dixiſſet Ariſt. τἀργύρια, vt Auu. 600. *Herm.*

759. (757. Br.) Cod. quint. ἀλλ' ἕτερον οὖν σοι — *Brunck.* in Suppl. Ironice haec a Socrate dici cenſet *Wiland.*

760. (al. 756.) πεντεταλ. τ. δ. c). Videtur hic latere aliquid amarae reprehenſionis, eruendum e Pac. 170. *Ern.* Cod. quint. hic et infra πεντατάλαντος, quae ſcriptura haud deterior. Eam agnoſcit etiam cod. meus v. 776. *Brunck.* Sed alteram formam Atticam eſſe obſeruat Schol. Sic Eqq. 1049. πεντεσυρίγγῳ ξύλῳ. *Herm.*

761. εἶπ' ἐμοὶ a Brunk. repoſitum eſt; aliae omnes edd. εἰπέ μοι habent.

---

c) Wiland. reddidit: wenn eine Klage auf 5000. Thaler gegen dich erhoben wurde; rectius quam Francog.: ſi tu étois condamné à une amende de cinq talens.

763. ἴλλε. Sic bene meus [vt et Rau.]. Gl. στρέφε. In membr. vt vulgo εἴλλε *d)* cum gl. ἀπόκλεισε. In C. εἶλε *e)* Peius in B. εἶλε. V. Ruhnken. ad Timaei gl. Plat. V. γῆν ἰλλομένην [p. 50. ff. ed. pr. 69. f. ed. fec. ibidemque etiam Hemſt. p. 71.]. *Brunck.* Receperunt *Inu. Sch. Herm.* Senſus: non iam apud te ſemper cohibe cogitandi vim.

764. (vulg. 760.) ἀλλ' ἀποχάλα — i. e. *ſed dimitte mentis tuae cogitationem in aërem velut ſcarabaeum, filo reuinctum ex pede.* Anna Fabri in not. gallicis ad h. l. veriſimiliter admodum ſuſpicatur, Ariſtophanem traducere hic velle opinionem Socratis, qui animam hominis alatam eſſe ſtatuebat, vt patet ex Plat. Phaedro p. 344. ed. Laemar. [c. 67. p. 266. ed. Heind.]. *Kuſt.*

765. (v. 761., Br. 763. H. 760.) Pollux IX, 124. f. ex h. l. poëtae noſtri obſeruat, pueros olim animalcula, μηλολόνθας dicta, filo alligata, in aërem dimittere conſueviſſe, quod et hodie pueri noſtrates facere ſolent *f)*. *Kuſt.* λινόδετον. Eurip. Iph. Taur. 1043. οὗ ναῦς χαλινοῖς λινοδέτοις (lineis vinculis) ὁρμεῖ σέθεν. *Bergl.* Laudant hunc v. Pollux 9. c. 7. n. 124. Suid. h. v. Vterque genus ludicri exponit. μηλολόνθην etiam ap. Poll. legitur, quod non probat Schol. *g)* v. Intpp. Poll. *Duck.* μηλολόνθην *h)*.

---

d) εἴλλε Ald. eiusque ſequaces et Bergl. εἶλε Iunt. Bas. et aliae, etiam Kuſt. ἴλλε Br. Senſus et ſignificatus *coërcendi, conſtringendi* etc. in illis verbis parum vel nihil mutatur. *Harl.* R. εἴλλε, gl. ἀπόκλεισε. Suid. εἴλλε. v. et Hes. *Ern.*

e) Male etiam cod. quint. εἶλε, cum gl. στρέφε. *Brunck.* Ἴλλε etiam coniecit *Reisk.*

f) cum minore ſcarabaeo, qui vulgo vocatur *Goldkäfer*, et χρυσοκάνθαρος Schol. eſſe videtur. *Harl.* De *melolonthe, ſcarabaeo viridi*, v. Camus ad Ariſt. H. A. II. p. 747. f.

g) Immo probat.

h) In hac lectione conſentiunt ſcripti et editi. Sic ſaepe Ariſtot. H. A. IV, 1. I, 5. V, 19. Verſus arguit neceſſitatem lectionis editae. Decepit autem Euſtathium ſcriptura antiquior, ſyllabam ſemel exprimens, quae bis legenda eſſet. *Ern.* μηλολόνθη etiam Photius Lex. p. 196. (vbi quod ſequitur μηλολόμαι in μηλολόνθαι mutandum) — Sed ap. Zonar. II. p. 1397. μηλόνθη καὶ μηλολόνθη εἶδη βοτανῶν.

Ab Atticis μηλόνθην, non μηλολόνθην dictum, et ita legi in antiquis huius Comici codicibus, non vero in iis, qui sua aetate circumferebantur, obseruat Euſtath. ad Il. ψ. p. 1329. Ἀττικοὶ δὲ αὐτὴν μηλόνθην ὀνομάζουσιν· ἐκάλουν δέ φησιν αὐτὴν καὶ χρυσαλλίδα. καὶ οὕτω μὲν ὁ παλαιός· τὰ δὲ νῦν τοῦ Κωμικοῦ ἀντίγραφα μηλολόνθην αὐτὴν τρισυλλάβως οἴδασιν. Quod vero χρυσαλλίδα, a *fuluo* nempe *colore* eamdem auiculam dictam ſtatuit Euſtath., ex alio Comici huius loco illuſtratur, eique ſimul lucem commodat, vbi e coniunctis duabus vocibus χρυσομηλολόνθιον dicitur, Veſp. 1332. Adde de hac voce Herodem in Mimiambis ap. Stob. Floril. Tit. LXXVIII. p. 335. ed. Grot. ἢ μηλολόνθης ποσσὶν ἅμματ' ἐξάπτων *aut melolonthae* (ſcarabaeo) *vincla pedibus vt nectat. Spanh.* μηλόνθη et μηλολόνθη graece dictum eſſe, ex Euſtath. obſeruat etiam *Brunck.*

768. ἤδη. L. addit ποτε, gloſſa in textum inſerta. Caet. hoc interrogatiue accipiendum. Sic Lucianus. *Ern.* Hic verſus in iis eſt, in quibus dubites, vtrum vulg. lectio ab Ariſt. profecta ſit an ea, quae grammaticis metrum euertere viſa eſt, ob eamque rem facile oblitterari potuit. Nam ſic fortaſſe ſcripſit Ariſt.: ἤδη ποτὲ παρὰ τοῖς φαρμακοπώλαις τὴν λίθον. Qui verſus numeris eſt egregiis, licet vulgares metrici hanc ſyllabarum rationem improbare cogantur vitio doctrinae ſuae. v. de Metr. II, 14. p. 151. ff. *Herm.*

769. ταύτην ἑώρας. Sic meus, vt impreſſi, recte. In quatuor Regiis ταύτην ἑώρακας *i*). Similem errorem obſeruaui ad Pl. 713. *Brunck.*

770. (al. 766.) τὴν ὕαλον λέγεις. Intelligit lapidem *cryſtallum*, quippe quo veteres ad ſolem expoſito igne accendere conſueuiſſe, diſcimus etiam ex Orpheo περὶ λίθων, cap. περὶ κρυστάλλου [v. 178. ff.]. Et Plinius lib. XXXVII. c. 2. medicos quosdam ait, *quae ſunt vrenda corporum, non aliter vtilius id fieri putare, quam cryſtallina pila aduerſis poſita ſolis radiis.* Hodie nobis eumdem vſum praeſtant vitra, quae vulgo *vſoria* vocantur *k*). *Kuſt.* Heſych. ὕαλον, λαμπρόν, πρᾶον, ἡλίθιον, τί-

i) R. L. Ib. ἑώρακας. Offendit librarios forma rarior. *Ern.*

k) Ariſtophanem intellexiſſe ſpeculum vſtorium, e cryſtallo aut

μιον· vbi lege λαμπρὸν κρύος, ἢ λίθον τίμιον.. Istud ἢ λίθον, et quod ibi erat obuium, pro ἠλίθιον, viderat iam Scaliger; alterum vero κρύος pro πρᾶον, docent hic Scholia: οἱ παλαιοὶ δὲ, τὸν διαφανῆ λίθον, αὐτὸν ἰδιωτικῶς λεγόμενον κρύος, ἐοικότα δὲ ὑάλῳ· vbi nempe κρύος pro κρυστάλλῳ sumitur. Idem Hesych. κρύσταλλος, τὸ πεπηγὸς ὕδωρ ὑπὸ κρύους. Item κρυερήν, ψυχράν, κρυσταλλώδη. Κρύος vero non pro *concreta gelu aqua* s. *crystallo*, sed pro *tremore* ap. Aesch. S. C. Th. 840. τί περιπίτνει κρύος; *cor meum* (quod praecedit) *quis occupat rigor? Spanh.*

774. τὰ γράμματ' ἐκτήξωμι. Proprie haec phrasis dicitur de tabula cerata, cuius literae liquefacta cera delentur et confunduntur. Eurip. Cycl. 458. ὄμματ' ἐκτήξω πυρὶ significat: *oculos igne exuram.* Verba enim ibi fiunt de Vlysse, qui ardente vecte oculos ~~Vlyssi~~ exussit. *Polyphemo. Kust.* Ceram vult liquefacere, in qua scribebant *l*). Alio modo obliterauit dicam Hegemoni scriptam Alcibiades: βρέξας τὸν δάκτυλον ἐκ τοῦ στόματος διήλειψε τὴν δίκην τοῦ Ἡγήμονος, vt narrat Athen. IX. p. 407. *Bergl.*

776. πεντετάλαντος. Quia Socrates superius dixerat: εἴ σοι γράφοιτο πεντετάλαντός τις δίκη. *Bergl.* διαγράφειν et διαγράφεσθαι in foro Attico, *abolere accusationem m*). Sic Demosth. adu. Olympiod. p. 632. [p. 1174. T. II. Reisk.] διέγραψεν ὁ ἄρχων Πυθόδωρος κατὰ τὸν νόμον τὴν τοῦτου τοῦ Ὀλυμπιοδώρου ἀμφισβήτησιν· διαγραφείσης δὲ ταύτης κ. τ. λ. *Spanh.* Atticis δίκη dicitur διαγράφεσθαι, quum vel differtur vel tollitur; Lysias Or. XVII. de pecun. publ. p. 315. dixit de *dilatione*, frequentior vsus est de *sublatione*: et sic explicat Harpocr. vbi v. Vales. et Markland.

---

electro factum, ex Theophr. de igne p. 436. docet Schneider. in Lex. II. p. 549. Vernaculi etiam intpp. reddiderunt *ein Brennglas.* Idem Schneid. obseruat, loca Plin. XXXVI, 67. XXXVII, 10. quae et Francog. int. laudauit, huc non pertinere.

l) Immo, ea delere, quae iam in tabula cerata, continente damnationem, scripta erant. Nam γράφεσθαι δίκην antea est, recitare in iudicio dicam scriptam. Solebant autem scribi acta publica in tabulis ceratis.

m) Etiam *abstinere accusatione.* v. Wolf. ad Dem. or. Lept. p. 367.

ad Lys. l. c. *Ern.* v. Tho. M. p. 211. ibique Hemſt. et Bos., ad Timaeum Ruhnken. p. 60. [81. ſ. ed. ſec.], Moerin p. 120. cum not. Piers. Proprie ſignificat verbum *inducta litura ſcriptum delere*, διαγρ. τὴν δίκην, *litem expungere* n). add. Fiſch. Ind. ad Aeſch. Socr. V. Διαγράφειν. *Harl.*

777. De formula ἄγε δή v. Thom. M. p. 890. ſq. *Harl.* ξυνάρπασον. R. συνάρπασον. De verbo ipſo v. ad 490. Sic dixit et Soph. Ai. 16. *Ern.*

778. (al. 774. Br. 776. H. 773.) Hunc et ſeq. verſum non intelligo. Obſcurum enim eſt et quid ſit ἀντιδικᾶν et μὴ παρόντων ῥαρτύρων, ſed et ὀφλέω ſimpliciter poſitum pro *damnari*, nusquam alibi inueni: verum ſemper cum adiuncto δίκην vel alio, vnde fere ſuſpicabar, haec coniungenda δίκην μέλλων ὀφλήσειν. Suid. ὀφλήσειν, καταδικασθῆναι. *Duck.* ἀποτρέψαις. Sic habent Mſſ. Vat. U. et Arund. o). At priores edd. ἀποστρέψαις, quod quamuis idem ſignificet ac ἀποτρέψαις, malui hic tamen fidem et auctoritatem Mſſ. codd. ſequi. *Kuſt.* A codd. ſcriptura discedere veritus ſum. Mallem tamen: ὅπως ἂν ἀποτρέψειας ἀντιδικῶν δίκην. *Brunck.* Id ipſum repoſuimus. Nam et Atticum eſt et ad ſonum elegantius, et ita ſcripſiſſe Ariſt. ſuſpicionem facit omiſſio particulae ἄν in Ms. L. *Herm.* quem ſequutus eſt Sch. Idem tamen H. in not. mſs. vulgatam ſcripturam praetulit.

ἀντιδικῶν. Vox itidem fori Attici [ἀντίδικος], de *adverſario in iudicio*. Iſaeus Or. IV. p. 427. [p. 92. T. VII. Orr. Grr. Reisk.] καὶ γάρ τε τούτων τε ἅμα καὶ ἐπίτροπος καὶ κύριος καὶ ἀντίδικος ἦν. Et ἀντιδικεῖν *iudicio contendere*: idem orat. p. 572. [p. 323. T. VII. Reisk.] ἦσαν οἵοί τε πρὸς ἐμὲ ἀντιδικεῖν. *Spanh.* Male in meo κατηγόρων. *Brunck.* Senſus: quomodo auertere litem poſſis, iudicio contendens, ſi iam in eo eſſes, vt damnareris ob defectum teſtium?

---

n) In Lys. 676. διαγράφω τοὺς ἵππους. *Brunck.* (apud quem in Gl. eſt: ἠφάνισαι, ἀπήλειπται.)

o) Conſentiunt e noſtris R. Ia. Ceteri cum edd. ἀποτρέψαις. Ita dedit L. non bene. *Ern.*

779. μαρτύρων παρόντων. Infra 1153. καὶ μάρτυρες παρῆσαν. *Bergl.*

780. (al. 776.) Φαυλότατα. Lucianus in Pſeudom. init. [p. 207. T. II. Reiz.] σὺ μὲν ἴσως — μικρόν τι τοῦτο καὶ φαῦλον (paruum et facile) οἴει τὸ πρόσταγμα etc. V. Comicum Eqq. 213. Lys. 14. et 568. *Bergl.* Cf. Timaei Lex. ibique Ruhnk. p. 191. [268. ed. ſec.] *Harl.*

781. Εἰ πρόσθεν — Interpr. *ſi inſtante adhuc actione vna* cet. Putabam cõiungenda πρόσθεν πρὶν τὴν ἐμὴν καλεῖσθαι δίκην, quia Lexica e Xenoph. laudant *p)* πρόσθεν πρὶν ἄν, *priusquam.* Sed Conſtant. in μία et πρόσθεν, coniungit πρόσθεν ἔτι μιᾶς ſc. ἡμέρας. ἐνεστῶσα vel ἐνεστηκυῖα δίκη, eſt *lis conteſtata, conſtituta.* v. Budaei Comm. L. Gr. p. 106. Ita ſententia erit: *ſi pridie, quam conteſtata, conſtituta fuerit lis, pridie quam iudicium conſtituatur p).* *Duck.*

782. καλεῖσθ'. Ib. ἐκκαλεῖσθαι, quae eſt gloſſa. καλεῖν δίκην dicitur magiſtratus, quum eam, vt Cicero ait, *ſortitur, agi iubet. Ern.* Veſp. 1439. ἕως ἂν τὴν δίκην ἄρχων καλῇ. Ibid. 836. ἄνευ δρυφάκτου τὴν δίκην μέλλεις καλεῖν, et alibi. *Bergl.* Daweſius καλεῖν corrigebat *r)*, quod recte repudiauit Brunk. ad v. 988. (982. Lips. vbi vid.) V. quae ſupra diximus ad v. 550. *Herm.* ἀπαγξαίμην. Sic Ach. 755. quum quidam dixiſſet, id dare operam magiſtratus, vt ciues ocyus pereant, alter dicit: cito igitur eritis ſoluti moleſtiis, αὐτίκ' ἄρ' ἀπαλλάξεσθε τῶν πραγμάτων. *Bergl.*

783. οὐδὲν λέγεις. Supra 648. Veſp. 475. ἀλλ' οὐδὲν λέγει. *Bergl.* Ad ἔγωγε ſubint. λέγω τι, quod, quoad ſenſum, ſuperioribus ineſt.

---

p) v. Sturz. Lex. Xenoph. III. p. 720.

q) Ita etiam Schütz. accepit: den Tag vorher ehe der Termin wäre, ging ich in aller Geſchwindigkeit hin und erhenkte mich. Sed Wiland.: Sobald nur noch ein einziger Handel auszumachen wäre, bevor es an den meinen käme. — Et ea ratio probabilior eſt.

r) Scilicet Dawes. M. Cr. p. 266. negauit, diphthongos ita eliſi, ideoque ſcripſit καλεῖν.

784. εἰσάξει δίκην. Vesp. 831. τίν' αὐτῷ πρῶτον εἰσαγάγω δίκην; ibid. 845. τοῦτ' ἄρα πρῶτον τἀδίκημα τῷ πατρὶ εἰσακτέον μοι. Ibid. mox: ἤν τις εἰσάγῃ γραφήν. *Bergl.*

785. (al. 781. B. 783.) s) ἄπερρ'. Meus ἄπαιρ' cum glossa ἄπελθε. Vulgatum praestat. De v. ἀπαίρω v. not. ad Lys. 539. Cod. quint. ἄπελθ', manifestum glossema. *Brunck.* διδαξαίμην t) σ' ἔτι. Reizius corrigebat διδάξαιμί σ' ἔτ' ἐγώ, numeris non elegantibus, qui meliores futuri erant, si sic scriberet: οὐκ ἂν ἔτι σε διδάξαιμ' ἐγώ v). Nam etiam διδάξασθαι actiua significatione occurrit, vt Pind. Olymp. VIII, 77. τὸ διδάξασθαι δέ τοι εἰδότι ῥαΐτερον x). *Herm.*

786. ὁτιὴ τί, ἀντὶ τοῦ διατί. Suid. *Brunck.*

788. (783. Herm.) ἐπεί, τί δή γε y) πρῶτον ἐδιδάσκου; Sic meus, vt impressi [ante Inu.]. In membr. ἐ. τί νῦν z) πρῶτον ἐδιδάσκου. In C. τί νῦν πρῶτον ἐδίδασκες cum gl., nisi emendatio sit, ἐδιδάχθης. In B. τί νῦν πρῶτον ἐδιδάχθης. Ex his sincerum videtur esse νῦν. Legendum: ἐπεὶ τί νῦν γε πρῶτον ἐδιδάσκου; *Brunck.* Cod. quintus etiam ἐπεὶ τί νῦν πρῶτον. — Iam vero mihi de genuina lectione constat; scripserat Comicus: ἐπεὶ τί νῦν δὴ πρῶτον ἐδιδάσκου; λέγε. Librariorum culpa in quatuor Regiis δὴ excidit. Valet autem νῦν δή, auctore Hesych., idem quod ἄρτι, *dudum, modo.* Occurrit quum aliis locis in indice notatis, tum Lys. 327. estque istuc id ipsum, quod sententia flagitat. Verti debebat: *nam dic mihi, quid erat primum quod modo docebaris? Idem* in Suppl. Veram lectionem seruauit liber Rau. *Herm.* (qui cum Inu. eam recepit, vt et *Sch.*)

---

s) ὑθλεῖν vett. Grammatici interpretantur ληρεῖν, φλυαρεῖν nugari. v. Zonar. Lex. II. 1763.

t) De διδαξαίμην v. Hemsterhus. ad argum. Pluti, et Fisch. Ind. Aesch. Socr. V. διδάσκειν.

v) *Reisk.* coniecit διδάξαιμεν, quod facilius fuerit, sed non necessarium.

x) Alio Longi exemplo idem confirmauit Schaefer. ad Long. p. 346.

y) Vt supra 677. ἔτι δή γε. *Herm.*

z) Idem ex R. adfert *Ern.* et ex L. τονῦν atque ἐδιδάχθης.

789. Haec per interualla, et cum aliqua anxietate pronunciata ſunt.

790. ἐν ᾗ ματτόμεθα. Reſpicit ad illam doctrinam de voc. καρδόπη v. 674. *Bergl.*

792. ἐπιλησμότατον. Sic etiam legit Schol. vetus et Suid. h. v. quaſi ab ἐπίλησμος, quod tamen in vſu non eſt. Nam ab ἐπιλήσμων fieret ἐπιλησμονέστατον, quod crebro ap. ſcriptt. vett. occurrit. Ms. Arund. habet ἐπιλησμονότατον. *Kuſt.* Supra 129. πῶς οὖν γέρων ὢν κἀπιλήσμων — μαθήσομαι. Schol. Eurip. ad Phoen. 485. ἔστι γὰρ ἐν τῷ γήρᾳ ἔνια κακά· τὸ ἀσθενές, τὸ δυσκίνητον, τὸ ἐπίλησμον. Eſt autem in iſtis verbis ἐπίλησμον neutrum potius ab ἐπιλήσμων, quam ab ἐπίλησμος, a quo formauit Comicus ſuperlatiuum ἐπιλησμότατος pro ἐπιλησμονέστατος. *Bergl.*

794. γλωττοσροφεῖν *a*). In Ran. 913. γλώττης σροφιγξ. Sic σρεψοδικῆσαι ſupra 433. *Bergl.*

799. ἀλλ' ἐστι μοί γ'. Sic B. Vulgo ἀλλ' ἔσ' ἔμοιγ'. *Brunck.* Correctionem iſtam improbabat Reizius. Itaque *Herm.* et *Schütz.* reſtituerunt ἔσ' ἐμοί γ'. Recte. Nam in ἐμοὶ vis eſt.

800. Ἀλλ' οὐ θέλει R. γὰρ omittit L. Caeterum verſus eſt mutilus *b*). Extrema ſic explent R. L. I. *c*) τί 'γὼ πάθω; Ed. Bas. τί ἐγὼ πάθω; quae formula eſt bene graeca; ea vtitur et Chryſoſt. de Sacerd. II, 6. καὶ τί πάθω; nec dubitaui in textum inferre. *Ern.* τί δ' ἐγὼ πάθω; C. recte [et recepit Br.]. In A. B. τί 'γὼ πάθω; *Brunck.* At ἐγὼ e compendio ſcripturae natum. Veriſſima enim Reizii emendatio eſt: τί γὰρ πάθω; [recepta ab Herm.]. Sic alibi Ariſt. vt Lys. 884. Eccl. 860. Au. 1432. v. Valk. ad Eurip. Phoen. p. 335. *Herm.* Mihi certum eſt illud τί γὰρ πάθω; transponendum eſſe et verbis Strepſiadae prae-

---

a) *Zungendreſchen* propius ad verbum gr. reddidit *Wil.* quam *Schütz. Kunſt der Schikane.* Francog. me bien ſervir de ma langue.

b) Scilicet in ed. Ern. vbi verba τί ἐγὼ πάθω; quae in aliis edd. leguntur, exciderunt.

c) Vt et Elbing. cód.

ponendum. Multo melius enim hoc modo alterni ſermones cohaerent. *Schütz. d).*

801. *εὐσωμ. γὰρ* — Refertur iſtud *γὰρ* [in vulg. verborum collocatione] ad ſuppreſſam ſententiae partem, quam ſupplet gloſſa [cod. quinti] *ναί, ἄκων ἐπιτρέπω. Brunck. εὐσωματεῖν* et *σφριγᾶν* ſunt ſynonyma. Nam *σφριγᾶν* notat *abundantiam nimiam ſuccorum, laſciuiam. Ern. σφριγᾶν vigere*, de corpore vegeto, florente, robuſto. v. Timaei Lex. p. 175. [244. ed. ſec.] ibique Ruhnken. *Harl.*

802. *εὐπτέρων.* Video quid Grammatici dicant, ſed tamen hic aliquid amplius latere arbitror. Nam profecto verbum hoc non eſt aptum ſocco, nec habet characterem comicum. An perſtrinxit aliquem poëtam, qui eo verbo erat vſus? *Ern.* Immo hoc vocab. maxime habet characterem comicum. *Herm. ἐκ Κοισύρας.* vid. v. 48. *Bergl.*

803. *μέτειμι* v. not. ad Pac. 279. *Bergl.*

804. *ἐξελῶ.* Supra 123. Eqq. 364. *ἐγὼ δέ τ' ἐξελῶ σε θύραζε.* Veſp. 1232. *τῆς δὲ γῆς ἐξελᾶν.* Eſt autem ab *ἐξελάω*, pro quo dicitur *ἐξελαύνω*, et ponitur in iſtis locis omnibus pro futuro. Eurip. Phoen. 567. *ἐξελαυνόμεθα ἀπὸ πατρίδος*, vbi alter: *καὶ γὰρ ἦλθες ἐξελῶν* (veniſti expulſurus nos), vbi Schol. *ἐλάσων.* Aeſch. Eumen. 75. *ἐλῶσι* (agitabunt) *γάρ σε — βεβῶτα* vbi Schol. *ἐλάσουσι.* v. not. ſupra ad 698. *Bergl.* v. not. ad Ran. 202. *e). Brunck.*

805. *εἰσελθών.* L. Ia. *ἐνταυθοῖ*, vt 845. Pro *εἰσελθὼν* forte ſic: *μ' εἰσελθόντ' ὀλίγον χρόνον.* Nam dicit hoc Socrati, quem vult exſpectare, dum ingrediatur, ducturus ſecum foras filium. *Ern.* Nihil mutandum. Introire iubet Socratem: nam foris erant. vid. 628. *Herm.* His dictis Socrates redire incipit in ſcholam, et chorus ei, quae ſequuntur, acclámat. *Schütz.*

806. (801. Herm.) Carmen hoc antiſtropham eſſe ad ſtropham notauimus ad 702. Inde pro *ἆρά γ' αἰσθά-*

---

d) Qui ita ſcripſit:
ἀλλ' οὐκ ἐθ. γ. μανθάνειν. Χο. σὺ δ' ἐπιτρ.
Στρ. τί γὰρ πάθω; εὐσ.

e) Vbi Br. docuit, eſſe ipſum futurum, Atticorum more formatum. add. ad 121. *Harl.*

νει f) ſcribendum fuit ἆρ᾽ *αἰσθάνει*, mutata etiam verſuum deſcriptione *g)*. *Herm.* Haec (806 — 15.) typum ſtrophicum nimis manifeſte prae ſe ferunt. Tolle *τοῦ φανερῶς ἐπηρμένου* gloſſam *ἐκπεπληγμένου* et habebis has ſtrophas: nam aliae quaedam mutationes leniores ſunt, quam quae vel commemorentur:

Ἆρά γ᾽ *αἰσθάνεῖ troch. hypercat. στροφή.*
Πλεῖστα δι᾽ ἡμᾶς ἀγάθ᾽ αὐτί- *choriamb. dim. hypercat.*
χ᾽ ἔξων μόνας θεῶν; penthemim. iamb., *μονοσυλλάβως* pronunciato v. θεῶν
Ὡς ἕτοιμος ὅδ᾽ ἔστιν ἅ- *glycon.*
παντα δρᾶν, ὅσα γ᾽ ἂν κελεύῃς *glycon. hypercat.*
Σὺ δὲ γ᾽ ἐπηρμένου ἀ- *ἀντιστροφή.*
δρὸς φανερὰ γνοὺς ἀπολάψεις.
Ὅ τι πλεῖστον ἂν δύ-
νῃ· φιλεῖ γάρ πως ταχέως
τὰ τοιαῦθ᾽ ἑτέρᾳ τρέπεσθαι.

φανερὰ pro *φανερῶς* dedi, ne *πολύσιγμος* eſſet verſus. Formam *δύνῃ* etiam Plato adhibuit in Phaed., item Syneſius. cf. Tho. M. [p. 252.]. In antiſtropha pro glyconio puro polyſchematiſtus ex more vſurpatus eſt. *Hotib.*

811. ἅπαντα [pro olim vulg. *πάντα*] R. L. et in fine I. Ia. *κελεύεις*. *Ern.* ἅπαντα recepimus, quod etiam in ſtrophico verſu eo loco anapaeſtus eſt. *Herm.*

---

f) C. *αἰσθάνῃ*. Ordo eſt: *ἆρά γ᾽ αἰσθάνει ἔξων πλεῖστα ἀγαθὰ δι᾽ ἡμ. μόν. θεῶν. Ern.*

g) Herm. eumque eo Sch. ita deſcripſit et emendauit:

Ἆρ᾽ αἰσθάνει δι᾽ ἡ-
μᾶς ἄγαθ᾽ αὐτίχ᾽ ἔξων
μόνας θεῶν, ὡς
ἕτοιμος ὅδ᾽ ἐστὶν ἅπαντα δρᾶν
ὅτ᾽ ἂν κελεύῃς.
σὺ δ᾽ ἀνδρὸς ἐκπεπληγμένου
καὶ φανερῶς ἐπηρμένου
γνοὺς ἀπολάψεις, ὅ τι πλ. δύνασαι·
ταχέως φ. γ. πως τὰ τοι-
αῦθ᾽ ἑτέρᾳ τρέπεσθαι.

Ap. Brunk. ſic ſunt diſtincti:

Ἆρά γ᾽ αἰσθ. πλεῖστα
δι᾽ ἡμ. ἀγ. αὐτίχ᾽
ἔξων μόνας θεῶν;
ὡς ἕτοιμος ὅδ᾽ ἐστὶ [vulg. ἐστὶν]
πάντα δρᾶν — [tum ſeqq. vt vulg.]

812. [811. Br., 806. H.] Perperam hic locus distinctus est. Sic interpungi debuit:

σὺ δ' ἀνδρὸς ἐκπεπληγμένου h),
καὶ φανερῶς ἐπῃρμένου,
γνοὺς, ἀπολάψεις ὅτι πλεῖστον δύνασαι,
ταχέως· φιλεῖ i) —

Ordo enim est: *σὺ δὲ ταχέως ἀπολάψεις ὅτι πλ. δύν. ἀνδρὸς ἐκπεπληγμένου καὶ φαν. ἐπ., γνοὺς οὕτως ἔχοντα αὐτόν.* Quae sequuntur, rationem reddunt, cur id celeriter fieri debeat: istudque *ταχέως* in versione suo loco exprimi debuit. *Tu vero hominis attoniti et palam spe elati* cognito *ingenio, eum attonde quam plurimum potes et quam celerrime. Solent enim fere huiusmodi res immutarier.* Fraudi mihi fuit ed. Bergl., in qua mutata fuit distinctio. Illam autem, quam supra posui, exhibent codd. omnes, idque admodum perspicue, et iuxta eampse locum interpretatur Scholiastes. *Brunck.* in Suppl.

814. (vulg. 809.) *ἀπολέψεις* habent omnes edd. At praestat altera lectio *ἀπολάψεις*, quam agnoscunt Mss. Vat. U. et Arund. itemque Suid. V. *Ἀπολάψεις.* Metaphora enim sumta est a canibus, qui aquam lambendo hauriunt. Schol. vetus vtriusque lectionis mentionem facit *k*). *Kust.* Quidam olim hic legerunt *ἀπολάψεις* (Suid. Schol.). Ego vero *τὸ ἀπολέψεις* retinendum puto. Quoniam tamen iam olim hic variatum est, addo et aliam lectionem ex conie-

---

h) Pro *ἐκπεπλ.* C. *ἐκπεπληκμένου*, sed glossa eiusdem *ἐξεπηκότος, admiratione capti*, vel *capiditate incensi*, vt verbum hoc eleganter dicitur. v. Hemsterh. ad Plut. 675. *ἐπῃρμένου* v. sq. est vel *incitati ad discendum*, vel *erecti spe ad potiundum. Ern. ἐκπεπληγμένου.* Helvch. *ἐκπεπαταγμένος· ἐκπεπληγμένος, ἐκφρων.* V. Plut. 242. — *ἐπῃρμένου.* Infra 1459. Strepsiades ad Nubes dicit: *ἀγροικον ἐπῆρατε.* Au. 1446. *ἐπαίρεται τ' ἀνθρωπος. Bergl.*

i) In ed. Kiist. distinctum est: *ἐπῃρμένου γνοὺς ἀπολέψεις, ὅ τι πλ. δύνασαι, Ταχέως. φιλεῖ* — Brunkii interpunctionem ita *Sch.* sequutus est, vt scriberet *γνοὺς ἀπολάψεις, ὅτι πλ. δύνασαι, ταχέως·* alii non, neque interpretes vernaculi eam expressérunt.

k) Proprie *ἀπολίψαντα* Au. 674. *Bergl.* Vat. Arund. R. C. Ib. Suid. *ἀπολάψεις.* gloss. cod. Ib. *καταψᾷ δίκην κυνός*, idque praefert Kust. L. Ia. *ἀπολακύσεις*, quod ex *ἀπολάψεις* factum puto, nisi glossa est. Nam fortius tamen est: *vrge hominem dum cupit discere et vtere occasione. Ern.*

ctura ἀπολόψεις, quod ipſum eſt quod Schol. hic ſuggerit ἀπολεπίσεις, aut melius ἀποτιλεῖς *euelles*. ὀλόπτειν enim eſt τίλλειν *vellere*. Heſych. Ὀλόπτειν, λεπίζειν, τίλλειν, κολάπτειν. Idem alibi: Διαλουφῶν (mendoſe pro διολούφων) *l)*. Ὀλούφειν γὰρ οἱ Ἀττικοὶ τὸ τίλλειν. Noſti praeterea illud Callimachi: Ὤλοψεν δὲ βίηφι· et illud ex Anthologia (quod citat etiam Suid. V. Δάψατο): ἐὰν ὠλόψατο χαῖταν. Sic enim nos olim locum illum emendauimus, pro, ἑανῷ δάψατο, vt non ſolum in Anthol. ſed etiam in Suida hodie mendoſe legitur. *Bentl.* ἀπολάψεις quinque codd. [quibus Elb. et Rau. accedunt] *m)* Gl. ἀποκέρδησον, ἐμφορηθῆς. *Brunck.*

814. φιλεῖ — Soph. Antig. 733. φιλεῖ (ſolet) γὰρ τοῦτο μὴ ταύτῃ ῥέπειν. *Bergl.*

815. ἑτέρᾳ pro olim vulg. ἑτέρως cum R. ap. Ern. et Rau. recepit praeter Inu. etiam *Herm.* (et poſt eum *Sch.*). — Aduerſus Dacieriam, quae haec chori verba ad Strepſiadem, non ad Socratem dicta eſſe cenſuerat, eiusque et recentioris francog. interpretis verſionem, quae multa licentius reddidit, disputat *Wiland.* Att. Mus. II, 3. p. 84. ſſ. monetque Strepſiadem abiiſſe, Socratem autem non intraſſe domum, ſed ante eam ſubſtitiſſe, atque tunc chorum eſſe eum adlocutum.

816. (vulg. 812.) Alia oritur fabulae ſcenaeque facies. Pater adgreditur filium rogatque, vt ſe tradat Socratis diſciplinae. Multa ille multo ſapientior callidiorque patre reſpondet; tandem deducitur ad Socratem et eius ſit diſcipulus. *Harl.* Vulgo conſtituitur hic actus tertii ſcena prima, cui Strepſiadis, Phidippidis et Socratis nomina praefiguntur; ap. Wiland. eſt ſcena IV. qua tantum Strepſiades et Phidippides colloquuntur. Idem exiſtimat patrem cum filio domo egredi, illumque iam exeuntem ad filium intra ianuam ſtantem dicere. Schützio eſt octaua ſcena, qua res in via ſ. platea agatur.

---

l) Cf. Phot. Lex. in Ὀλούφειν p. 241.

m) Receperunt *Inu. Sch.* et *Herm.* In Suidae loco, quem integrum affert, ἐὰν δὲ ἀπολάψεις, ἐκπιεῖς (pro ἀπολάψῃς, ἐκπίῃς) legit *Herm.* χνεῦν ἀπολάψεις ap. Ariſt. ſcribi voluit *Reiſk.*

οὗτοι — In Vesp. 1440. οὔτοι μὰ τὴν Δήμητρ' ἔτ' ἐνταυθοῖ μενεῖς, ἀλλ' — Iurat autem per Ὁμίχλην (Nebulam) quasi per Nubes deas; quia Nebula est Nubi similis, aut idem, vt ipse dicebat v. 329. *Bergl.* ἐνταυθοῖ esse *hic*, hoc in loco, docet *Schäfer.* ad Long. p. 422.

817. (vulg. 813.) Citat Suid. V. Ἀλλ' ἔσθι' ἐλθών. *Kust.* Iubet filium in Megaclis aedibus, magnificis illis quidem, sed quarum dominus ad paupertatem erat redactus, cibum capere, vbi nihil sit inuenturus, nisi columnas. *Bergl.*

818. τί χρῆμα πάσχεις; In Vesp. 266. τί χρῆμ' ἄρα πέπονθεν. Eurip. Or. 379. τί χρῆμα πάσχεις (quid tibi accidit); Idem Hipp. 907. τί χρῆμα πάσχει; τῷ τρόπῳ διόλλυται, πάτερ; *Bergl.*

819. μὰ τὸν Δία. Sic et infra 1243. facit foeneratorem iurare per Iouem et propterea derideri a Strepsiade. *Bergl.*

820. Ironica oratione haec a Strepsiade enunciantur, verbisque his dictis in cachinnos erumpit Strepsiades. *Wil.*

821. (816. Herm.) τὸν Δία νομίζειν. Sic scripti et editi omnes. E Scholio autem colligitur, olim hic lectum Δία sine articulo, quia dicit, auctore Symmacho *n)* τὸ α in Δία produci Attice, quod in vsitata lectione non est. Sane articulus hic ex analogia linguae alienus est. Non enim dicunt Graeci τοὺς θεοὺς νομίζειν, sed θεοὺς νομίζειν *o)*. Si vulgata lectio vera est, intelligendum sic: *quem vulgo dicunt, credere esse, reuera esse. Ern.* Videtur Ernestius verba haec coniungere τὸν Δ. νομ. ὄντα, quod fieri non potest. Illud vero recte animaduertit, non dici νομίζειν τοὺς θεούς, sed νομίζειν θεούς, vt Eurip. Suppl. 732. Alia

---

n) Fuit is antiquus Arist. interpres. v. Schol. ad Plut. 1012. ibique Hemsterh. p. 566. Monetur praeterea in Scholl. hunc locum in libris notari signo Criticorum X, quod aliquid insolentius et rarius indicat. *Harl.*

o) Idem docuit Ern. praef. ad ed. Nubb. p. XXXVIII., vbi addit *credere Iouem*, graece esse, Δία (sine art.) νομίζειν, qui articulus facile aut ex inscitia adiici, aut e v. 1256. qui incipit τὸν Δία, repeti, potuerit.

exempla ſunt ap. Xenoph. in principio Memm. Socr. et ap. Plat. in Apol. Socr. p. 60 — 64. Nam ſi articulus adderetur, res ipſa ſibi repugnatura eſſet. Idem enim foret, ac ſi quis diceret, qui ſunt dii, eos eſſe credo. Quare in form. νομίζειν, ἡγεῖσθαι, θεούς aut intelligitur τινάς, aut voc. θεοὶ adiectiui vice fungitur. Plato Apol. p. 60. πότερα λέγεις διδάσκειν με νομίζειν εἶναι τινὰς θεούς. Et mox: οὐδὲ ἥλιον, οὐδὲ σελήνην νομίζω εἶναι θεούς. Eurip. fragm. inc. 1. τοῦτον νόμιζε Ζῆνα, τόνδ' ἡγοῦ θεόν. Et in Cycl. 519. ὁ βάκχιος δέ τις θεὸς νομίζεται. (Ita ibi ſcribendum, non τίς θεός.) Enimuero h. l. ſcribendum, τὸ Δία νομίζειν. Ita Auu. 5. ſqq. τὸ δ' ἐμὲ — περιελθεῖν — τὸ δ' ἐμὲ — ἀποσποδῆσαι τοὺς ὄνυχας. Et cum negatione ſupra 269. τὸ δὲ μηδὲ πυνθῆν οἴκοθεν ἐλθεῖν — Ran. 741. τὸ δὲ μὴ πατάξαι — Caet. in Bau. et Elb. eſt σὲ ὄντα, quod ex adnotatione profectum videtur. Nam pronomen elegantius abeſt. *Herm.* Recepit tacite τὸ Δ. v. *Schütz.* ſed *Herm.* nunc τὸν Δ. retineri mauult.

ὄντα τηλικουτονί. Sic Eqq. 877. ὄντα τηλικουτονί, ſicut paullo poſt 855. ὢν τυννουτονί. Plato paſſim, vt in Criton. p. 43. [Steph. c. 1. T. I. p. 100. Bip.] τηλικοῦτον ὄντα, Apol. Socr. p. 34. [p. 80. c. 23. Fiſch.] τηλικόνδε ὄντα, *iſta* ſ. *tali aetate. Spanh.* Pherecrates ap. Stob. Serm. 115. εἰκῇ μ' ἐπῆρας ὄντα τηλικοῦτον (fruſtra me impuliſti, qui tantae ſum aetatis). *Bergl.*

822. (vulg. 818.) τί δὲ τ. ἐ. ἐτεόν; Eqq. 32. ποῖον βρετέττας ἐτεόν; ἡγῇ γὰρ θεούς; Dixi autem ad v. 35. ἐτεὸν (vere) extra interrogationem non occurrere ap. Ariſt. *Bergl.*

823. ἀρχαϊκά. Vide de hoc voc. quae notaui ad Plut. 323. Quibus adde Demoſth. Philipp. III. p. 71. [p. 123. T. I. Reisk.] οὕτω δὲ ἀρχαίως εἶχον· vbi Ulpianus: ἀρχαίως, ἀφελῶς καὶ χωρὶς πανουργίας. *Spanh.* Infra 1472. Phidippides Strepſiadi iam poenitentia ducto et abominanti impiam doctrinam, reuocat in memoriam iſtud dictum: ἰδού γε Δία πατρῷον, ὡς ἀρχαῖος εἶ. *Bergl.*

825. ἀνὴρ ἔσῃ. Eqq. 179. ἀνὴρ γενήσομαι. Ibid. 1249. μέμνησ' ὅτι ἀνὴρ γεγένησαι. *Bergl.*

826. (824. Br.) ὅπως. Gloſſa ſupplet ὅρα. — διδάξεις. Perperam vulgo διδάξῃς. *Brunck.* E Daweſii obſeruatio-

ne *p)* primus διδάξεις edidit Brunkius. *Herm.* (qui cum Sch. eum sequutus est.)

827. νῦν. Ed. Bas. νυνὶ non male. *Ern.* Id [νυνὶ Δία] praeferendum rati sumus. Facile altera lectio pronunciationis vitio oriri potuit. Ac ne satis quidem recte Strepsiades verba νὴ Δ. adhiberet, quum Phidippides μὰ τ. Δ. dixerit. *Herm.* (quem Sch. sequutus est.)

828. ἔγωγ' (ἔγωγε Bau. Elb.) vertendum est *certe, omnino:* adhibetur enim eleganter in responsionibus affirmatiuis. v. Schol. Soph. Ai. 104. et Stoeber. ad Tho. M. p. 104. *Harl.* Brunkius non monito lectore ὅρα γοῦν edidit; caeteri ὁρᾷς οὖν, quod etiam in Rau. est, nec mutari debebat. *Herm.*

829. ἀλλὰ τίς; In membr. ἀλλὰ τί; *Brunck.* Ita etiam R. in quo male ἀλλὰ v. seq. initio repetitur. *Ern.*

830. Phidippides repetit hunc versum infra 1474. Videri possunt etiam, quae notaui ad 379. *Bergl.*

831. (vulg. 828.) Socratem Athenienſem fuisse, non autem ex insula Melo, constat. Vocat autem eum Melium s. Melienſem, vt vnus ex Scholl. dicit, propterea, quia perinde esset atheus, vt Diagoras Melius *q)*, de quo ad Au. 1073. *r)*. Sic Amyniam, qui erat Pronapi filius,

---

p) V. Misc. Crit. p. 227. vbi docet, soloecum esse ὅπως μὴ διδάξῃς et Graeci sermonis ingenium exigere Futurum Indic. Nam ὅπως μὴ numquam, si errores excipiamus, cum Subiunct. vocis actiuae vel mediae construi; vbi enim aoristus vulgo cum illis partt. iungatur, ibi metrum admittere fut. indicat., hoc autem saepissime cum iis iungi, vbi saluo metro aoristus 1. Coni. stare nequeat. Add. Burgess. App. p. 459. Wolf. ad Demosth. Or. in Lept. p. 266. Matthiae Gr. gr. p. 738.

q) Eadem repetiit *Brunck.* paucis verbis mutatis.

r) „Multa blaterant Scholiastae super h. l. et diuersas causas reddunt, cur Melienſem Socratem vocarit Arist., qui fuit Athenienſis. Sed incassum laborauerunt, praesumentes id, quod non venit in mentem Comico. Peccat enim scriptura ob vnius virgulae defectum. Lege: Σωκράτης, ὁ Μήλιος, καὶ Χαιρεφῶν. Nam per ὁ Μήλιος facile intelligitur Diagoras, qui Melienſis erat natalibus et ab omnibus tunc noscebatur. Sic saepe ὁ Σταγειρίτης pro Aristotele dicitur, et ὁ Κιττιεὺς pro Ze-

Vesp. 1259. dicit Selli filium, quod ille Amynias perinde esset pauper, vt Selli filius, Aeschines. *Bergl.* Alienum videtur a rustico, qui probat Socratis dogma, irrideri et acriter hoc nomine perstringi Socratem. An hoc est interloquentis Phidippidis? Sic Στρ. Σωκράτης. Φειδ. ὁ Μήλιος, Στρ. καὶ — Sic 854. Phid. Socraticos vocat γνησιεῖς. *Ern.* Non perstringit Strepsiades Socratem, sed huius error in patria Socratis indicanda praeter voluntatem hominis irridendo Socrati est. Apte Bergl. contulit Vesp. 1267. *Herm.* Copiose *Wiland.* de h. l. et de Diagora Melio in Att. Mus. II, 3. p. 86 — 98. disputauit, scilicet esse hoc epitheton Socratis, quo triplici modo factum illi aegre fuerit, quod et ciuitatis Athen. ius ita ei videatur denegari, et Melii inuisi fuerint Athenienſibus ob coniunctionem cum Spartanis, et impietatis crimen Socrati impingatur, ita vt origo Socratis, animus in patriam, et religio hoc vocabulo in suspicionem adducantur. Diagoram ipsum existimat Wil. cognoscendi omnia studio impulsum esse, vt omnibus se initiari iuberet mysteriis, quumque ea parum ipsi satisfacerent, ad impugnanda mysteria tollendamque patriam religionem adductum esse, et non modo, deos esse, negasse, sed hanc suam impietatem etiam palam professum esse et prodidisse mysteria; vnde Athenienses aliique eum tamquam hostem deorum et mysteriorum persequuti sunt.

834. μανιῶν. v. Suid. h. v. *Ern.* Lysias c. Andocid. [T. V. Orr. Grr. Reisk. p. 202. add. id. Apol. c. Simon.

---

none, ὁ Κροτωνιάτης pro Milone, ὁ Χηνεὺς pro Mysone, et in eo nihil dubii." Haec Palmerius [Exercitt. p. 733.]: sed qui si Socratem per appositionem (vt Grammatici loquuntur) Diagoram ab Arist. dictum statuit, parum a Scholl. differt; sin Diagoram a Socrate distinguit, et tres hic personas facit, sententiam Scholl. praeferendam censeo. Vide etiam Steph. Byz. V. Μῆλος, qui Socratem ab Arist. Μήλιον dictum fuisse, ex hoc, vt credibile est, loco annotat. *Kusi.* Negat etiam *Harl.* commate distinguendum esse, immo assentitur Scholiastis. Sed iam L. Bos. Obss. Critt. p. 74. s. Palmerio oppoſuerat, 1. non probabile esse, duos propriis nominibus, vnum patriae nomine denotari; 2. Strepsiadem non a Diagora, sed Socrato eiusque discipulis accepisse, Δῆνον regnare; tum laudat etiam Steph. Byz. locum. Ipse autem Socratem cum morsu aliquo Melium dici, quod Diagoras Melius fuerit atheus. Ad sequ. versum cf. 145. iam a Bergl. laud.

ib. p. 133.] *εἰς τοσοῦτο δὲ τόλμης ἀφῖκται* (eo vsque audaciae progressus est). Eurip. Dan. 65. *οὐκ ἂν ποτ' ἦλθες εἰς τόδε θράσους.* Id. Med. 372. *οὐδ' εἰς τοσοῦτον μωρίας ἀφίκετο.* Isocr. Epist. 2. *οὐ γὰρ εἰς τοῦθ' ἥκω μανίας, ὥσ' ἀγνοεῖν.* *Bergl.*

835. (vulg. 831. Br. 833.) *πείθει* A. C. Alii, neglecta terminatione Attica *πείθῃ s).* Pronus est sensus et facillima phrasis, ita vt quiuis intelligat, non aliter a poëta scribi potuisse. Fuere tamen olim codd., in quibus legebatur *πείθειν*, ad quod refertur scholion in C., quod ideo profero, vt documen sit Graeculorum acuminis in explicandis ineptissimis lectionibus. *Οὐκ ἔστι τὸ πείθειν ἀντὶ τοῦ πείθεσθαι, ὥς τινές φασιν, ἵνα τὴν δοτικὴν συντάξωσιν· ἀλλ' ἔστιν ἡ τοιαύτη δοτικὴ πρὸς τὸ ἐλήλυθας, οὕτω· σὺ δὲ εἰς τοσοῦτον τῶν μανιῶν ἐλήλυθας ἀνδράσι χολῶσιν, ὥστε πείθειν αὐτούς σε, τουτέστιν οὕτω τῆς αὐτῶν μανίας μετέσχες, ὥστε καὶ πείθειν σε περὶ τῶν ματαίων.* Multo facilius erat *πείθειν* in *πείθει* mutare, quam ista excogitare. *Brunck.* *ἀνδράσι πείθειν* [sic Duck. laudat]. Leg. *ἀνδράσιν. χολᾷν, ἐπὶ μανίας* accipi, notat Tho. M. h. v. v. Schol. ad Plut. 12. Quod autem *πείθειν* accipitur pro *πείθεσθαι*, nescio quomodo explicari possit. Ap. Suid. in *χολῶσιν* est *πείθῃ*, forte leg. est *πείθει*, ex perpetua fere consuetudine Arist., qui secundas illas personas in *ει* format, non *η*, quod Schol. ad Plut. 40. Attice fieri docet. *Duck.* — *χολῶσι.* Schol. ad Plut. 12. *χολᾶν παρὰ τοῖς Ἀττικοῖς τὸ μαίνεσθαι, παρὰ δὲ τοῖς κοινοῖς τὸ θυμοῦσθαι.* Strato Comicus ap. Athen. IX. p. 382. vbi, quum coquus, insolenti voce *μέροπες* vtens, dixisset: *πόσους κέκληκας μέροπας ἐπὶ δεῖπνον; λέγε·* qui eum conduxerat, dicit: *ἐγὼ κέκληκα μέροπας ἐπὶ δεῖπνον; χολᾷς (insanis).* *Bergl.* — *εὐσόμει* — Soph. Philoct. 204. *εὔσομ' ἔχει παῖ,* vbi Schol. *εἰώθασιν οὕτω λέγειν, ἀντὶ τοῦ, σιώπα,* Phrynich. p. 90. [p. 212. de Pauw.] *εὐσομεῖν, ἀντὶ τοῦ εὐφημεῖν.* Alias, *κἂν τύχω μάλ' εὐσομῶν (valde disertus)* ap. Aesch. Choëph. 997. *Spanh.*

836. (832. vulg.) *μηδὲν εἰπῃς φλαῦρον ἄνδρας.* Sic Acharn. 649. *ποτέρους εἶπον κακά.* Nempe *εἰπεῖν* itidem

---

s) Elb. et Bau. *πείθῃ*, neglecto Atticismo, et alii codd. ab Oudendorp. ad Tho. Mag. p. 916. laudati. Ap. illum vero, qui nostrum locum adducit, et *χολᾶν* interpretatur, *insanire* (add. Schol. ad Plut. 12. Moer. p. 406.) vulgo legitur *πείθειν. Harl.*

Attici cum duobus Accuſatiuis conſtruunt, prout etiam λέγειν, vt Conc. 435. τὰς μὲν γυναῖκας πόλλ' ἀγαθὰ λέγων, et adpoſite ad h. l. Thesm. 406. τοιαῦθ' οὗτος ἐδίδαξε κακὰ τοὺς ἄνδρας. *Spanh.* In Lys. 1044. οὐδένα φλαῦρον εἰπεῖν οὐδέν. *Bergl.* φλαῦρον eſt πονηρὸν interprete Timaeo Lex. Plat. vbi vid. Ruhnken. p. 193. [p. 271. ed. ſec.] add. Tho. M. p. 889. ibique intpp. *Harl.*

838. In Auu. ex nomine Socratis verbum aliquod fecit, quod coniungit cum aliis verbis, quae in philoſophos iſtos conueniunt, v. 1282. ἐκόμων, ἐπείνων, ἐῤῥύπων, ἐσωκράτουν. *Bergl.* De philoſophis graecis barbam alentibus, v. Horn. hiſt. philos. L. VII. c. 13. et Iac. Thomaſii diss. de barba, L. 1671. c. 3. etc. *Harl.* V. Kuſt. ad Schol. 120.

840. (vulg. 836. Br. 838.) καταλούει videtur hic dictum Comice pro καταλύει *i)*. Socratem nempe eiusque diſcipulos ita parce viuere dixerat, vt ne quidem vllus ex iis balnea, quo ibi lauarentur, adiret, quum filius contra Phidippides ὥσπερ τεθνεῶτος καταλούει τὸν βίον, *tamquam mortuus iam forem, vitam meam*, ſ. facultates omnes meas omni luxuriae genere *disperdat*. Heſych. καταλύειν, ἀπολαύειν, εὐωχεῖσθαι· quod verbum alioquin pro *deſtruere* paſſim apud graecos ſcriptores dicitur: vnde καταλούειν βίον et praeterea ob metrum pro καταλύειν hic comice dici videtur. Mitto enim hic Scholiaſten: τὸ δὲ καταλούει, καταναλίσκεις εἰς λουτρά· neque certe ea in re facultates patris diſſipabat filius, ſed in emendis et alendis equis, omnique reliquo ſplendidae ac diſſolutae vitae genere. *Spanh.* ὥ. τεθνεῶτός μου καταλούει τ. β. Sic legendum eſſe nemo

---

πείθει ſcr. et edd. praeter C, qui habet πείθῃ, et ed. Bas. quae habet πείθεις, vitioſe. *Ern.*

Quibus hic vnam addam Platon. in Euthyd. locum p. 287. [c. 38. vbi cf. Heindorf. p. 351.] οὕτως εἶ Κρόνος, adeo es fatuus, f. *defipis*. *Spanh.* Scholia: ἀρχαῖος, λῆρος. Paullo poſt eum vocat Κρόνιππον. In Veſp. 1478. τοὺς τραγῳδοὺς φησιν ἀποδείξειν Κρόνους τὸν νοῦν. *Bergl.* Signum interrogandi poſt Κρ. ὦν deleri iuſſit *Reisk.*

934. λαλιὰν ἀσκῆσαι. In Ran. 1095. ad Euripidem dicitur: εἶτ' αὖ λαλιὰν ἐπιτηδεῦσαι καὶ σωμυλίαν ἐδίδαξας. *Bergl.*

935. (Br. 932. H. 930.) τοῦτον δ' ἔα μαίνεσθαι. Sic IV. codd. recte *k*). Vulgo omiſſa eſt particula δ', quam ſententia flagitat, ſicque verſus inconcinnus eſt; ἔα in vnam ſyllabam coaleſcit. V. not. ad Ran. 1243. *Brunck.*

936. (vulg. 930.) Ms. Vat. U. habet τὴν χεῖρ' ἣν ἐπιβάλλεις, addita nempe part. ἤν. Sed tunc verſus hic non erit ἐφθημιμερὴς (i. e. conſtans tribus pedibus et dimidio), qualem tamen [ex vulg. ſcriptura] eſſe dicit Schol. ad 886. vbi στιχομετρίαν verſuum, qui toto hoc ſyſtemate continentur, tradit. Sed tamen quoniam particula illa (vel ei ἰσοδύναμος, εἰ, ἄν. etc.) ſenſui h. l. neceſſaria videtur, puto ſcribendum eſſe: κλαύσει, ἤν τὴν χεῖρ' ἐπιβάλλεις: vt per ſynizeſin duae illae ſyllabae — σει et ην in vnam coaleſcant: quod ſaepe apud poëtas fieri conſtat *l*). *Kuſt.* κλαύσει, τὴν χεῖρ' ἣν ἐπιβάλλῃς. Sic tres Regii, niſi quod mendoſe ἐπιβάλῃς, frequentiſſimo librariorum errore. Peſſime vulgo: κλαύσει. τὴν χεῖρ' ἐπιβάλλεις; *Brunck.* [Cum Br. recentt. edd. faciunt.] — In Lys. 442. ταύτῃ μόνον τὴν χεῖρ' ἐπιβαλεῖς. Paullo aliter ibid. 474. οὐ χρὴ προσφέρειν τοῖς πλησίοισιν — τὴν χεῖρα. *Bergl.*

---

k) δ' addunt et R. L. I. ap. *Ern.* Elb. ap. Harl., male improbante Erneſtio, metri haud dubie cauſa, quod tamen falſum eſt. Receperunt omnes. At *Hotibius* p. 44. improbat; nam minus vtilidum eſſe δ' ἔα μ. et offendere ἔα in vnam ſyllabam contractum, cuius licentiae quae proferantur exempla ad Ran. 1243. (1267.), omnia corrupta ſint.

l) Etiam R. L. Ia. ἣν ἐπιβ. Ego malim τὴν deleri. κλ. χεῖρ' ἣν ἐπιβ. eſt ἐφθημιμερές, qualis etiam eſt vltimus chori 915. [ex vulg. deſcriptione: ὑπὸ τῶν γνωμῶν ἀπολεῖται.] *Ern.*

937. *m)* Chorus, quum in eo essent litigantes, vt manus sibi inferrent, intercedit; quod etiam Wil. obseruauit.

939. Pro *σύ τε* [vt ante *τ. προτέρους* in omnibus edd. est] Lips. ed. non monito lectore *σύ γε* habet. Quod ex libro Rau. si sumtum est, non prorsus spreuerim. *Herm.*

940. *σφῶϊν* [vt Kust. Bergl.] vt vna syllaba per synizesin pronunciandum. Ita Plut. 467. pro *σφῷν* cod. Doru. *σφῶϊν* et 484. pro *νῷν, νῶϊν*. *Ern.* Recentt. edd. dederunt *σφῷν*.

941. *κρίνας φοιτᾷ*. In notulis [ed. Lugd. et Amst.] scribitur e Scalig. errorem vetustum esse et leg. *φοιτῶ*. Existimasse videtur eam vocem pertinere ad chorum, vt is dicat, se cognita causa iturum. Sed nihil obstat, quo minus referatur ad adolescentem, de quo erudiendo illi contendebant, vt is dicatur debere eligere, causa cognita, vtri se in disciplinam velit tradere. *Duck.* Aptum sane foret *φοιτῶ* hoc sensu: vt ego vestras disputationes audiam et iudicare s. alterius vtrius iudicio accedere possim. Sed vulgatum non male defendit Dukerus. *Harl.* Scaliger corrigit *φοιτῶ*, male. Nam de eo hic agi patet, vt adolescens eligat, vtrum iustam an iniustam rationem spectari velit. *Herm.*

942. (940. Br. 939. H.) *πρότερός γ' ὑμῶν*. Sic ob metrum legendum. Perperam vulgo: *φέρε τίς λέξει πρότερος ὑμῶν n)*. Mira est librariorum libido in inferenda vel exi-

---

m) 937 — 942. ita in vulgg. et Br. distinguuntur:

Χο. Παύτ. μ. κ. λοιδορίας.
Ἀλλ' ἐκίδ., σύ τε, τ. προτέρους
ἅπτ' ἰδιδ. σύ τε τ. καινὴν
παίδευσιν· ὅπ. κ. ἀ. σφῷν
ἀντιλ. κρ. φοιτᾷ.
Δ. δρᾷν τ. ἐθ. Α. κ. ἐθ.
Χο. Φέρε τίς λέξει πρότερος (γ', addit Br.) ὑμῶν.

Herm. priores versus 937 — 39. ita vt Inu. distinxit, tum:

σύ τε τὴν καινὴν
παίδευσιν· — σφῷν

et seqq. vt vulg. nisi quod in vltimo scripsit vt Inu. Sic versus partim dimetri, partim monometri sunt, qui numeris carent ex descriptione Inu.

n) Post *φέρε* R. addit *δή*. Mox *πρότερον* Ia. *ὑμῶν* delent L. Ia. *Ern.*

menda praeter ſententiam et metricas leges illa part. γε. Supra v. 922. πρότερόν γ' ἐπτωχ. eundem, quem hic, praeſtat vſum γε, nempe fulciendo verſui, cuius ſalua integritate abeſſe non poteſt. Nec tamen ibi comparet in membr. *Brunck.* At nemo iam adhuc, credo, dubitat, quin illud fulcrum non vnice verſus cauſa vett. poëtae addiderint, ſed ita, vt illud ſemper aliquid etiam ad ſententiam conferat. Verum quis Graece peritus non ſentiat, illam part. hic non poſſe ſatis apte adhiberi? Nimirum quam quis ex Ern. codd. coniectura facile eruere poſſit lectionem, ea planiſſime exſtat in libro Rau. ac ſine dubio vera eſt: φέρε δὴ ποτέρος λέξει πρότερον; *Herm.* Receperunt Herm. et qui eum in his vbique ſequitur, Sch., ita vt dimetrum anapaeſt. acatal. efficerent.

943. o) ὧν abſorpſit finalis in τούτων; mox λέξοι L. Ia. male. *Ern.*

944. (vulg. 940.) ῥηματίοισιν. Sic edidi pro ῥηματίοισι, vt verſus conſtet. Et ſic R. habet. Sic placebat et Dukero. *Ern.* Male vulgo omiſſum ν paragogicum. *Brunck.* Receperunt omnes.

945. ἢ ἀναγρ. In Veſp. 372. ἐγὼ τοῦτόν γ' ἐὰν γρύξῃ τί ποιήσω δακεῖν τὴν καρδίαν. *Bergl.*

946. τῷΦϑ. κεντούμενος. In Veſp. 429. οἱ δὲ τῷ 'φθαλμῷ κύκλῳ κεντεῖσϑ' — *Bergl.* ἀνθρηνῶν. Veſp. 1075. τὰ ἀνθρήνια, et Schol. ibid. *Spanh.* Perperam poſt ἀνθρ. in

---

o) Hi quatuor verſus ed. Inu. in edd. vulgg. et Herm. efficiunt hos octo:

Αδ. τούτῳ δῶσω
κἄτ' ἐκ τ. ὧν α. λ.
ῥηματίοισιν κ. ἀ.
καὶ διαν. κατατοξ.
τὸ τ. ὃ' ἦν ἀν.
τὸ πρ. ἔπ. κ. τῷ 'φθ.
κεντ. — ἀνθρηνῶν
ὑπὸ τ. γν. ἀπ.

Brunkius tamen in 4. prioribus discrepat, quos ita exhibet:

τούτῳ δ. κ. ἐκ τούτων
ὧν — ῥηματίοισιν
καιν. — διανοίαις
κατατοξεύσω. (ἀναγρύξῃ idem non ἀναγρύξῃ.)

ed. Brunk. punctum positum, vbi comma esse reponendum in Suppl. monuit.

947. *p)* Haec item strophica sunt, respondentque versibus 1019 — 23. Scribendum:

Νῦν δείξετον τὼ πισύνω τοῖς περιδεξίοισι στροφή.
Λόγοισι καὶ φρ. καὶ γνωμοτύποις μερίμναις
Ὁπότερός γ' ἂν ἀντιλέγειν ἀμ. φανήσεται·
Νῦν γὰρ ἅπας ἐνθάδε κίνδυνος ἀν. σοφίας
Ἧς πέρι τοῖς ἐμοῖς φίλοις ἔστ. ἀγ. μέγ.
(1009.) Ὦ καλλιπ. σοφ. κλεινᾶς ἐπασκῶν ἀντιστρ.
Ὡς ἡδύ σοι τοῖσι λογ. σωφρ. ἔπ. ἄνθος·
Ἦσαν ἆρ' εὐδαίμονες οἱ τότε ζῶντες, ἡνίκ' ἦς
Τὸ πρότερον. Ἱρύς γε τάδ', ὦ κομψ. μ. ἔχ.
Δεῖ σε λ. τ. καιν., ὡς εὐδοκίμηκεν ὠνήρ.

Quod strophae 3. habetur in vulgatis, αὐτοῖν (legitur enim Ὁππότερός γ' αὐτοῖν λέγων ἀμ. φ. et ap. Br. Ὁπότερος αὐτοῖν λ.) nec commode explicari potest et versum euertit, Eupolideum illum, quod minus aduertens Brunkius delebat γε, fulcrum antecedentis syllabae: nam suauius curret versus, si, particula seruata, legas: Ὁπότερός γ' ἂν ἀντιλέγειν potius, quam Iuntinas et vulgatas sequutus, recisо γε Ὁππότερος ἂν ἀντιλέγειν. Sed vtrum horum praeferas, certe corrupta mecum statues verba αὐτοῖν λέγων pro iisque repones vel ἀντιλέγων, vel, quod malim, vt vitetur homoeoteleuton, ἀντιλέγειν. cf. 1329. Tribrachyn primo Eupolideo habes etiam supra 539. Sequente versu dum ἐνταῦθα rescribit pro ἐνθάδε, itidem versum corrumpit Brunkius choriambicum, cuius generis et reliqui sunt harum stro-

---

p) 947 — 52. ita vulg. et ap. Br. descripti:
946. νῦν δείξετον τὼ πισύνω 949 Br.
τοῖς περιδεξίοισιν (— σι Br.)
λόγ. κ. φρ. καὶ 950. Herm.
γνωμ. μερίμναις
950. ἐπότ. (vulg. ἐπτ. γ') αὐτ. λέγων
ἀμείνων φανήσ.
νῦν — κίνδυνος 955. Br.
ἀνεῖται σοφίας
ἧς — φίλοις
ἔστιν ἀ. μ.
Herm. solus 952. f. ita distinxit:
νῦν γὰρ ἀ. ἐνθάδε κίνδυνος ἀν. σοφ.

pharum, ſed *ἰαμβίζοντες*. *Hotib.* (L. Ariſt. p. 44. f. De eius emendationibus antiſtr. infra.)

τῶ πισύνω. In Pac. 84. *ἐώμῃ πίσυνος*. Sic per verbum hic in Nubb. 1039. *σκέψαι δὲ τὴν παίδευσιν, ἣ πέποιθεν — Bergl.*

948. Vulgo legitur *περιδεξίοισιν*, quod eſt etiam in Ms. Bau. idque elegantius eſt, quam quod Brunk. edidit [eumque eo Inu.], *περιδεξίοισι*, *ν* paragogico omiſſo. Cauſa haec eſt, quod breuis anacruſis ſequitur, quam gratius accipiunt aures poſt longam, quam poſt breuem theſin. Id maxime tum animaduertitur, quum, diuiſo inter duos verſus vocabulo, theſis atque anacruſis in vnius eiusdemque vocabuli ſyllabas incidunt, de qua re diximus in coment. de metr. Pindari I, 4. p. 195. *Herm.*

949. *γνωμοτύποις q)*. In Ran. 896. *ἀνδρῶν γνωμοτύπων*. Veſp. 1373. rhetor aliquis dicitur *γνωμοτυπικός*. *Bergl.* Sunt curae ſententiarum procudendarum. Vernaculi interpp. ſenſum magis expreſſerunt.

950. *ὁπότερος αὐτοῖν λέγων*. Sic tres Regii. In meo *ὁπότερός γε* — Vulgo *ὁππότερός γ' αὐτοῖν λέγων r)*, vbi interpolatricem manum metrici Scholiaſtae agnoſcas. *Brunck.* Recte Br. Verſus enim e dipodia iambica et cretico compoſitus eſt. *Herm.*

951. (955. Br.) *ἐνταῦθα κίνδυνος s)*. Perperam vulgo *ἐνθάδε κ.* quod ex antithetico v. 1030. [*τῶν προτέρων — ὦ κομψο*— e vulg. deſcriptione, nam aliter in Lips. 1021. f.]

---

q) R. ap. *Ern.* et membr. Brunk. *γνωμοτύπαις*. In omnibus edd. (praeter Inu.) eſt *γνωμοτύποις*. Inu. ex Ran. haud dubie *γνωμοτύποισι* dedit. Ita v. 949. ex ipſius deſcriptione et 951. ſibi reſpondent non male; neque tamen vulg. ratione tollitur numerorum viciſſitudo.

r) R. C. I. *ὁπότερος*. R. L. Ia. delent *γ'*. L. Ia. *αὐτῶν*. Vitioſe omnia; nam verſus eſſe debet e choriambo et epitrito tertio. *Ern.* Sane quidem, ſi ſchol. metrici lectionem ſequare, quae cum vulg. conſentit. At neque *ὁππότ.* recte dictum in comico, geminata littera, nec *γε* niſi a metricis profectum videtur. *Herm.*

s) C. *κινες* per compendium ſcribendi. *κίνδ. σοφίας* eſt *certamen ſapientiae*. *Ern.*

manifeſtum eſt. *Brunck.* Totum voc. κίνδυνος vulgo huic verſui adiicitur e metrici ſchol. ſententia, quem Br. quoque ſequutus eſt, maximo aurium numerorumque dispendio. Enimuero hic et ſeq. verſus dimetri ſunt choriamb. acatal. [vid. not. ad 947.]. Male autem Br. repoſuit ἐνταῦθα, vt verſus cum antiſtrophico congrueret. Qua mutatione, etiamſi in antiſtr. v. vulg. lectio ſeruaretur, non opus erat. Nam etſi plerumque in hoc genere metri pes pedi reſpondet, non vbique tamen id factum reperitur, ſed ſaepe choriambo opponitur diiambus. v. II. de metr. c. 41. In noſtro quidem carmine hac libertate Ariſt. vſus non eſt, et potius in antiſtrophico choriambum reſtituere oportet. *Herm.* Vtrum ex Br. reliquerit, an ex Rau. dederit Inu. ἐνταῦθα, incertum quidem eſt; probabilius tamen h. l. expreſſam eſſe cod. lectionem (v. eius not. ad 889.), quia locum ipſe hunc deſcripſit.

954. ῥῆξον φωνήν. Supra 356. ῥήξατε φωνήν. Eqq. 623. ἀναῤῥήγνυς ἔπη. Virg. [Aen. II, 129.] Compoſito rumpit vocem. *Bergl.*

955. (vulg. 958.) *t)* Verſum hunc absque nomine auctoris citat Dion. Halic. περὶ συνθέσ. ὀνομ. p. 52. ed. Ox. [ſect. 25. p. 388. ed. Schäf. vbi v. Vpton.] *Kuſt.* Priores quinque huius ſcenae verſus, et, omiſſo ſexto, quatuor dein ſequentes, et initium v. 969. (967. L.) ἐν παιδοτρίβου etc. indicto auctore, adducuntur ab Ariſtide in Orat. pro Quatuor Viris Miltiade etc. p. 268. T. III. [p. 162. T. II. Iebb.] idque eodem, quo hic, fine, nempe, vt probet, qua educatione quibusue inſtitutis priſci Athenn. tantam gloriam ſint olim conſequuti. *Spanh.*

957. (960. vulg., 963. Br. 962. H.) Verſum hunc et ſequentem absque nomine Comici citat Sext. Empir. adu.

---

t) Actus III. ſcena tertia hic conſtituitur. — Continuatur hic imitatio Herculis Prodicii. Hunc autem locum imitatus eſt Plautus Bacchid. [III, 3, 16. ff.] v. Lipſii Quaeſt. epiſtol. III, 17. *Ern.* Facit haec ſcena maxime ad cognoſcendam antiquiorem Athenn. tum diſciplinam tum doctrinam. De Hercule Prodicio cf. Xen. Mem. II, 1, 21. ibique Hindenburg. et Zeun. *Harl.*

Math. p. 129. v) apud quem tamen corrupte hodie legitur: — ἐν ταῖς σὺν ὁδοῖς εὐτάκτως ἐπὶ κιθαρισοῦ. Hinc ergo eum emenda. *Kuſt.* Apud Ariſtidem venuſtius exſtat: παιδὸς φωνὴν γρ., inuerſo verborum ordine. *Bentl.* παιδὸς φωνὴν — tres Regii x): vulgo φωνὴν παιδός. μηδέν'. Gl. ſupplet ἄνθρωπον. Perperam in duobus codd. γρύξαντος. Gl. μουγγρίσαντος. V. Du Freſne Gloſſ. hinc augendum, in μουγαρίζειν. *Brunck.* Int. *puero auſcultare loquenti;* neſcio quam bene. Hoc dicit Comicus; *nemo audiebat vocem pueri hiſcentis;* in via nempe adeo modeſte incedebant pueri, vt nullus eorum clamor nec ſtrepitus audiretur. Videtur autem obſeruandus vſus v. δεῖ hac ſignificatione. *Duck.*

958. y) Quod de *decenti inceſſu* adoleſcentum *per vias publicas* tangit ſimiliter Alexis Comicus, iis verbis quae ad hunc Noſtri locum videntur alludere, ap. Athen. I. p. 21. ἓν γάρ νομίζω τοῦτο τῶν ἀνελευθέρων εἶναι, τὸ βαδίζειν ἀῤῥύθμως ἐν ταῖς ὁδοῖς. Pro εἰς κιθαρισοῦ [vt olim vulg.] apud Ariſtid. legitur ἐς κιθ. z), quod, vt leue non tangerem, niſi ſimul occurreret Helladii adnotatio, ἐς ab Atticis dici, non εἰς· vti dicunt ἐς κόραικας, vel ἐς μακαρίαν· in aliis vero omnibus vocibus promiſcue ab iis ἐς et εἰς adhiberi. Notabilis vero hic Comici locus, et quae praeterea leguntur in hoc, qui Iuſti perſonam agit ſermone; quo priſca et memoranda puerorum inſtitutio ap. Athenn. traditur. Vbi haud mirum primo loco hic *cithariſtam* poni, quem (nempe poſt datam prius, de qua re, continuo, Γραμματιστῇ, et a decennibus pueris ad annum decimum tertium

---

v) VI, 15. (adu. Muſicos) p. 559. Fabric. vbi his duobus verſibus praemittitur hic:

λέξω τοίνυν βίον, ὃν ἐξ ἀρχῆς ἐγὼ θνητοῖσι παρεῖχον

qui non eſt Ariſtoph. (quamquam ſimilis v. 958.) ſed Telecleidis in Amphictyonibus. v. Groſii Exc. e Trag. et Com. p. 873. et Porſon. ad Eurip. Phoen. 567.

x) R. Ia. παιδὸς φωνήν, ſic et Ariſtid.; probat Bentl. *Ern.* Receperunt recentt. omnes.

y) εὐτάκτως ἐν ταῖσιν ὁδοῖς Ia. ap. *Ern.* Elb. Bau. ap. Harl.

z) ἐς κιθ. Sic B. D. Vulgo εἰς. *Brunck.* ἐς etiam Elb. Bau. et Ia., quod ſe, vt magis ſolemne Ariſtophani et Atticis, praetuliſſe oſtendit *Ern.*

operam) adirent iidem pueri. Quomodo nempe a Platone, qui infigniter h.l. illuſtrat et ex eo viciſſim illuſtratur, de Legg. VII. p. 812. [T. VIII. p. 369. ſ. Bip.] pueri a γραμματισταῖς ſ. legendi ſcribendique magiſtris continuo ad *citharistam* ablegantur: Ἆρ' οὖν μετὰ τὴν γραμματικὴν (*legendi ſcribendique artem*, prout paullo ante p. 810. in ea γραμματικὴν poſitam eiusque docendae magiſtros γραμματιστὰς dixerat) ὁ καθαριστὴς ἡμῖν προσρητέος; quibus continuo ſubdit, in ea puerili inſtitutione locum dein *citharistis* tribuendum, vt ſuam illi in docendis Athenn. pueris, et quidem (vti ea de re p. 809. et Nos iam ante) 13. annorum, ac per triennium operam conferant. Quibus conſona, quae idem Plato alibi, vt de Rep. III. p. 398. etc. [T. VI. p. 286. ff. Bip.] de Muſica, qualis eſſet ab adoleſcentibus addiſcenda, diſſerit, et rurſus in Protagora p. 312. [T. III. p. 90. ſ. Bip.] vbi primos iuuenum doctores γραμματιστήν, dein κιθαριστήν, tum παιδοτρίβην, vti paullo poſt videbimus, tradit *a)*. Quem morem, vt a κιθαρισταῖς erudirentur Athenn. pueri, tangit ſua aetate Dio Chryſoſtomus, a quo Orat. XIII. Athenis habita dicitur [T. I. p. 427. Reisk.], ita filios ab iis inſtitui, οἷς ἂν ἱκανόν (ſufficit), ἐὰν *b)* κιθαρίσωσιν ἢ Παλλάδα περσέπτολιν Ἀθηνᾶν, ἢ τῷ ποδὶ βῶσι πρὸς τὴν λύραν· quae poſtrema verba ſupra adduximus ad v. 628. Quod vero non ab Athenn. ſolum, ſed ab Arcadibus factum e Polybio diſcimus l. V. p. 289. *c)* vt non pueri ſolum ſed adoleſcentes ac iuuenes in muſica vsque ad annum trigeſimum erudirentur. Quo pacto autem muſica ſint imbuendi adoleſcentes, docet Ariſtot. Polit. VIII, 5. [p. 329. T. I. ed. Schneid.]. Quale etiam vett. Graecorum ſtudium exſtitiſſe, vt adoleſcentes diſcerent muſicam, docet Plutarch. de Muſica p. 1140. [T. X. p. 678. Reisk. c. 26. T. V. P. II. p. 662. Wyttenb.] *Spanh.*

959. (Br. 965.) κωμήτας. Nugatur hic Scholiaſtes. Heſych. κωμήτης· γείτων. κῶμαι γὰρ τὰ ἄμφοδα *d)*. Lys. 5.

---

a) Cf. *Goess*, Erziehungsweiſſ. nach den Grundsätzen der Griechen und Römer I. p. 125. ſs.

b) Legitur ibi οἷς ἂν ἱκανῶς κιθαρᾷ. Reſpicit autem ad hunc ipſum Ariſt. locum.

c) Immo IV, 20. 21. p. 55. T. II. Schweigh.

d) Ita et Phot. Lex. p. 145. (vbi gloſſae confuſae vidéntur.)

κωμῆτις, *vicina*. *Brunck*. Gl. cod. C. πολίτας. *Ern*. Probat *Herm*. Wiland : aus jeder Gaſſe zogen die Kinder etc. — γυμνοὺς h. l. tantum *veſte interula indutos*. v. Cuper. Obss. I, 7. p. 37. *Harl*. — κριμνώδη. Quid ſit κρίμνος vel κρίμνον *e)* (vnde κριμνώδη), Lexica vulgata te docebunt. Hic tantum moneo, in Ms. Arund. legi κρημνώδη per η, vti et ap. Suid. V. Κρημνώδη: quam διττογραφίαν nemo mirabitur, qui ſciuerit, iam multis ante aetatem noſtram ſaeculis Graecos τὸ η pronunciaſſe, vt ι: vnde tories duae illae vocales in veterum ſcriptis confunduntur. Sed praeſtat hic ſcribere κριμνώδη *f)* per ι, ne vox illa confundatur cum altera κρημνώδη, quae deriuatur a κρημνὸς *praecipitium*. *Kuſt*. Ariſtides dicto loco legit κρυμώδη *g)*, ſed me non probante. *Bentl*. κριμνώδη. Gl. ψυχρότατα, quae interpretatio ad κρυμνώδη refertur, et hanc veram eſſe lectionem cenſeo. *Brunck*. in Suppl. Immo hoc debebat eſſe κρυμώδη a κρυμός, vt ap. Dion. Perieg. de Thermodonte 780. περὶ κρυμώδεας ὄχθας. Vtrumque ſane bene ſe habet κριμνώδη et κρυμώδη. Hom. Il. XII, 278. ὥστε νιφάδες χιόνος πίπτουσι θαμειαὶ ἤματι χειμερίῳ. Et XV, 170. ὡς δ' ὅτ' ἂν ἐκ νεφέων πτῆται νιφὰς κ. τ. λ. Vtrique lectioni tuendae aptus eſt locus Iliad. XIX, 357. ὡς δ' ὅτε καρφειαὶ νιφάδες Διὸς ἐκποτέονται ψυχραί, ὑπὸ ῥιπῆς αἰθρηγενέος Βορέαο. Praeferendum tamen duxi κριμνώδη, quod et magis comicum videtur, et neſcio an aptius ſit *h)*. Nam in niuibus primo et praecipue ſpectatur denſitas, eaque merito etiam potius commemoranda eſt, quam frigus, quod ſponte intelligitur. *Herm*.

960. Pro ἐδίδασκε reſcripſi ἐδίδασκεν propter metrum et ſic habet R. *Ern*. Perperam vulgo ἐδίδασκε. *Brunck*. — τὼ μηρὼ μὴ ξυνέχ. v. Suidam V. Τὼ μηρώ· vbi locus hic

---

e) κρίμνος i. q. κριθὴ *hordeum*, ſed κρίμνον farinam craſſiorem hordeaceam ſ. placentam ex ea factam ſignificaſſe oſtendit Tittmann. ad Zon. II. p. 1249. ſ. κριμνώδη *Harl*. reddit *ſtarke, dicke Flocken*.

f) Ita cod. Elb. ap. *Harl*. — Ib. C. κρημνώδη. L. Ia. κρυμώδη. Gloſſ. C. ψυχρότατα. *Ern*.

g) Nunc quidem ibi in ed. Iebb. repoſitum eſt κριμνώδη, ſed plerique codd. κρυμώδη.

h) Alluſion à l' art de buteler la farine. Francog. int.

adducitur. *Kuſt.* Male μὴ delet C. Gloſſ. οὐ σφίγγοντας. *Ern.*

961. (vulg. 964.) Παλλάδα. Initium cantici alicuius dicit eſſe Schol., auctoris Lamproclis, quod etiam plenius adducit bis, primo ita: Παλλάδα περσέπτολιν κλυτίζω πολεμαδόκον ἀγνὰν παῖδα Διὸς μεγάλου ἀμμάσιππον. Deinde hoc modo: Παλλάδα περσέπτολιν δεινὴν θεὸν ἐγχεκύδοιμον ποτικλυτίζω πολεμαδόκον ἀγνὰν παῖδα Διὸς μεγάλου ἀμμάσιππον. Τηλέπορον. Etiam hoc dicit eſſe initium cantici et ſupplet: τηλέπορόν τι βάκμα λύρας. *Bergl.* Friſchlin. locum hunc non intellexit. Nam verba τηλέπορον etc. ſunt initium cantici, ap. Athenn. olim vſitati, pendentque a verbo προμαθεῖν *i)*. Deinde ἐντειν. τ. ἁρμονίαν eſt, *harmonia vti intenſa et maſcula k)*, non vero *molli et fracta;* quam inuectam demum Comicus dicit, poſtquam muſica iam degenerare coepiſſet. *Kuſt.* — Licet Suidas, Ariſtides et Tzetz. Chil. 1, 25. [etiam Dio Chryſ. h. l.] cum edd. [vett.] agnoſcant περσέπτολιν, verſus tamen imperat et cogit, vt περτέπολιν *l)* reponamus. *Bentl.* περσέπολιν optime et, vt metrum flagitat, ſcriptum eſt in membr. Ride doctorem illum prosodiae Graecae, qui in vulg. περσέπτολιν antepenultimam corripi poſſe putat. V. not. ad Theſm. 56. *Brunck.* Ita omnes ediderant recentt.

963. βωμολοχεύσαιτ' *m)*; v. Suid. h. v. Haec vox occurrit et in fragm. Ariſt. ap. Suid. in χιάζειν, vbi vid. Toup. *n)*, ſed ibi additur verſus, qui non eſt in editis, et non vidit Toupius: eum recipiendum putat Valken. Diatr. in Eurip. fr. p. 224. *Ern.* — κάμπτειν καμπὴν hic ſignificat *vocem molli quadam modulatione in cantando in-*

---

i) Quod h. l. idem eſt ac ſimplex μαθεῖν.

k) Propr. *intendere cantilenae modum.*

l) Sic edidi e R. Male Ib. in princ. omittit ἤ, et C. ſcribit περσέπ. *Ern.* περσέπολιν Elb. et prius ἤ ibi deeſt. *Harl.*

m) Eſt, *ſcurriliter facere*, vt βωμολόχος v. 911. *ſcurra.* Etiam in Zonar. T. II. p. 414. eſt: βωμολοχεύσαιτο· ἀντὶ τοῦ ἀγοραῖόν τι εἴπει ἢ αὐτελές. οὕτως Ἀριστοφάνης.

n) Eustadd. in Suid. II. p. 578. ed. Ox. vbi etiam cf. Appendix T. IV. p. 487. de h. l.

flectere: quod facere ſolent illi, qui artis ſuae peritiam oſtendere volunt. Heſych. κάμπτειν. τὸ ἐν τῇ ᾠδῇ καμπὰς ποιεῖν. Philoſtr. de vit. Apoll. IV, 13. ᾠδὰς ἐκαμπτεν, ὁπόσας ὁ Νέρων ἐλύγιζέ τε καὶ ἔτρεφε, *carmina quae et Nero cum varia inflexione vocis modulabatur.* Cicero *flexiones modorum* appellat II. de Leg. §. 39. *o).* Huc ſpectat, quod Comicus ſupra v. 332. poëtas dithyrambicos, vt muſicae corruptores ψιμαθοκάμπτας (quaſi dicas *flexores modorum*) vocet. Et Plutarchus in libello: Quomodo quis ſine inuidia ſe ipſum laudet, ſub init. [c. I. T. III. P. I. p. 178. Wytt.] Phrynidem Muſicum (de quo ſtatim poſt) eamdem ob cauſam ἰωνοκάμπταν appellat. V. etiam Suid. V. Βωμολοχεύσαιτο et V. Κυκλίων, vbi locum hunc poëtae noſtri adducit. *Kuſt.* Nempe corrupta paullatim apud vett. Graecos muſica, dum variae et molles *flexiones* ſunt a *Menalippide p)* primum in eam inductae, qui citharam δωδεκάχορδον faciendo laxiorem eam et molliorem reddidit: dein ab Athenienſi *Cineſia*, qui ἐξαρμονίους καμπὰς ποιῶν ἐν στροφαῖς *harmoniae contrarias flexiones ad ſtrophas adtulerit.* Immo prout de degenere iam et corrupta ſua aetate πιθαρῳδίᾳ tradit Ariſtoteles probl. c. 30. et 31. dum ἁρμονίαι ἑπταχόρδῳ citharae antiquitus adaptatae, ad δωδεκάχορδον citharam, a Timotheo Mileſio repertam, ſunt poſtea translatae. *Spanh.*

964. (970. Br.) Verſum hunc, quem neſcio quo caſu librarii omiſerunt, Comico e Suida in χιάζειν reſtituendum eſſe monuit ſummus Valken. diatr. Eurip. p. 224. *q).* *Brunck.* Eum nos nequaquam putauimus recipiendum eſſe. Nam et Suidas V. Βωμολοχεύσαιτο, vbi vv. 962. ff. continuos appoſuit, verſum iſtum omiſit, et locus ille in

---

o) cap. 15. add. *flexiones* apud eumdem de Orat. III, 25. ibique Harl. et Erneſti Clau. Cic. V. *flexio.*

p) Eum omiſit Forkel. Hiſt. vniu. Muſices T. I. p. 310. qui de Cineſia et Timotheo, muſicesque mutationibus p. 300. et 307. cfr. Sed vid. *Burette* in Mém. de l' Acad. d. Inſcr. XIII. 229. ff. XV. p. 356. ff.

q) Receperunt eum Br. et Inu., quamquam in codd. deeſt, non Herm. aut Sch. Reſpectum eſſe ad Democritum *Chium* et Theoxenidem *Siphnium*, qui ſua poëmata numeris nouis et mollioribus exornabant, docuit ex Polluce IV, 65. Toupius II. p. 278.

V. χιάζειν, vbi eum affert, manifesto indicat, eum certe hoc in loco non fuisse ab Arist. adhibitum. Ita enim Suidas: Χιάζειν. Πραξιδάμας Δημόκριτον τὸν Χῖον καὶ Θεοξενίδην τὸν Σίφνιον πρώτους ἐπὶ χρώματος τάξαι τὴν ἰδίαν ποίησιν· ὡς Ἰσοκράτης ἐν τοῖς πρὸς Εἰδοθέαν ὡς παρ᾽ Ἀριστοφάνει τεταγμένην· ὑποτείνει δέ τις αὐτὸν βωμολοχεύσαι, αὐτὸς δείξας ἐν ἁρμονίαις Χιάζων ἢ Σιφνιάζων. *Herm.* Accedit, quod nullus, hoc versiculo omisso, defectus sentiatur, eo autem inserto constructio potius implicetur quam expediatur. *Schütz.* Fragmentum potius est ex deperdita quadam Arist. fabula. *Harl.*

965. Ordo verborum huius versus in Mss. L. Ia. hic est: οἵας οἱ νῦν ταύτας τὰς δυσκ. τὰς καταφρῦνιν, saluo versu. *Ern.* — Φρῦνιν. Phrynidem priscam et masculam illam musicam Graecorum mollibus suis modulationibus et variis modorum inflexionibus corrupisse et quasi effeminasse, Arist. hic docet. Idem et alii scriptores testantur. Hesych. V. Λέσβιος ᾠδός r)· ὑπὸ πολλῶν γὰρ κεκωμῴδηται οὗτος (Φρῦνις), ὡς διαφθείρων τὴν μουσικὴν καὶ πρὸς τὸ βωμολοχεύειν τρέπων. Huc etiam spectat insigne fragmentum Pherecratis Comici ap. Plutarch. de Musica p. 1141. E. [c. 30. T. V. P. II. p. 668. Wytt.] vbi Musica per prosopopoeiam quamdam a pluribus se corruptam conquerens Phrynidis quoque his verbis mentionem facit:

Φρύνης s) δ᾽ ἴδιον τρόβιλον ἐμβαλών τινα
Κάμπτων με καὶ τρέφων ὅλην διέφθορεν.

Phrynis vero peculiarem quemdam iniiciens turbinem, flectens me et torquens, totam perdidit. Kust. Praeter Pherecratis de Phrynide citharoedo versus exstant in eodem Plut. de Mus. p. 1133. [T. X. p. 655. Reisk.] de hoc Phrynide verba: τὸ δὲ ὅλον, ἡ μὲν κατὰ Τέρπανδρον κιθαρῳδία καὶ μέχρι Φρύνιδος ἡλικίας παντελῶς ἁπλῆ τις οὖσα διετέλει. *Spanh.* De Phrynide v. Petrus Io. *Burette* in Actis Acad. nostrae [Mém. de l' Acad. d. Inscr.] P. X. p. 268. *Brunck.* Kuihn. ad Polluc. IV, 66. p. 385. addit *Harl.* t) —

r) Vnde verba Photii p. 158. facile emendari possunt.

s) Φρύννις e codd. edidit Wyttenb.

t) Cfr. etiam de toto hoc loco disputatio Wilandii Att. Mus. II, 3. p. 110. ff. et Not. ad Plut. dial. de Mus. in noua edit. francog. versionis Plut. T. XXII. p. 177. ff.

δυσκολοκάμπτους. Eſt vox elegans, qua Comicus nimiam Phrynidis in arte muſica περιεργίαν, ob varias illas et difficiles vocis inflexiones, ab eo inuentas, perſtringere voluit. Huc, vt puto, reſpexit Pollux IV, 66. vbi ait: καὶ Φρῦνιν δὲ τὸν Κάβωνος, μέλεσι πολυκαμπέσι, τοῖς ὑπὸ τῶν κωμῳδῶν δυσκολοκάμπτοις κληθεῖσι, κεχρῆσθαι λέγουσι. *Kuſt.*

966. Locum hunc citat Tho. M. V. Ἐπιτρίβεται [p. 359.] *Kuſt.* πολλάς. Suid. h. v. confert Luc. XII, 47. *Ern.* Subintelligitur πληγάς. Ran. 754. πληγὰς λαβὼν πολλάς. Pac. 648. τὰς πληγὰς ὁρῶντες, ἃς ἔτυπτον. *Bergl.*

967. (vulg. 969.) Ἐν παιδοτρίβου — Poſt inſtitutionem apud cithariſtam, ſ. in muſica, ad eam ſub Gymnaſtis ſ. athleticae artis magiſtris, quales *paedotribae*, amandantur hic continuo pueri, idque iuxta notum aliunde Athenn. morem, de quo opportune Plato III. de Rep. p. 403. [Steph. ſ. T. VI. p. 296. Bip.] μετὰ δὴ μουσικὴν γυμναστικῇ θρεπτέοι οἱ νεανίαι. Idem de Legg. VII. p. 813. [T. VIII. p. 371. ſ. Bip.] poſtquam, vt vidimus, edoctos a γραμματιστῇ pueros dixiſſet, et deinde ad κιθαριστήν, ex quo muſicam diſcerent, ablegaſſet, ad *gymnaſtas* dein eos in vniuerſa corporis gymnaſtica exercendos mittit. Immo quomodo tres illos puerorum erudiendorum et eodem ordine magiſtros, vt paullo ante diximus, in Protagora p. 312. [ſub init. p. 90. T. III. Bip.] tangit, ac duos poſtremos iisdem quibus hic ap. Comicum verbis: ἀλλ' οἷα περὶ ἢ παρὰ τοῦ γραμματιστοῦ ἐγένετο καὶ κιθαριστοῦ καὶ παιδοτρίβου. Vnde etiam Alcibiad. I. p. 106. [c. 7. ed. Bieſt. c. 4. ed. Nürnberger.] dicit ad Alcibiadem Socrates: ἔμαθες γάρ σύ γε, κατὰ μνήμην ἐμήν, γράμματα καὶ κιθαρίζειν (citharam *pulſare*, non, *canere*, vt ibi Serranus) καὶ παλαίειν *v*), quod poſtremum palmarium erat artis gymnaſticae opus. Quae luculenta vtique ſunt ſeruatae adhuc, certe haud plane obliteratae puerorum ap. Athenn. inſtitutionis, ea Comici huius aetate, teſtimonia. Παιδοτρίβην vero vulgo dictum, qui in Graecorum gymnaſio artem athleticam doceret, contritum quidem et a viris doctis, qui de re vett. athletica ſ. gymnaſtica egerunt, abunde declaratum *x*).

---

v) κιθαριστὴς et παιδοτρίβης ibidem iunguntur c. 14. ed. Nürnb. add. de τῷ παλαίειν c. 5.

x) *Paedotribae* erant doctores palaeſtrici, qui in Graecorum

Vix autem antiquiorem, qui ea voce sit vsus, inter graecos qui supersunt auctores, hoc Arist. loco reperias. παιδοτρίβης dici de artis gymnasticae magistro potius quam γυμναστής y), obseruat Galenus ad Thrasybul., prout etiam παιδοτρίβου officium a Platone in Gorgia p. 452. [c. 7. ed. Findeis.] καλούς τε καὶ ἰσχυροὺς ποιεῖν τοὺς ἀνθρώπους τὰ σώματα. A quo caeteroqui Galeno ad Thrasyb. c. 45. παιδοτριβικὴ ars περὶ τὰ παλαίσματα (circa luctam) dicitur, παιδοτρίβης vero artis illius ὑπηρέτης s. minister. Alibi de Sanit. tuend. II, 9. παιδοτρίβης a γυμναστῇ diuersus, vt a medico coquus: vbi praeterea παιδοτρίβης ab eo dicitur κατὰ παλαίσραν ἐνεργειῶν ἔμπειρος. Adde vett. Inscriptt. in quibus παιδοτριβοῦντος huius vel illius fit mentio, vt Marm. Ox. p. 83. P. I. Itin. Spon. T. III. p. 156. Quam in rem plura adduci possunt, quae saepenumero apud priscos ecclesiae doctores leguntur de παιδοτριβῶν illorum officio ac munere, sed quae iam breuitatis causa omittimus. Illud autem addendum est, ἐν παιδοτρίβου hic dici, sicut Eqq. 1238. nempe in palaestra s. loco, vbi exercebantur adolescentes, vel vbi vngebantur, quae loca ἀλειπτήρια, vt ap. Theophr. de Sudor. p. 459. dicebantur. *Spanh.*

καθίζοντας. Suidas V. Ἐν παιδοτρίβου, vbi locum hunc citat, legit βαδίζοντας. Sed lectio vulg. praestat. Non enim de incessu, sed de sessione puerorum hic loquitur Comicus z). *Kust.* Προβαλέσθαι non bene interpretatur Schol.: est *porrigere*, non *contrahere pedes* et *crura*. *Ern.* Gl. ἐνδύσασθαι, περιβαλέσθαι. In alio προαγαγεῖν, προτείνειν. Placet prior interpretatio, iuxta quam προβαλέσθαι τὸν μηρὸν est, *praetenta tunica* vel *praetento cingulo femora obtegere*. *Brunck.* a). Fallitur Br. Nam 1. προβάλ-

---

gymnasiis artem athleticam docerent, ad quos pueri ablegabantur, postquam a γραμματιστῇ legendi scribendique artem, a κιθαριστῇ artem musicam edocti erant. v. van Dale in Diss. antiquitatibus illustrandis etc. inseruientibus VIII, 6. p. 691. ff. Abresch. Lect. Aristaen. p. 523. Periz. ad Ael. V. H. II, 6. et Fischer. Ind. Aesch. Socr. h. v. *Harl.*

y) Quamquam Grammatici vett. Phot. Hesych. Zon. παιδοτρίβης per γυμναστὴς interpretantur.

z) Improbat et *Ern.*

a) Locum hunc totum imitatus est Plautus in Bacchidibus, vbi

λεσθαι simpliciter dictum, non addito nomine eius rei, qua quid tegitur, proprium est pugnantium. Xenoph. Cyrop. II, 3, 10. ἐκ παιδίου προβάλλεσθαι ἠπιστάμην — ἐπ' αὐτῷ τούτῳ παιόμενος, εἰ προβαλλοίμην. 2. non μηρὸν dici debebat, sed μηροῦ, vt Ael. V. H. IX, 13. πιβωτὸν τοῦ σώματος προβαλλόμενος. Solet enim huic verbo accusatiuus addi eius rei qua quid tegitur. Ita ὅπλα προβάλλεσθαι de qua form. dicit Cuperus Obss. I, 12. Ita Xen. Cyrop. VI, 3, 24. προβεβλημένοι τοὺς θωρακοφόρους μενοῦσι. Et VII, 5, 3. ὁ μὲν προβαλλόμενός τι. Arist. Lys. 987. τί προβάλλει τὴν χλαμύδα; Ac quo minus quis in Ern. explicatione acquiescere dubitet, de protendendo pede hic agi ex alio simillimo Arist. loco patet Ran. 201. οὔκουν προβαλεῖ τὼ χεῖρε κἀκτενεῖς; Nimirum pueri in gymnasio humi sedentes iubentur pedes protendere, ne adductis pedibus foedum et obscoenum spectatoribus conspectum praebeant. Eadem de causa arenam, in qua sedissent, conturbari oportebat, quod paullo post narratur. *Herm.*

968. Singularis fuit et laudanda vett. ap. Athenn. legumlatorum, Draconis et Solonis, vt in Or. c. Timarch. obseruat Aeschines p. 261. [Orr. Gr. Reisk. T. III. p. 32. f.] cura, vt leges περὶ σωφροσύνης τῶν παίδων ferrent, eorumque educationi magistri praeficerentur, οἷς ἐστὶν ὁ μὲν

Lydus paedagogus seueram, qua olim educabantur pueri, disciplinam exponit et laudibus euehit, III, 5. [17. ff.]

Eademne erat haec disciplina tibi, quum tu adolescens eras?
nego tibi hoc annis viginti fuisse primis copiae,
digito longe a paedagogo pedem vt efferres aedibus;
id quoi obtigerat, hoc etiam ad malum arcessebatur malum,
et discipulus et magister perhibebantur improbi.
Ante solem exorientem nisi in palaestram veneras,
gymnasii praefecto haud mediocris poenas penderes.
Ibi cursu, luctando, hasta, disco, pugilatu, pila,
saliendo sese exercebant magis, quam scorto aut sauiis:
ibi suam aetatem extendebant, non in latebrosis locis.
Inde de hippodromos et palaestra vbi reuenisses domum,
cincticulo praecinctus in sella apud magistrum assideres:
quum librum legeres, si vnam peccauisses syllabam,
fieret corium tam maculosum, quam est nutricis pallium.

Sarsinatis ista, *cincticulo praecinctus assideres* ex Atheniensis verbis καθίζ. — προβαλέσθαι adumbrata videntur, et interpretationem glossatoris nostri confirmant. *Brunck.* in Add.

βίος ἀπὸ σωφροσύνης (quibus vita in temperantia esset sita). Qua ratione etiam κοσμηταὶ ἐφήβων in eorum gymnasiis constituti, quibus ordinis, decoris ac pudoris ab iisdem ephebis seruandi ratio haberetur, vt constat ex inscriptione antiqua eaque Attica, et Gruteriano Thesauro ac dein Marmoribus Oxonn. inserta P. I. p. 84. Quomodo Σωφρονιστοῦ itidem munus in alio ibi Marm. Oxon. legitur *b)*: quo nomine dictos Athenis quosdam magistratus, populi suffragio creatos, eosque decem numero, per singulas tribus, qui τῶν ἐφήβων σωφροσύνης curam gererent, monuit, qui perpetuo commentario illa Marmora illustrauit, Prideaux *c)*. Vnde Hesych. Σωφρονιστής· νουθετής. Quo spectabant proinde illae gymnasticae Athenn. leges, quas in dicta orat. refert continuo in eam rem Aeschines: vna, ne gymnasia aperiri ante solis ortum vel claudi ante occasum liceret; altera, ne Mercurialibus, s. festis Mercurio, gymnasiorum praesidi, sacris, quemquam adultum cum pueris ingredi gymnasia sinerent; aut alioquin gymnasiarchae de corruptela ingenuorum puerorum tenerentur. E quibus, quae hic et in seqq. aliquot versibus tangit Comicus, de simili σωφροσύνης ac pudoris, quod in antiquis Athenn. gymnasiis obtineret, studio insigniter illustrantur. *Spanh.*

ἀπηνές. Gl. ἀναίσχυντον, ἀπαίδευτον. *Brunck.* Postremum etiam in Gl. ap. *Ern.* μηδὲν δείξειαν. Erant enim nudi. *Bergl.*

969. *d)* συμψῆσαι. Gl. ὁμαλίσαι, *complanare pulueream* et *obruere impressam speciem e)*. *Ern.* Brunkius ξυμψῆσαι edidit, quam formam licet Attici scriptores non certa quadam et constanti consuetudine adhibuerint, de qua re dixerunt Hemsterh. ad Luc. T. I. p. 94. et Wolf. in praef. ad Plat. Symp. p. 17. ff.: credibile tamen est,

---

b) n. LVII. p. 82,3. ed. Robertsii in 8.

c) Add. Photii Lex. p. 416.

d) Pro εἶτ' αὖ codd. Elb. et Bau. εἶτα, male. v. Suid. et Phau. in αὖ. *Harl.* Tautologiam εἶτ' αὖ πάλιν αὖθις defendit etiam Porson. praef. ad Eurip. I. p. LV. πάλιν in ed. Suid. Mediol. deesse idem in Add. ad Hec. p. 103. obseruat.

e) συμψῆσαι *conturbare*, et quod sequitur εἴδωλον (vestigium), illustrauit Abresch. ad Aristaen. p. 323.

eos molliore littera vti maluiſſe, vbi aliae aſperiores litterae vicinae eſſent. Ita Aeſch. Agam. 668. *σὺν ζάλῃ* pro *ξὺν ζ.* et Choëph. 595. *συζύγους* pro *ξυζύγους* ſcribendum eſt. Caet. nos e lib. Rau. edidimus: *ἀνισάμενον συμψῆσαι καὶ προνοεῖσθαι f)* pro vulg. *ἀνισαμένους — προνοῆσαι.* Προνοῆσαι enim librariorum errore, qui e praeced. Infin. *συμψῆσαι* ortus eſt, ſcribi coepit. Ἀνισαμένους autem ex interpretatione natum, quum in numero ſingulari haererent interpretes. Verum hac numeri mutatione etiam infra vſus eſt v. 983. vbi ſimiliter in duobus codd. pro *προέχων* pluralis reperitur *προέχοντας. Herm.*

970. (vulg. 972. Br. 976. H. 974.) Horribilis verſus eſt [vulg.] Εἴδωλον τοῖσιν ἐρασταῖς τῆς ἥβης μὴ καταλείπειν γε. Vbi anapaeſtus venit loco dactyli, vt omittam caeſuras inſuauiſſimas, et inhoneſtum illud *γε*, quod caudae inſtar a tergo dependet. Lego vero fidenter: Ὥσ' εἴδωλον τοῖσιν ἐρασταῖς τῆς ἥβης μὴ καταλείπειν. *Bentl.* Vt verſus ſit *ὠρτίπους*, lego *μηδὲν καταλείπειν*, deleta part. *γε g). Kuſt.* Ineptiſſimum iſtud *γε* non comparet in vllo Regiorum codd. [neque in eo, quem ſerius contulit Br.]. Eſt in meo, vnde colligitur, prauam iſtam emendationem iam ante aliquot ſaecula a ludi quopiam magiſtro inuectam fuiſſe. Nihil tamen facilius erat, quam numeros huius verſus expiere, ſcribendo *ἐρασταῖσιν.* Emendationem hanc praecepit Toupius ad Suid. III. 176. *h)* vbi obſeruare poterat, *γε* in Suida additum fuiſſe a recentiore editore: non eſt enim in edit. Mediol., vbi ſcriptura eadem eſt, quae in Reg. codd. *εἴδωλον τοῖσιν ἐρασταῖς τῆς ἥβης μὴ καταλείπειν.* Paragogen poſterioris vocis omiſerunt librarii, quod iis ſolemne

---

f) Veterem et nouam lectionem, non monito lectore, coniunxit Schütz: *ἀνισαμένους σ. κ. προνοεῖσθαι.*

g) Bentleii coniectura placet Erneſtio. Saepe, inquit, a noſtris duobus, R. et Ia. *γε* abeſt.

h) Ed. Oxon. T. II. p. 217. Emendat: Εἴδωλον τοῖσιν ἐρασταῖσιν τ. ἡ. μὴ καταλείπειν, quod Br. Inu. Herm. receperunt. Nam Sch. *γε* quidem deleuit, ſed *ἐρασταῖς* perperam reliquit. Reiskius pro *γε* legi *τε* volebat, contra metrum. — Caet puerorum amorem ap. antiquiores Graecorum ſatis honeſtum fuiſſe et probatum omnibus, ſeriusque degeneraſſe oſtendit Wiland. Att. Mus. II, 3. p. 114. ff. εἴδ. τ. ἡ. Francog. reddidit: l'empreinte des marques de leur ſexe.

fuit. V. not. ad Lys. 487. vbi τοῖς μοχλοῖς ſcriptum fuerat pro τοῖσι μοχλοῖσιν. Metrorum imperitiſſimi ſunt, ſi qui credant in tetrametris anapaeſticis ſyllabam catalecticam ſpondeo ſubiici poſſe, qua in ſententia erat bonus homo, cuius futilem coniecturam explodam ad Vesp. 349. *Brunck.*

971. ἠλείψατο δ' ἄν. Notus abunde fricationum et vnctionum in veterum gymnaſiis vſus *i)*, illudque fuiſſe proprium παιδοτρίβου, vt hic quoque tangitur, munus, prout id inter alios docet Galenus de Simpl. Medicam. II, 4. καὶ οἱ παιδοτρίβαι τοὺς παῖδας ἀλείφειν ἐῶσι· et rurſus c. 6. ὥσπερ, οἶμαι, καὶ τοὺς παῖδας οἱ παιδοτρίβαι κατὰ τὸ ἐπιτυχὸν ἔλαιον ἀναστρίβουσιν. Adde Cyrill. Alex. in Genes. c. 6. p. 180. T. I. ὥσπερ καὶ οἱ παιδοτρίβαι τοὺς νέους ἀλείφοντες κ. τ. λ. Id vero ab illis paedotribis cum copioſo aut cum exiguo oleo, idque vel manibus tantum vel cum pulvere aut cum linteo factum docet Galenus de Sanit. Tuend. II, 3. Vnde etiam παιδοτριβῶν iis nomen, item ἀλειπτῶν· quomodo, vt alios nunc mittam, Baſilius, qui vtrumque coniungit Ep. 383. ἀλείπτην καλῶς παιδοτριβοῦντα καὶ παλαιστὴν δόκιμον ἀπεργαζόμενον. Quod vero olim ad vmbilicum vsque vnctos ab eorum magiſtris pueros, hic a Comico dicitur, ſingulare eſt priſci illius moris, quod vix, vt opinor, alibi legitur, et auitae ſimul in erudiendis exercendisque pueris Athenn. σωφροσύνης, de qua paullo ante, teſtimonium; a qua vero Ariſt. aetate, vt eius hac de re verba ſatis arguunt, aliquatenus deſciuerant. Quomodo Homeri aetate nudos athletas, ſed ſubligaculo adhuc cinctos, in arenam prodiiſſe, idque a temporibus XXXII. Olymp. iuxta vett. eius Scholl. ad Il. ψ, 683. monuerunt iam Viri docti. Vnde etiam, quod hic addam, in ineditis antea et Voſſianis ad eamdem Il. Scholiis, inde colligitur, Heſiodum Homero recentiorem eſſe *k)*, quod ille nudos decertantes athletas induxerit. Quamquam vnctos in gymnaſiis ephebos quod attinet, ἔμματα ſ. faſcias, dum citra ventrem aut lumbos fricarentur, adhibitas, quum aliunde tum e Galeno conſtat de Sanit. Tuend. III, 2.

---

i) v. Mercurialis de art. gymn. I, 8. p. 35. ſ. (ed. 1672.)

k) V. Scholia Veneta ad ill. loc. a Villois. edita.

Dicta caeteroquin a Plutarcho, vt hoc addam, Alcib. p. 192. [c. 2.] ἄμματα non *faſciae*, ſed *manuum* in luctante *nexus;* quas ori admoueret, tamquam eas comeſturus, in quapiam lucta Alcibiades. *Spanh.*

972. ἁρόσους. Vt obſcoenum hic huius vocis vſum *l)* et infra Eqq. 1283. mittam, ἁρόσους et ἁροσώδη dicta de *rebus teneris*, vt hodie adhuc ap. Gallos, *tendre comme la roſée.* Ita pridem ap. Aeſch. 145. ἁροσοῖσιν ἀέπτοισι, *pullis nondum volatilibus*, vbi Schol. τοῖς νεογνοῖς. χωρὶς δ' αὖθ' ἕρσαι, non, vt ibi legitur, χωρὶς τ' αὐτ' ἕρσαι. Eſt enim illud hemiſtichium Homer. Od. I, 222. vbi ἕρσαι dicuntur *teneri agniculi*, ἑρσώδη καὶ ἁροσώδη πρόβατα. Ap. Anacr. od. 29. [v. 9. vbi cf. Fiſch. p. 115.] ἁπαλὸν δὲ καὶ ἁροσῶδες *tenerum et inſtar roris.* Ἁρόσους vero de *aqua fluuiatili* dicitur Ran. 1377. *Spanh.*

973. Φυρασάμενος τὴν φωνήν. In Auu. 234. μαλθακὴν ἔντα γῆρυν. *Bergl. frangebat, molliebat vocem;* ἑρασὴν ſic ſine ἂν habent et R. L., at cum ἂν C. Ib. *m) Ern.* Senſus eſt: nec voce molliter fracta et ipſe ſe oculis (amatoriis) pelliciens amatorem adibat. Bene Wil. — und ſchmiegte ſich nicht — mit einem mädchenhaft zärtlichen Stimmchen und buhlenden Augen ſeinem Eraſten an, als wollt' er ſich ſelbſt verkuppeln.

975. (vulg. 977.) V. Suid. V. Ῥαφανίς et Schol. ad Ran. 878. vbi hic locus adducitur. *Kuſt.* v. Heins. ad Theocr. c. 13. *n)* ῥαφανίδα Tho. M. [p. 776. f.] docet eſſe, qui alias ῥάφανος dicitur Graecis. Sed Attici ῥάφανον dicunt de *crambe.* cf. Schol. ad Plut. 544. et Suid. h. v. *Ern.* κεφάλαιον

---

l) De pube tenera. cf. Stanlei. ad Aeſch. Agam. 145. *Harl.* ἁρόσους καὶ χνοῦς eſt hendiadys pro, ἁροτερὸς χνοῦς, *tenera, mollis lanugo.* Sic enim ἁρόσος et ἕρση cum Adiectiuis dicuntur. *Ern.*

m) Scilicet ἑρασὴν ἂν eſt in edd. vett., vt et in codd. Elb. et Bau. ſed Kuſt. iam deleuit ἄν, quod et deleri iuſſerat *Bentl.*, inepte verſui integro adnexum.

n) In Heinſii Emendd. et Not. ad Theocr. (1603. 8.) ad Id. 13. non inueni, quod huc pertineret, ſed in Caſauboni lectt. Theocr. c. 13. p. 99. f. (ed. Commel. 1596. 8.) explicatur κιχλίζειν, quod ſequitur. Propr. eſt noſtr. *Lippich*, hinc dicitur et de aliis herbis, quarum folia ſunt crispa.

τῆς ῥαφανίδος. Non proinde vt supra Plut. 544. ἀντὶ δὲ μάζης φύλλ' ἰσχνῶν ῥαφανίδων. *Spanh.* κεφάλαιον ῥαφ. est *nucleus raphani.* v. Salmas. Exercitt. Plinn. p. 1168. add. Suid. V. Ῥαφανὶς ibique Kust. *Harl.*

976. Lucem huic loco foenerantur alterius Comici Athen. verba, Eubuli nempe ap. Athen. VIII. p. 347. [T. III. p. 280. ed. Schweigh. o): Ἀμύλων παρόντων (quamuis adsint placentae), ἐσθίουσ' ἑκάστοτε Ἄνηθα καὶ σέλινα καὶ φλυαρίας Καὶ κάρδαμ' ἐσκευασμένα — nempe consuetum illum, iuxta superiora Arist. verba, sed tum exoletum ac vilem vett. Athenn. cibum. *Spanh.*

977. Loci huius mentionem facit Athen. VIII. p. 345. F. [T. III. p. 274. Schw.] et Plutarchus in libello ὅτι διδακτὸν ἡ ἀρετὴ [c. 2. T. II. P. II. p. 795. f.] ed. Wytt. *Kust.* ὀψοφαγεῖν — κιχλίζειν. Prius vertendum fuerat, *neque piscibus vesci*, pro, *obsonia edere* vel *vorare*, vt hic a Frischlino et a Dalechampio in not. ad Athen. factum p). ὄψον enim et ὀψάριον et ὀψοφάγος de *piscibus* et eo *qui pisces comedit*, ab Athenn. olim dictum, e plurimis vett. Comicorum ap. Athenaeum locis, vti ad eum vidit etiam Casaub., sat liquet. Sic ὀψοφάγος Timocles ap. Athen. VIII. p. 341. τοὺς ἰχθυοπώλας οὗτος τιμῶν πλουτιεῖ Ὀψοφάγος — Sic ὀψονόμοι ap. eund. Athen. VI. p. 228. aediles, quibus cura erat vendendorum piscium, et ibidem [p. 377. T. II. Schw.] scripta a quodam Cynico [Lynceo] τέχνη ὀψωνητική *ars pisces condiendi.* Quod vero ephebi Athenn. olim abstinuisse ab esu piscium hic dicuntur, id etiam factum videtur ob eamdem πρὸς τὰ ἀφροδίσια conditorum id genus piscium facultatem, et quod ille piscium esus inter praecipua et maxime delicata Athenn. fercula, vt ex variis eorumdem Comicorum ap. Athen. locis et aliunde praeterea liquet, habitus. Vt mittam, quod nusquam piscibus vescentes in eorum coenis heroas, velut cibo, qui ea grauitate et amplitudine viros non deceret, in-

o) Ἄνηθον est germ. *Till*, σέλινον videtur esse Apium graueolens Linn., *Celeri* Italorum et nostrum. *Harl.*

p) De vsu piscium capit Athen. VIII, 7. de opsonio largiori malim capere; nam et ὀψοφάγοι ὀψοφαγίσταοι Xen. Mem. Socr. III, 13. et 14. sunt, qui largius obsoniis vtuntur. *Ern.* Sed nostri loci alia est ratio.

ducat Athenaeus, iuxta eumdem Athen. I. p. 14. Verbum autem κιχλίζειν e duabus, quas obtinet et recenſet Schol. *q)* ſignificationibus, nempe *turdos edere*, et *indecenter ridere* vel *cachinnari*, vtrauis poteſt hic intelligi; priore quidem, quod de parco vett. ap. Athenn. ephebo-rum victu et proinde a delicato id genus turdorum eſu alieno hic agitur: altera vero, quod immoderatus ille riſus modeſtos ac verecundos ephebos neutiquam deceret. Quo poſtremo etiam ſenſu ab Ariſt. in Thesmoph. vſurpatum docet Athen. III. p. 177. ſed qui verſus in ea quae exſtat hodie illius nominis fabula non comparet et proinde in priori illius editione legebatur [v. Fragm. III. Brunk.]: qua ſignificatione caeteroquin exſtat idem verbum in vet. epigr. Anth. VII, 63. κιχλίζεις, χρεμέτισμα γάμου προκέλευθον ἰεῖσα *laſciue rides, hinnitum nuptiarum primitias edens. Spanh.* Suid. V. ἴσχειν hoc pro ἔχειν poni monet. *Herm.*

978. (vulg. 980. H. 982.) ἀρχαῖα κ. τ. λ. Quae de antiquiſſimo hoc Athenn. feſto *r)*, cuius meminit Comicus infra Pac. 419. dicenda occurrebant, occuparunt iam qui de feſtis Graecorum egerunt Caſtellanus et Meurſius. Eadem vero cum Βουφονίοις, de quibus v. ſeq. fit mentio, fuiſſe, ex Aeliano et Heſych., adde et ex Scholl. ad poſteriorem Comici locum, liquet; vti et ad priorem, niſi quod ibi pro ἐν τῇ ἑορτῇ Διονυσίων legendum omnino ſit Διιπολίων *s)*. *Spanh.* Aut vna ſyllaba legendum vel pronun-

---

q) Suidas etiam V. Κιχλίζειν duplicem adfert interpretationem τὸ κίχλας ἐσθίειν et τὸ ἀτάκτως γελᾶν. Priorem probaſſe videtur Suid. eamque ſequutus eſt Brunk. in verſione latina; nec immerito, quoniam hic agitur de parco epheborum victu. Pro *ſuauiter* vel *laſciue ridere* vſus eſt Theocr. XI, 78. v. Caſaub. L. Theocr. c. 13. p. 108. *Harl.* Ita etiam Wil. *Noch Fiſch' und Droſſel – Speiſen.* De altera ſignif. v. Zonar. T. II. p. 1210. vnde emendandus Photius ap. quem perperam Κιχλησμός.

r) Διιπολιώδη a Διιπόλια, quod erat feſtum Iouis, vnum ex antiquiſſimis, vt dicit Schol. v. Pac. 419. *Bergl.*

s) Διιπόλια et Βουφόνια fuerunt diuerſa eiusdem feſti Ioui Πολιεῖ ſacri nomina. Cf. Pauſan. in Attic. [I. c. 24. et 28.] p. 57. et 70. ed. Kühn. Aelian. V. H. VIII, 3. ibique Kühn. et Periz. Meurs. in Graecia Feriata hh. vv. *Harl.* Scilicet antiquitus ap. Athenn. vetitum erat boues (quorum in agricultura

ciandum Διπολ. (Διπόλια sunt ap. Hesych.) aut tetrabrachys pro anapaesto est, vt supra 913. cf. ibi dicta. *Ern.* Διπολιώδη [vt Br. Herm. Schütz. ediderunt] A. B. Vulgo Διπολιώδη vt sit proceleusmaticus pro dactylo. Placet forma contracta *t)*. Διπόλια vt Διθύραμβος, Διάσια, quorum prima itidem producitur. Huius festi, vt et cicadarum, quas olim Athenienses cincinnis inserebant, et Cecidae poëtae dithyrambici vetustissimi mentione significat iniustus orator, omnia quae aduersarius dixit, stulta et inepta esse, antiquam simplicitatem referentia. De cicadis aureis, quas in comae vertice prisci Athenn. gerebant, vid. Thucyd. I, 6. *Brunck.* Brunkium sequuti sumus. Ita ap. Pind. Δί monosyllabum est, Pyth. VIII, 142. Nem. I, 111. atque idcirco scribi etiam debet Δί. Nihil enim aliter scribebant Graeci, quam pronunciarent. Reizius διπολιώδη hic dictum putabat a δὶς et πολιός, quasi bis cana et peruetusta. Et, puto, primam syllabam propter multitudinem breuium syllabarum productam existimabat. In quo errauit. Nam prima huius verbi syllaba sic demum produci posset, si in arsi collocata esset, quod hic non est. V. de metr. l. 1. c. 20. *Herm.*

τεττίγων. Quae velut ἀρχαῖα adducuntur, vt Eqq. 1328. *v)* ὁ δ' ἐκεῖνος ὁρᾷς τεττιγοφόρος, ἀρχαίῳ σχήματι λαμπρός. Contrita vero sunt, quae de prisco illo Athenn. more, e Thucyd. aliisque antiquis auctoribus et duobus his ap. Arist. locis, Aeliano praeterea, Athenaeo, et priscis Grammaticis sunt in literas relata. *Spanh.*

979. Κηκείδου. Hunc fuisse antiquum dithyrambicum poëtam, docet Schol. Forte autem praeterea eius meminit, quia vnum ex canticis illis, quorum initia paullo an-

---

summus erat vsus) occidere. Primum caedes bouis facta est regnante Erechtheo a Thaulone quodam festo Diipoliorum. Ab eo inde tempore Βουφονίων nomen dies ille festi accepit, quo bos mactabatur. Wiland. M. A. II, 3. p. 116. f.

t) Cf. Porson. praef. ad Eurip. I. p. LVI.

v) Eum locum, vbi poëta populi Athen. personam ostendit in antiquo habitu, et Thucyd. adfert etiam *Bergl.* Cf. Meursium de Fortuna Athen. c. 1. *Harl.* Nempe paullo ante Thucyd. aetatem defierant Athenn. crines in vertice complicatos cicada aurea munire. v. Wiland. II, 3. p. 118.

te recitabat alter, illius esset auctoris. Etiam *Buphonia* vnum ex antiquis festis esse dicit Schol. *Bergl.*

980. (vulg. 982.) Μαραθωνομάχους. Haec forma est etiam ap. Eustath. p. 1398, 12. Alibi [Acharn. 181.] Arist. Μαραθωνομάχαι, vt et Suid. in Μαραθών *x*). In fin. ἔθρεψε malim [quod Br. et Harl. dederunt.] *Ern.* Nihil frequentius ap. Att. scriptt., quam vbi vett. Athenn. gloriam ac fortitudinem celebrant, vt ad eos, qui in Marathone pugnarunt, continuo prouocent. Quam in rem videri possunt Thucyd., vbi inter alia peculiaris eorum sepulturae, qui Marathone ceciderant, meminit II, 34. et per quos iurat Demosth. p. Cor. p. 175. *y*), Plato in Menex. s. oratione funebri Athenn. qui pro patria obierant p. 240. [c. 10. s. ed. Gottleb.] Isocrates in Paneg. [c. 25.] aliique. Ad quos etiam Μαραθωνομάχους respexit Xenoph. vbi ait Ἱππαρχ. 7, 3. Athenienses maiorum suorum nomine haud minus gloriari, quam Boeoti semet efferunt. Ad de Marathoniam pugnam Plutarchi aetate quotannis adhuc celebratam, nempe d. 6. Boëdromionis, eodem auctore de Glor. Athen. p. 349. [c. 7. T. II. P. I. p. 433. Wytt.] *Spanh.*

981. (987. Br.) Vulgo sic legitur hic versus: σὺ δὲ τοὺς νῦν εὐθὺς ἐν ἱματίοισι διδάσκεις ἐντετυλίχθαι, inconcinne admodum et contra commatum legem. Emendo certissime: σὺ δ. τ. ν. εὐθὺς ἐν ἱματίοις προδιδάσκεις ἐντ. Compositum προδιδάσκειν vice simplicis est, vt 475. Sic v. 960. προμαθεῖν nihil plus valet, quam simplex μαθεῖν *z*). Cf. Not. ad Lys. 408. Conc. 609. Vacat in his compositis, vt in multis aliis, praepositio. Eqq. 518. διαγιγνώσκων. Vesp. 718. Bdelycleon patri suo dicit: ὡς πάντα ταῦθ' ἁμαρτάνεις. Henex respondet: ἐξαμαρτάνω δικάζων *a*), vbi manifestum est, ἐξαμαρτάνειν non plus valere quam praecedens ἁμαρτά-

---

x) Vtramque formam etiam *Bergl.* adnotauit.

y) P. 297. ed. Reisk. s. c. 60. Harl. v. Taylor. not. praemitt. p. 35. fs. ed. Harl. et Valcken. ad Herod. IX, 27. p. 705.

z) Add. Harles. in Anthol. poet. gr. p. 7. et 121.

a) Eodem modo sibi ἁμαρτάνειν et ἐξαμαρτάνειν respondent Plat. Alcib. I. c. 29. Nürnb. s. c. 59. Biest.

γειν, vt et διαγιγνώσκων nihil aliud quam γιγνώσκων. *Brunck.* Emendationem confirmat cod. Rau. Itaque receperunt *Inu. Sch. Herm.* ἐν ἱματίοις ἐντετυλίχθαι *b*). Ad habitum respexit a philosophis ea aetate Athenis inductum, vt reiecto e dextro in sinistrum humerum pallio atque ita eo duplicato se inuoluerent, quum antea ac dein etiam, vt a Tertull. dicitur de pall. c. 11. *ab vtroque laterum regestus foret*, et ita etiam, vt ad eum locum obseruat Salmasius ac vel e statuis antiquis obuium, a viris πολιτικοῖς s. vitam illam Cynicam haud professis, retentus. Quamquam ex hoc Comici loco liqueat, non a Cynicis solum sed a Socrate quoque eiusque discipulis, eumdem duplicati pallii, quo ii se inuoluerent, habitum adsumtum; tum praeterea non Diogeni, vt in eius vita Laërtius VI, 22. neque Crateti, iuxta Tertull. in dicto libello, sed Antistheni potius, vt id a Laërt. in eius quoque vita monitum VI, 1, 13. duplicis illius et inuoluti pallii inuentum esse tribuendum. Diogenes enim quatuordecim annorum tantum erat, natus quippe Ol. XCI, 4. quando obiit Socrates Ol. XCV, 1. *Spanh.*

982. ὥστε μ' ἀπάγχεσθ' *c*). Dawesius [M. Crit. p. 267.] legi volebat ὥστε μ' ἀπάγχειν, et supra v. 782. πρὶν τὴν ἐμὴν καλεῖν, vbi ad librorum omnium fidem dedimus καλεῖσθ', vt hic ἀπάγχεσθ'. Scilicet censebat ille diphthongum ante syllabam breuem numquam elisisse poëtas Atticos. Verum est, exempla istiusmodi elisionis rara esse: sunt tamen ab omni deprauationis suspicione ita semota, vt contra codd. nihil immutari debeat *d*). Canonem illum ignorabat Bentleius, qui in Menandro p. 86. versum sic emendat: καίτοι τί λογίζομ' ὁ κακοδαίμων προσδοκῶν; Ta-

b) De duplicatione pallii, quam philosophi, praecipue Cynici sub id tempus induxerant, accipit Salmas. ad Tertull. de pall. p. 599. *Duck.* Ego potius ceperim de *ampla veste, velis*, vt Cic. ait Catil. II, 10. *non togis*, quibus non vestiuntur homines, sed inuoluuntur; quae sunt molliorum hominum *Ern.*

c) ἀπάγχεσθαι pro *cruciari*. Vesp. 693. ὃ μάλιστα μ' ἀπάγχει Acharn. 125. ταῦτα δῆτ' οὐκ ἀγχόνη. Sic et πνίγεσθαι Nub. 1035 *Bergl. vt disrumpar ira.* v. Periz. ad Aelian. V, 8. *Ern.*

d) Dawesii sententiam oppugnauit Koenius ad Greg. Cor. d dial. §. 113. p. 72. add. infra ad v. 1185. not. *Harl.*

men quia καλεῖν et ἀπάγχειν tam bene ad ſententiam ponere potuit Comicus, ea, ſi vel vnus codex adſtipulatus fuiſſet, lubens recepiſſem. In C. ſcriptum, quod nunc primum animaduerto, ὥς᾽ ἔμ᾽ ἀπάγχεσθ᾽ — Gl. τότε δηλονότι. In meo gl. πνίγεσθαι. *Brunck.* Merito a Daweſio, ſedulo illo quidem, ſed tamen ſaepe male ſedulo conſuetudinis Atticorum poëtarum obſeruatore, Br. diſceſſit. *Herm.*

983. τὴν ἀσπίδ. *e*). Haec ad ſolitum in pompa Panathenaica ap. Athenn. morem reſpiciunt, iuxta quem armati iidem, clypeo nempe et haſta, in ea procedere ſoliti, vt id docet, vbi de ea pompa agit, Thucyd. VI, 58. μετὰ γὰρ ἀσπίδος καὶ δόρατος εἰώθεισαν τὰς προπομπὰς ποιεῖν. Quod occupauit iam Meurſius de Panath. c. 21. Quomodo caeteroquin celebris inter Graecos exſtitit apud Argivos, isque Iunoni ſacer, ἐξ Ἄργους ἀσπίς, *ex Argis clypeus*, idemque inde Ἥρας Ἀσπὶς *Iunonis clypeus* (item ap. Pind. Ol. VII. [152.] ἐν Ἄργει χαλκὸς *aes in Argis*) et inde ſolemnis agon eo nomine inſtitutus, cuius haud infrequens occurrit mentio in marmoribus antiquis, vt ad Callim. vidimus p. 570. [p. 647. ſ. T. II. Ern.] *Spanh.* — προέχων *f*). Quum praecedat pluralis αὐτούς, τὸ προέχων

---

e) Clypeum praetendit, forte quia habet κωλὴν μεγάλην, qualem paullo poſt et Phidippidem habiturum dicit, ſi ſectetur diſciplinam τοῦ ἥττονος λόγου. Caet. quum inferatur poſt plurale αὐτοὺς ſingulare ἔχων, ſubaudiendum eſt τὶς *aliquis*. *Bergl.*

f) Hoc difficile eſt. Schol. ait notandam eſſe ſyntaxin, quod quum plurale anteceſſerit, ſequatur ſingulare; adde, quod pluralem accuſatiui ſequatur nominat. ſingularis. Itaque anomalia non ſolum eſt in numero, ſed etiam in caſu. Biſetus exiſtimat leg. προέχειν, vt ſuppleatur ὁρῶ vel vt pendeat a διδάσκεις, quod praeceſſit. Poſſet etiam videri προέχων corruptum ex προέχουσ᾽ *praetendunt, obtendunt*. τὴν κωλὴν Schol. ad v. praec. et Biſet. accipiunt *pudenda*, Lex. Conſt. h. v. et προέχω, *pedem*. Et ſic quoque Schol. ad h. v. ait enim ἔμπροσθεν τῶν ποδῶν. In notulis Scal. ſcribitur in vet. eſſe προέχει σ᾽. Hoc quidem coniecturam de προέχουσ᾽ confirmat. Sed quid faciemus τῷ ἀμελῇ? Scriptum eſt ibid. vt et ap. Schol. in aliis eſſe ἀμέλει τ. τρ. Equidem ſiue ἀμέλει, ſiue ἀμελῇ legas, locus obſcuritate non caret. Nam quam ſignificationem poſſit habere τὸ ἀμέλει, exputare non poſſum. ἀμελῇ autem ne apud vilum quidem lexicographorum reperio — Poſſet forte non abſurde dici, leg. eſſe ἀμελεῖ᾽ per apoſtrophum, vt ſit Datiuus ab ἀμέλεια. Nam poëtae etiam ſeq. conſonante apoſtrophum admittunt. v. in Porti Lex. Dor. V. ὧν· qua ratione bene conſtabit ſenten-

absque ſoloecismo ei ſubiungi nequit. Quare non dubito, legendum eſſe προέχωσ', quod pendet a praeced. ὅταν. *Bentl.* Ad προέχων ſubauditur τις, vt millies. *Brunck.* ἀμέλει, quod liber Rau. habet, videtur e veteri ſcriptura ortum, qua pro η vſurpabant ε. Quare vulg. lectionem ἀμελῇ, in qua τὶς intelligendum eſt, cum Br. ſeruauimus. *Herm.* L. Ia. προέχοντας. *Ern.* — ἀμ. τ. Τριτογεν. *Non reſpicit Palladem:* nec pudet eum, ſaltantem in feſto Palladis cum armis, ad tegendum veretrum vti clypeo, non autem ad complementum ipſius *armatae ſaltationis;* quum enim clypeus ſit geſtamen Palladis, ipſa dea dedecore afficitur, quum eius arma ita dehoneſtantur. *Bergl.* Nimirum iuuenes armati, qui pompam proſequebantur, erant nudi brachiis et cruribus, ſago breui induti; et antiquitus clypeis pectus tegebant, non inferiores partes, quod nunc fiebat. *Wil.*

985. κἀπιϛ. (ἐπιϛήσει) *ſcies, diſces* —

βαλανείων ἀπέχεσθαι. De vſu balneorum, a quibus abstinerent olim frugi homines, egimus ad Plut. 85. Vnde etiam eadem a nautis ac militibus in triremi Athenn. frequentari ſolita, velut inuſitatam luxuriam redarguit inter alia Demoſth. adu. Polycl. p. 671. [p. 1217. T. II. Reisk.] καὶ λοῦσθαι ἐν βαλανείῳ, τρυφῶντας δὲ ἐπιβάτας. Singularis vero eſt hic Comici locus, iuxta quem ab adeundis balneis olim Athenn. ephebi arcebantur. Cuius rei haud vna erat ratio, ſeu quod otioſi in balneis ſederent magnam diei partem, ſeu quod multa contra verecundiam et modeſtiam in iis, ob promiſcuum eorum vſum fierent, antiquiſſimis etiam ac heroicis temporibus ignota eadem fuerint, vt tradit Athen. I. p. 18. Adde, quod iis poſtea tantum, iuxta eumdem IV. p. 178. vterentur, vbi ad conui-

---

tia: προέχουσι τὴν ἀσπ. τῆς κωλῆς ἀμελείᾳ Τριτ. Sed ap. Ariſt. nondum hoc inueni et eſt alioquin ſatis durum. Itaque forte verius eſt, retinendum προέχων, quod Schol. agnoſcit, et pro ἀμελῇ leg. ἀμελεῖ, pro προέχοντες ἀμελοῦσι. Saue etiam Steph. et Conſtantinus videntur ita legiſſe, qui in ἀμελέω (ex Ariſt. Nub. II. Steph. nam Conſt. hoc non addit) laudant, dici etiam eam vocem cum participio, vt ἀμελῶ προέχων. In quo etſi falli eos puto, quod ἀμελῶ iunxerunt cum προεχων, quod cum Τριτογ. iungendum ipſa ſententia oſtendit, tamen apparet, quomodo h. l. legendum exiſtimauerint. *Duck.*

via prodirent, ne ſudore ac puluere ſordidi ad ea accederent; eadem ſanitati caeteroquin obeſſent, vbi iis ita adſueſcerent, vt non niſi poſt lotionem cibum caperent. Quod vtique Titi imperatoris exemplo confirmat lib. de Sanit. tuenda Plutarchus, p. 123. [c. 3. extr. T. I. p. 486. ed. Wytt.] πολλοὺς δὲ καὶ λοῦτρον ἀπώλεσεν, οὐδὲν ἐν ἀρχῇ μέγα κακὸν ἔχοντας, ἀλλ' ἢ τὸ μὴ δύνασθαι μηδὲ ὑπομένειν γεύσασθαι τροφῆς ἀλούτους, ὧν καὶ ὁ Τίτος ἦν, ὡς φασὶν οἱ νοσηλεύσαντες (qui eum aegrum curarunt. Mitto quod de alio *balnei* ſ. *lauacri* vſu tangit ap. Plat. in Phaed. p. 115. [c. 63. extr. Fiſch.] Socrates: nempe adeſſe ſibi propemodum tempus τραπέσθαι πρὸς τὰ λουτρὰ *eundi ad lauacra* ſ. *balnea:* id enim, quod addit, conſultius ſibi videri, vt iam lotus cicutam biberet, ne mulieribus, vt ſe mortuum lauarent, negotia feceſſeret. Quibus addi poſſunt in genere *balnea, quae in vſum*, vt ait Seneca ep. 85. *non oblectamentum reperta*, et inde antiquitus *obſcura et gregali tectorio inducta*, dein omni luxuriae et ornamentorum genere, quae pluribus deſcribit ibidem, fuiſſe refertа. *Spanh.* Contra ὁ ἥττων λόγος probat et laudat balneas v. 1038. *Bergl.*

986. φλέγεσθαι. Gl. cod. C. ἐντρέπεσθαι. I. ἐρυθριᾷν. *Ern.* Rectius recentt. reddunt *excandeſcere.*

987. ϑακῶν. Scribe ϑάκων cum accentu in penultima, a ϑᾶκος vel potius ϑώκων, vt habet Ms. Vat. U. *g). Kuſt.* ϑακῶν. Sic edd. primariae. Minus bene V. codd. ϑωκῶν *h). Brunck.* ϑάκων recepit Herm. Corrigi debet quod eſt in Lips. ed. ϑάκῶν. — προσιοῦσι tres Regii bene. In meo *i)* προϊοῦσι cum gl. προερχομένοις. v. not. ad Conc. 31. *Brunck.*

988. *k)* Forma κακοεργεῖν rarius vtuntur Attici, quibus familiaris eſt contractio, cui quum adſueti eſſent librarii, mirum non eſt, ſi in V. codd. [etiam in Bau.] ſcriptum

---

g) Etiam Bau. ap. Harl. R. I. ap. *Ern.* qui id ſe ſequutum dicit.

h) Haec varietas eſt quoque Ran. 1570. *Harl.*

i) Etiam in Bauar.

k) Vulgo editum fuit: περὶ τοὺς σ. γ. κακοεργεῖν.

ſit κακουργεῖν, quam formam metrum non admittit. κακοεργεῖν bene dederunt primi editores. Sic Thesm. 56. ex emendatione noſtra *l)* γογγυλίει absque contractione. *Brunck.* Veram lectionem ſeruauit liber Rau. παρὰ τ. σ. γ. σκαιουργεῖν. παρὰ etiam Schol. habuit, recteque interpretatur: μὴ παρὰ γνώμην τῶν σῶν γονέων. *Herm.* Tacite etiam recepit Sch.

989. αἰδοῦς μέλλεις τἄγαλμ' ἀναπλήσειν [vt olim vulg.]. Eſt locus obſcurus *m)*. Schol. monet in quibusdam codd. pro ἀναπλήσ. lectum fuiſſe ἀφανίζειν: quod prae altero amplector. Ms. Arund. habet ἀναπλάσειν ab ἀναπλάσσω, ſed quo ſenſu? Pro τἄγαλμ' autem, metri gratia, per craſin Atticam legendum eſt τᾦγαλμα *n)*. *Kuſt.* Primum e τὸ ἄγ. fit τᾦγαλμα, quod Kuſt. reponi volebat. Pro ἀναπλήσ.

---

l) Pro γογγυλίζει. At magnopere vereor, ne in illo loco alia forma lateat, in qua nihil de more Attici ſermonis recedatur, γογγυλίει. *Erm.*

m) Ita capio haec verba, vt dicat, frugi et continenti ephebo nihil vsquam turpe faciendum, ſed verum pudoris ſimulacrum referat ſ. adimpleat. ἀναπλήσειν nempe ab ἀναπλήθω *adimpleo*, αἰδοῦς vero ἄγαλμα *pudoris ſimulacrum* ſ. *viua effigies, decus, ornamentum*, prout Eurip. Iph. T. 275. Νηρέως ἀγάλματα *Nerei propago* dicitur, et ap. vett. ἄγαλμα de quouis ornamento, quo quis delectaretur, iuxta breuia ad Hom. Scholia Il. δ, 144. *Spanh.*

n) Diuerſae lectionis in h. v. meminit Schol., cuius in codd. nec in gloſſis ne minimum quidem exſtat veſtigium, τἄγ. ἀφανίζειν. Qui eam probauit Kuſterus, ſaltem ostendere debuiſſet, quo pacto vniuerſae huius loci ſententiae accommodari poſſit. Sane iuſtus iſte orator ineptiſſime rationem concludere mihi videatur, ſi dicat: *diſces nihil turpe quidquam admittere, quia debes pudoris ſignum abolere.* Qui ἀφανίζειν audacter et imperite olim Comico obtruſerat, legebat procul dubio: ἄλλο τε μηδὲν αἰσχρὸν ποιεῖν, ὅ τι τῆς Αἰδοῦς μέλλει (vel μέλλει) τἄγ. ἀφανίζειν. Sed hoc nihili eſt. Quod autem Kuſt. addit, metri cauſa leg. eſſe τᾦγαλμ', in eo ridicule fallitur, ex ignoratione, quae poëtae graeci editori vix condonàri poteſt. τἄγαλμα per craſin ex τὸ ἄγ. factum primam producere tironibus etiam notum. Eumdem tamen hunc errorem ſaepius errauit: vid. eius not. ad Conc. 442. ob quam a Daw. correptus fuit. Solent autem Attici articuli τὸ cum ſequ. α craſin facere in α, non in ω. Soph. Oed. T. 556. τἀληθές, ib. 111. τἀμελοῦμενον, Antig. 275. τἀγαθόν, ib. 1059. τἀδικεῖν. Menander ap. Stob. Floril. Grot. p. 20. τυφλόν τι τἀνύητον — Centum paginae ſimilibus exemplis repleri poſſent. *Brunck.* in Add.

L. C. I. ἀναπλάσσειν, et gloſſis interpretantur, τύπωσιν ποιεῖν, ἐργάζεσθαι, τύπον ἔχειν, ποιῆσαι ἐν τῇ σου διανοίᾳ. ἄγ. αἰδ. eſt, *ſpecimen pudoris, pudor verus, non adumbratus: explere* vel abſoluere ſpecimen pudoris, eſt, omnia facere quae ſunt veri pudoris, eaque re fieri exemplum pudoris. Haec miror non intellexiſſe Duker. [in not. mſs.] et Kuſt., et propterea hunc praetuliſſe ἀφανίζειν, quam lect. etiam Scaliger in cod. vet. repertam dicit o), in qua requireretur etiam ὅ, τι et μέλλει. Sed nec hoc intelligebat Duk. *Ern.* Quid τἄγ. ἀναπλήσειν ſit, nemo vmquam dixit, neque dicet. In membr. μέλλεις τἄγ. omiſſo verbo. In meo: ὅτι τῆς αἰδ. μέλλεις πλάσσειν, omiſſo ſubſt. nomine et ſimplici verbo pro compos. inuecto: gl. τυπώσειν. In C. τἄγ. ἀναπλήσειν cum gl. τυπώσειν, ἐργάσασθαι p). Demum in B. ſcriptum perſpicue τἄγ. ἀναπλάσσειν. Ad Atticismi normam oportuit ἀναπλάττειν, quod repoſuimus. Nomen αἰδὼς Aeſchini reſtituam in loco deprauatiſſimo Or. c. Timarch. qui ſic vulgo legitur ed. Reisk. p. 98. καὶ αὐτὸν ἀντὶ τούτων ἡδονάς τινας παρασκευάζειν τοῖς τὸ ἀργύριον προαναλίσκουσιν; Quid, malum, ſibi vult iſtud τὸ ἀργύριον? Nihil abſurdius, nihil a ſententia et veritate rei, de qua ibi agitur. Debetur id imperitiae librarii, qui quum exemplaris quod deſcribebat, ſcripturam non discerneret, temere inepteque τὸ ἀργύριον inuexit. Eo non acutior fuit Reiskius. Legendum: τοῖς τὴν αἰδῶ προαναλίσκουσιν. *Brunck.* Reizius in praef. ad chreſtom. graec. (L. 1779.) legebat: ὅ τι τῆς αἰδοῦς μέλλει τἄγαλμ' ἀφανίζειν p). Poſtea autem probabat Br. correctionem: ὅτι τῆς Αἰδοῦς μέλλεις τἄγαλμ' ἀναπλάττειν, quae eſt etiam lib. Rau. lectio [ideo recepta ab Inu. Sch. Herm.] Schol. ad v. 992. hoc habet: ὅπερ μέλλει μολύνειν τὴν αἰδῶ· vnde eum legiſſe patet: ὅ τι τῆς αἰδοῦς μέλλει τἄγαλμ' ἀναπλήσειν r). Nam ἀναπλήσας, inquit

---

o) Immo *alii*, quos memorat, referuntur ad Scholia.

p) Codicis (quinti) ſcriptura eſt: ὅτι τ. αἰδ. μέλεις ἄγαλμ' ἀναπλάσσειν. Verba τ. αἰ. ἄγ. gloſſa exponit: ἡ αἰδὼ περιφρατικῶς· poſtque, τύπον ἐργάσεσθαι. His abunde confirmatur noſtra lectio. *Brunck.* in Suppl.

q) Hoc ſenſu: *neque aliud quidquam turpe facere, quod obſcuraturum ſit laudem et decus pudoris. Harl.*

r) Et hanc lectionem praetulit Coray ad Heliod. T. II. p. 123.

Suidas, *ἀναπληρώσας· ὁ δὲ Πλάτων ἀντὶ τοῦ μολύνας.* v. Ruhnken. ad Tim. p. 31. Tamen ea non videtur huic loco apta esse: nam quae Ruhnk. exempla attulit, in iis omnibus genitiuus adiectus est eius rei, qua quid impletur et foedatur. Quare praeferendam duxi Br. et libri Rau. lectionem, cuius hic sensus est: nihil omnino turpe decet committere, qui modestiae exemplum exhibiturus iis. Voc. *ἄγαλμα* significationem et vsum multis vett. scriptt. locis illustrauit Ruhnk. ad Tim. L. Plat. p. 5. ss. e quibus quidam bene possunt cum nostro comparari, vt haec Iuliani Or. III. p. 123. *ἐδόκουν — ἄγαλμα σωφροσύνης ὁρᾶν. Herm.*

990. *εἰς ὀρχηστρίδος.* Attice. Subaudi *οἶκον* aut simile. Ita supra 959. *εἰς κιθαριστοῦ. Bergl.* De voc. *ὀρχηστρὶς* v. Tho. M. p. 658. Locum hunc citat Suid. V. *Ἀποδρυσθῆς*, V. *Ἄχρηστα*, et V. *Εἰσάττειν*, vbi pro *εἰσιέναι* [vulg.] legitur *εἰσάττειν*, quae diuersitas notanda est. Forte *τὸ εἰσιέναι* est Scholion *τοῦ εἰσάττειν*, vt vocis minus notae nec aeque frequentis: quod postea, vt saepe fieri solet, ex margine in textum irrepserit. Apud eumdem tamen Suid. V. *Μήλῳ βληθείς*, vbi itidem locus hic citatur, habetur *εἰσιέναι*: quod tamen coniecturam ante dictam euertere nequit. *Kust.* Huc spectat lectio codd. I. *εἰσάγειν*, quae hic locum non habet, nisi legas *εἰσαγαγεῖν. Ern. εἰσάττειν* [vt Br. Inu. Sch. Herm.]. A. B. *εἰσιέναι*, vt in impressis, e gloss. Meus *εἰσάγειν*, quod deprauatum est e genuino *εἰσάττειν*. Hoc e Suida [consentiente cod. Rau.] reposui, monente Dawesio *s)*, cuius notam vide. Ap. Suid. tribus in locis

---

hoc sensu: *μηδὲν αἰσχρὸν ποιεῖν ὅ τι μέλλει* s. *μέλλοι μολυνεῖν τὸ ἄγ. τ. αἰδ.* et Bruskii emendationem repudiat. Antea iam idem probauerat *Harl.* et verterat: *quod pudoris decus, praestantiam, sit polluturum,* vulgatum autem idem ita erat interpretatus: *quia pudorem praestantem* s. *amabilem inquinabis, pollues.* In cod. Elb. est *ἄγαλμ' ἀναπλάσειν*, in Bau. (vt in Br. cod.) *πλάσσειν*, omisso voc. *τὸν*.

s) Vltima syllaba v. *εἰσιέναι*, quamquam vocalis sequitur, produci nequit. Ter a Suida laudatum *εἰσάττειν* vox est nihili. Sed ex eius vestigiis colligenda est germana scriptura *εἰσαίττειν* vel *εἰσάττειν*. Ponitur autem hoc verbum Attica crasi pro quadrisyllabo Ionico *εἰσαϊσσειν* (cum digamm.) et valet *irruere, insilire*. Gloss*e*ma *εἰσιέναι* tantumdem est, quod alterum illud Suidae *εἰσελθεῖν*. Dawes. M. Cr. p. 228. ss. Add. Abresch.

εἰσάττειν ſcriptum ſine ι ſubſcripto, quod veteres negligebant. v. Piers. ad Moer. p. 300. In C. hic rurſus lacuna eſt, continuata ad hunc modum ſcriptura: τἄγαλμ' ἀναπλήσειν. καὶ δειλότατον ποιεῖ τὸν ἄνδρα. Deſunt ſcilicet omnia a v. 996. (990.) vsque ad medium v. 1046. (1036.). *Brunck.* Cod. quint. [atque etiam Elb. ap. Harl.] εἰς ὀρχηστρίδος εἰσάγειν. Gl. ἑαυτόν. *Idem* in Suppl. Suid. in Ἄχρηστα et Εἰσάττειν habet εἰσάττειν, ſed in Ἀποθραυσθῆς· μὴδ' εἰς ὀρχηστρίδος εἰσάττης (τουτέστιν εἰσέλθῃς), μήποτε τῆς εὐκλείας ἀποθρ. MS. Barocc. 43. et 127. εἰσάγειν, illud cum gl. εἰσέρχεσθαι, hoc ἑαυτόν. Verbum ἄσσειν ſaepius obſcuratum librariorum imperitia, vt v. 1301. et in Pind. Ol. XIII, 153. vbi nos certiſſima coniectura pro ἀνάσσων reponendum docuimus ἀνᾴσσων. Eodem modo in Aeſch. Agam. 76. legendum eſt: ἐντὸς ἀνᾴσσων, vbi hactenus magno ſententiae detrimento ἀνάσσων legebatur. *Herm.*

991. Μήλῳ βληθείς. Virg. [Ecl. III, 64.] *Malo me Galatea petit laſciua puella.* Theocr. VI. [6. f.] Plato ap. Laërt. III, 32. Τῷ μήλῳ βάλλω σε· σὺ δ' εἰ μὲν ἐκοῦσα Φιλεῖς με Δεξαμένη παρθενίης μετάδος t). *Bergl.* ἀποθραυσθῆς in h. v. et in Μήλῳ βλ. vbi interpretatur ἐκπέσῃς. *Ern.*

992. (vulg. 994.) Ex h. l. patet, *deliros* et *decrepitos* v) ſenes apud Graec. olim dictos fuiſſe Ἰαπέτους, quod nimirum Iapeto nihil crederetur antiquius. V. quae hac de re notauit Sam. Bochartus Phaleg III, 1. init. *Kuſt.* Ἰάπετον, i. e. μωρ'ν, ἀρχαῖον. v. Suid. et Hes. h. v. Caet. L. et Ia. habent καλέσας, male. *Ern.*

993. μνησικακῆσαι *exprobrare* vertit Friſchlin. x), bene, vt opinor. L. et Ia. habent μνησικακήσῃς, ſed Infinitiui praecedunt. *Ern.*

Anim. ad Aeſch. I. p. 28. et Toup. Emm. in Suid. et Hes. IV. p. 284. qui Daweſium male hic agere cenſet, et εἰσάττειν tuetur (ſine nota).

t) Plura eiusmodi exempla collegit Vrſinus in Virg. cum gr. ſcriptt. collato p. 33. ſ. *Harl.*

v) V. Hemſterhus. ad Lucian. I. p. 206. *Harl.* Eadem ratione quo Κρόνους vocant deliros ſenes; nam Iapetus eſt Saturni frater, vt conſtat ex Theogonia. *Bergl.*

x) Alii reddunt: *meminiſſe malorum* illius aetatis, quae te

905. (997. vulg. 999. Herm., 1001. Br.) Citat Suid. V. Τοῖς Ἱπποκράτους. *Kuſt.* De filiis Hippocratis exſtat in Scholl. locus Eupolidis, quem adduxi ad Plut. 292. De iisdem videtur loqui Noſter Thesm. 279. Opportune adducit Kuſt. [ad Schol.] ex libello Galeni ὅτι τὰ τῆς ψυχῆς ἤθη ταῖς τοῦ σώματος κράσεσιν ἕπεται, hunc locum: οἱ δὲ Ἱπποκράτους υἱεῖς, οὓς ἐπὶ μωρίᾳ σκώπτουσιν οἱ Κωμικοί. *Bergl.* „Ludit facetiſſimus Comicus in ſimilitudine vocum ὑσὶν ab ὗς et υἱέσιν ab υἱεύς. Quod interpretes non ſatis animadvertiſſe videntur." Ruhnken. ad Tim. p. 187. [p. 262. ed. ſec.] *y)* Schol.: οὗτοί εἰσι Τελέσιππος, Δημοφῶν, Περικλῆς, διαβαλλόμενοι εἰς ὑωδίαν. καὶ Εὔπολίς φησιν ἐν Δήμοις· Ἱπποκράτεός τε παῖδες ἐμβόλιμοί τινες Βληχητὰ τέκεα κοὐδαμῶς τοὐμοῦ τρόπου. Hinc intelligendum eſt acumen verſus Thesm. 273. vbi quum Mneſilochus innuat, ſe Iouem et illius domum non pluris facere quam Hippocratis et filiorum contubernium, non immerito videri poſſit verbum, ſi quod aliud, maxime impium in deos dicere. Nec illud tantum fecit Comicus, vt Euripidem taxaret, ſed ſic vbique ſolet, deorum, quos publice colebant Athenn., perpetuus irriſor. Et is Socratem in inuidiam adducere voluerit, immo in capitis periculum quod non eadem cum vulgo de diis ſentiret. — καλοῦσι futurum eſt Atticum *z)*.

---

educauit; der Züchtigungen, die du in der Kindheit erlitten haſt, im Böſen gedenken, *Schütz.*, ſed *Wiland. zu höhnen den Mann, der deine Kindheit gepflegt hat.* Magis etiam a ſenſu recedit Francog.: tu n' oublieras jamais les peines, qu' il a eues à t' élever.

y) Photius Lex. [p. 411. quem huc reſpexiſſe monebat Ruhnk.] Σῦς [vulg. Συσυς], τοὺς Ἱπποκράτους υἱοὺς ἔλεγον καὶ τοὺς Παναιτίου καὶ Μέμνονος εἰς ὑηνίαν κωμῳδοῦντες. Ridebantur Hippocratis filii propter ὑωδίαν. v. Schol. et Athen. III, 17. p. 96. De eo autem non aſſentior Ruhnkenio, quod hunc luſum in vocc. ὑσὶν et υἱέσιν frigidum iocum dicit. Frigide ſane luſit, qui hunc iocum primus inuenit. Sed hic iocus ita ſe vltro cuique obtrudit, vt veriſimillimum ſit, Hippocratis filios vulgo ὗς Ἱπποκράτους audiiſſe, poëtasque vſos tantum eſſe eo, quod omnium ſermonibus tritum reperirent; idque confirmari videtur Photii Athenaeique teſtimoniis. Ariſt. igitur non riſum hoc dicto captauit, ſed vſus eo eſt, vt re, quae iam non magis rideretur, quam proprium cuiusque nomen. *Herm.*

z) Dukerus malebat καλοῦσιν, quod non eſt neceſſe. *Ern.* Probauit recepitque *Herm.* (et cum eo Sch.) atque fut. eſſe monet.

Inepta ſunt quae ad hoc verbum adnotat Schol. — βλιτομάμαν. Perperam in meo cod. βλιττομάμαν *a)*. Peius ap. Suid. βλιττομάμμαν. Egregie fallitur H. Stephanus in Theſauri indice, vbi *poſtulante metro potius legendum eſſe* ait καλέσουσί τε σε βλιτομάμαν. Optime ſe habet codicum lectio. Vltima in καλοῦσι producitur ob ſequentem mediam cum liquida. βλιτομάμαν deriuatur a βλίτον, *blitum*, quod oleris genus eſt omnium inſipidiſſimum et fatuum *b)*, vnde inſulſi et inutiles *blitei* appellantur. Plautus Truc. IV, 4, 1. *Blitea et lutea eſt meretrix, niſi quae ſapit in vino ad rem ſuam.* Gallos vocem ſuam qua ſocordes inertesque homines *blitres*, *belitres*, appellant, hinc deduxiſſe, viris quibusdam eruditis creditum fuit. Sed veriſimilius affertur etymon. *Brunck.* Quare Br. Suidae βλιττομάμμαν peius eſſe dicat, non video. Scribendum βλιτομάμμαν. Poſterior pars huius vocab. a μάμμη vel μαμμία facta eſt, quod matrem ſignificat. V. Lys. 878. ſ. Inde μαμμᾶν Nub. 1387. Eſt autem βλιτομάμμας is, qui infantis inſtar, matrem perpetuo vocantis, ſimplex et ſtolidus eſt. Similiter Μαμμάκυθοι Ran. 990. De blito, inerte genere oleris et nullius ſaporis aut acrimoniae, Plin. XX, 93. Feſtus V. *Blitum*, Nonius p. 80. et 550. Scaliger Coniect. in Varr. p. 135. Inde Plautus in Truc. [loc. ante laud.] et Laberius in Tuſca (ſic enim inſcriptus erat hic mimus, vt ap. Chariſium p. 181., non Tucca vel Tuſcus, vt ap. Nonium p. 80. 135. 137.) *bipedem bliteam belluam.* Inde etiam βλιτάδες γυναῖκες ap. Suid. et Hes. [etiam Zon. II. 293.], quo conuicio vſus videtur Menander, a Plinio commemoratus. *Herm.*

996. λιπαρός γε καὶ εὐανθής, i. e. nitidus et colore vivido vegetoque praeditus; quales eſſe ſolebant illi, qui in gymnaſiis et palaeſtris ſeſe exercebant. V. Salmas. (ſub nomine Franc. Franci) in Confutatione Ant. Cercoëtii p. 183. *Kuſt.*

997. τριβολεκτράπελ'. f. τριοδιοεκτράπελα *plaiſanteries de mauvaiſe grace*, ioci infruniti, quales in triuiis

---

a) L. Ib. βλιττομ. *Ern.*

b) Eadem iam cum Plauti loco adtulerat *Bergl.* et Erasmi Chiliades laudauerat, vt Harduin. ad Plin. T. II. p. 226. *Herl.* Add. Zonar. l. p. 391. vbi βλιττομάμας.

iactantur; aut τριοβολεκτρἀπελα ioci ſcurriles, teruncium valentes. *Reisk.* At repugnat metrum, et Grammaticorum (v. Zon. II. p. 1749.) et codd. auctoritas. Sunt nugae viliſſimae.

998. γλισχαντιλογεξεπιτρίπτου *c*). Formatum id ex vocibus pluribus, ſicut multa id genus compoſita leguntur in his fabulis, et quidem ampliora, vt ἀρχαιομελησιδωνυφρυνιχήρατα Vesp. 220. σιλφιοπραομελιτοκατακεχυμένοι Conc. 1163., vbi ſex continui verſus, ſinguli e compoſitis id genus vocibus conſtantes, leguntur. Quae licentia comicis et dithyrambicis poëtis apud Graecos conceſſa, a latinis vero comoediarum ſcriptt., vt a Plauto ac Terentio, qui ſuperſunt, non vſurpata. *Spanh.*

999. (vulg. 1001. Br. 1005. H. 1003.) Suidas V. Ἀκαδημία dicit, olim eum locum vocatum fuiſſe Ἑκαδημίαν, idque vt probet, locum hunc teſtem citat *d*). Hinc appareret, eum in cod. ſuo Ariſt. hic pro Ἀκαδημίαν legiſſe Ἑκαδημίαν. Caet. Schol. Sophoclis Oed. Col. p. 295. ed. H. Steph. [ad v. 730. ed. Musgr.] cum lectione vulg. conſentit, quippe qui gymnaſium illud ex h. l. Ἀκαδημίαν vocet. *Kuſt.* Ἀκαδ. Sic codd. At Suidas antiquiorem nominis formam ſeruauit Ἑκαδημίαν. De Mineruae ſacris oleis, quae μορίαι dicebantur, v. Meurſium Att. Lectt. IV, 6. *Brunck.* Apud Suid. verba πρότερον διὰ τοῦ ε Ἑκαδημία ἐκαλεῖτο, Diogenis Laërt. ſunt III, 7. quibus ille vtitur, quum attuliſſet locum Timonis (Brunck. Anal. II. p. 70.) οἵ θ' Ἑκαδήμου δένδρει ἐφεζόμενοι κ. τ. λ Itaque Suidas tamen h. l. Ἑκαδημίαν legiſſe videtur. Cuius quidem non tantam duximus auctoritatem, vt a librorum omnium lectione recederemus. Nam Ἑκαδημία, vt clare teſtatur

---

c) Significat prorſus pernicioſum in diſceptatione vili et tenui. cf. Gloſſ. et Schol. Magis ſenſum vtcumque expreſſerunt Wil. (durch die verſänglichen Kniffe Rechtsverdrehender Schelme zu Grunde richten) et Schütz. (nicht von jeder linksrechtsmacherlichzeitverzögerlichhabundgutzerſtörlichen Einrede bey der Naſe herum führen zu laſſen). ἕλκεσθαι eſt, *in ius trahi.* Circumloquutus locum etiam eſt Francog. int.

d) Sed id ductum videtur e Schol., quem exſcripſit Suidas. Itaque non praetulerim hanc lectionem cum Menagio. Nec neceſſe eſt ſcripſiſſe Ἀκαδημίαν, vt eſt ap. Steph. in Ἑκαδήμεια. *Ern.*

Diog., antiquitus ille locus dicebatur, eaque forma nominis consulto vsus videtur Timon, vt antiquitatis rubigo suam in risu captando vim haberet. Sed Arist., qui hic ab isto consilio alienus est, formam adhibuit sua aetate vsitatam, qua etiam Eupolis in Ἀστρατεύτοις vtitur ibid. ap. Diog. et Horat. Epp. II, 1, 45. De vtraque huius nominis scribendi ratione copiose disseruit Menag. ad Diog. p. 141. Quod ad prosodiam eius attinet, quartam syllabam ancipitem ap. Latinos esse constat, ap. Graecos eam non memini correptam legere. Ac prosodiae quidem leges, quum longa est, scribi postulant Ἀκαδημεία, vt editum est in epigr. Theocriti Chii (Brunk. Anal. I. p. 184.). Nam Ἀκαδημία sine diphthongo natura breuem habet hanc syllabam. Sed videtur in hoc voc., quod communis sermonis vsu tritissimum esset, ea obtinuisse pronunciatio, quae non a prosodia esset, sed ab accentu profecta. Qui quam vim in brevibus syllabis producendis habeat, ostendimus I. de metr. c. 23. Similiter supra 370. αἰθρίας. Itaque Ἀκαδημίαν et hic sine diphthongo scripsimus et eam e Theocr. Chio tollendam putamus, vti in Simonidis epigr. Brunk. Anal. I. p. 139. Ἀκαδημίαν scriptum est. In Cic. versu de Diu. I, 13. (*inque Academia vmbrifera* etc.) quarta syllaba brevis est, non elisa vltima. *Herm.* — ἀποθρέξεις *e)*. Cod. (quart. Reg.) ἀποθρέξῃ, forma media, quam in futuris adamant Attici. *Brunck.* in Suppl. Nos recepimus ἀποθρέξει. Ita Ran. 193. περιθρέξει. *Herm.* Recepit et Sch.

1000. στεφ. καλ. λευκῷ reddidit Wiland. *die Stirne mit weiſſen Binſen bekränzt.* Francog. avec la couronne de calamus blanc (aut, d'un roſeau blanc.)

1001. (vulg. 1003., Br. 1007. H. 1005.) Pro μίλακος Ms. Arund. ap. *Kuſt.*, R. L. ap. *Ern.*, quatuor codd. ap. *Brunck.* (in not. et Suppl.), Bau. Rau. σμίλακος *f)*,

---

e) L. ὑποθρέξεις. *Ern.*

f) Quod non neceſſe. Etiam Plin. XVI, 10. Codex vet. *milax*, vbi de arbore est, quam *taxum* vocant. Hic intelligitur *herba coronaria*, similis hederae, quae et *nicoe haros* dicitur. Plin. XXIV, 10. *Ern.* v. Salmas. Exercc. Plin. p. 753. ff. Boden a Stapel ad Theophr. p. 279. *Harl.* Wil. reddidit *Eibenbaum.* Nam voc. varie dicitur, etiam de ilicis quodam genere, et de phaseolo, conuoluulo etc.

quod a recentt. edd. receptum. — ἀπραγμοσύνης. Hic etiam cum v. ὄζειν coniungit vocem, quae rem significat odoris expertem, vt supra 51. et Pac. 530. ὄζει ὀπώρας, αὐλῶν. Vesp. 1062. eleganti metaphora dixit ὄζειν δεξιότητος g). *Bergl.* — De λευκῇ *populo alba* v. Schol. Theocr. II, 121. et Boden a Stapel ad Theophr. H. Pl. III, 14. p. 217. *Harl.* Noſtris *Silberpappel.*

1002. Cum Br. [et Inu.] ὁπόταν pro vulg. ὁπότ' ἂν ſcripſimus. Ita etiam ap. Schol. Theocr. I, 1. *Herm.* quem Schol. h. l. citare monet etiam *Kuſt.* ψιθυρίζῃ. Theocr. Id. I. [init.] ἀδύ τι τὸ ψιθύρισμα καὶ ἃ πίτυς — μελίσδεται. Locum indicauit Schol. Comici. *Bergl.* πτελέα Noſtris eſt *Vlme, Rüſter;* πλάτανος non *Ahorn* (vt Wil.), ſed *Platane.*

1003. Rau. φράσω *h).* Suſpiceris fuiſſe, qui hic legerent ἄ' γωγε φράσω. Sed praeſtat vulg. lectio. *Herm.*

1004. προσέχῃς pro vulg. προσέχοις volebat Scal., ſic plane R. Ia. Ib. προσέχεις. Notanda etiam conſtructio verbi cum πρὸς τούτοις quae alibi vix occurrit. *Ern.* προσέχῃς bene tres codd. [etiam Elb.] Soloece vulgo προσέχοις. *Brunck.*

1005. *i)* σῆθος λιπαρὸν non eſt *nitidum*, ſed *pingue*, *craſſum pectus* (volle Bruſt). V. ſeq. λευκήν, quod e Rau. edidit Inu., gloſſema eſt vulg. et exquiſitioris lectionis λαμπράν.

1008. (vulg. 1010.) πόσθην μικράν. In Thesm. 522. πόσθιον. *Bergl.* V. ad Lys. 143. *Brunck.* Brunkius cum vulgg. edd. omnes huius ſyſtematis verſus dimetros fecit, praeter eum, qui eſt ante paroemiacum, τῆς Ἀντιμάχου (1017.). In Rau. libro monometri ſunt 1006. 1010. et 1016. Multimodis enim in hoc genere libri variant *k).*

---

g) ὄζειν h. l. non eſt *redolere*, ſed *odore percipere, frui odore* —

h) Id contra metrum, quod ſpondeum poſtulat, recepit Inu.

i) V. 1006. ſ. in omnibus aliis edd. ita diſtincti et ſcripti ſunt:
χρσιὰν λαμπράν, ὦμους μεγ.
γλῶττ. β., πυγ. μεγ.

k) Herm. ita diſtinxit vt

Ac ſane quoniam numerus in his ſyſtematibus continuatur, non tam certa ſunt verſuum diſtinguendorum indicia, quam in iis ſyſtematibus, quorum verſus nulla numeri perpetuitate cohaerent. Sunt tamen etiam in his quaedam ſigna, quae veram verſuum deſcriptionem indicent: de quibus ſemel exponendum putamus, ne quid in hoc genere nonnullis temere nouaſſe videamur. Etenim ſi impar eſt numerus dipodiarum anapaeſticarum, quae paroemiacum antecedunt, non ſemper verſus ita diſtinguendi ſunt, vt monometer ante paroemiacum collocetur, ſed haec tria maxime ſpectanda ſunt: verba vltra fines dipodiarum producta, cohaerentia ſententiarum, interpunctionis termini. Singulorum exempla dabimus. V. 83. 84. Aeſch. Agam.

σὺ δέ, Τυνδάρεω
θύγατερ, βασίλεια Κλυταιμνήστρα,

non recte ita diuiſeris, vt prior dimeter, poſterior monometer ſit. Cauerunt enim poëtae, ne verba in his ſyſtematibus inter duos verſus distraherent. Deinde quis non videt, longe elegantius ea, quae re ipſa arctiſſime cohaerent, etiam vnius verſus circuitu comprehendi, quam per diuerſos verſus diuelli? Supra 895. ff. (899 — 904.) vulg. verſuum deſcriptionem mutauimus, quae, rupto in ſingulis verſibus verborum nexu, haec erat: ἀπολῶ — παρὰ τοῖσι θεοῖς. Eodem modo 449. ſ. ſic ſcribuntur vulg. vt neſcias, quare in media enumeratione plurimorum conuiciorum haec ſola, κέντρων, μικρός, velut praecipua quaedam maximeque inſignia a caeteris ſeparentur. Immo voc. ματτυολοιχὸς ad monometrum adhiberi debebat, vt, quum ſuperiora, nulla interruptione admiſſa, decurriſſent, in hoc, vt in vltimo, pauſa fieret. Pariter 453. ff. male legebatur. Nam verba νὴ τὴν Δήμητρα non ad praecedd., ſed ad ſequentia pertinent. Interpunctionis denique exempla hic

---

πόσθην μικράν.
καί σ' ἀναπείσει
τὸ καλὸν δ' αἰσχρόν·

eſſent monometri, reliqui omnes (praeter paroemiacum) dimetri — Eum ſequutus in reliquis eſt Schütz., ſed vltimo ita ap. eum perperam ſcripta ſunt:

Καὶ πρὸς τούτοις
Τῆς Ἀντιμάχου
Κατ. ἀναπλ.

noſter locus duo praebet. Male enim vulgo: πόσϑ. μ. ἦν — νῦν Ἐπιτ. — ἕξεις. In quibus verbis etiam hoc veram verſuum deſcriptionem monſtrat, quod ille ἦν δ' — ἐπιτηδ. quia arctiſſime cohaerent, vno verſu coniungenda ſunt. Ob eamdemque cauſam verba, καί σ' ἀναπείσει, monometer ſunt, ne ea, quae ſequuntur, distrahi neceſſe ſit. Alterum interpunctionis exemplum eſt 1020. (1016. Lips.) cui vulgo male adiicitur ſequ. verſus prior pars, quae non erat ab altera parte diuellenda. Ita facile patet, multis in locis augeri debere numerum verſuum monometrorum, eosque, prout regulae, quas indicauimus, poſtulant, nunc ante paroemiacum, nunc inter medios dimetros, nunc etiam in ipſis ſyſtematum initiis collocandos eſſe. In initio ſyſtematis monometrum adhibuit Aeſch. Agam. 83. vbi falſa veris miſcuit Heathius, et Pers. 138. qui verſus ſic disponendi ſunt:

ἀλλ' ἄγε, Πέρσαι,
τόδ' ἐνεζόμενοι στέγος ἀρχαῖον.

Herm.

1013. (vulg. 1014. H. 1016.) Hunc verſum (verba πυγ. μικρ. ϕ. μεγ.) non habent R. Ia. *Ern.* Gloſſ. κωλῆν· μηρόν. Male. κωλῆν μεγ. opponitur τῷ πόσϑ. μεγ. (1008.). Itaque hic accipiendum pro *veretro l)*, vt 983. *Brunck.*

1014. ϕήϕ. μακρόν. Pungit rhetores et legislatores verboſos. ἀναπείσει. int. τὸ ἐπιτήδευμα τοῦτο e v. 1009. v. Suid. in Ἀντιμάχου. *Ern.*

1017. *m)* Hunc Antimachum diſtinguit Schol. ab illo, cuius mentio Acharn. 1149. *Bergl.*

1018. Ante ἀναπλ. L. Ia. addunt σ' non male, quamquam id intelligi poteſt e v. 1014. *Ern.* Immo ἀναπλήσει futurum Paſſiui eſt, quod Grammatici medium vocant. *Herm.*

1019. (vulg. 1020.) *n)* Poſtquam Ariſt. per chorum mores maiorum laudauit, Iuſtum et Iniuſtum ita altercan-

---

l) Penem magnum, ſignum corruptae, exiguum, innocenter actae iuuentutis, illuſtrauit Coray ad Hippocr. de Aëre, Aqu. et Loc. II. p. 565.

m) Vulgo haec ita diſtinguuntur, vt verba τῆς Ἀντ. monometrum conſtituant. Cum Ran. diſtinxit *Herm.*

tes inducit, vt prior omnibus artibus mirisque sophismatibus adhibitis, argumenta Iusti euertat, suas artes commendet, tandem mores Athenn. acriter perstringat. Strepsiades interrogante Socrate (1099.), num doceatur filius artem dicendi (quam profitetur Iniustus) nec ne? vult, vt filius fiat orator. Sed chorus s. potius Phidippides (1106.) praedicit, futurum esse, vt patrem poeniteat consilii (ex quo spectator exitum fabulae diuinare potuit) et chorus (1109. ff.) minatur calamitatem. *Harl.* σοφίαν ἐπασκῶν. Sic 517. σοφίαν ἐπασκεῖν, paullo ante 929. λαλιὰν ἀσκῆσαι, Plut. 50. ἀσκεῖν ὑγιές. *Bergl.* κλεινοτάτην ἐπασκῶν (1021. vulg., 1025. Br.). Sic tres codd. omissa, quae vulgo inseritur, copula. *Brunck.* In cod. quinto ap. eumd. in Suppl. est copula (τ' ἐπ.), abest R. L. Ia. ap. *Ern.* et Rau.

1020. Reizius scribendum putabat σώφρος' ἐπ. ἄ. non eleganter. *Herm.*

1021. εὐδαίμονές ἄρ' ἦσαν οἱ
τότε *o)* ζῶντες, ἡνίχ' ἦς

Vulgo εὐδαίμονες δ' ἄρ' — Inutilis est part. *p)* quae vt γε in strophico versu 953. eximi debuit. *Brunck.* Scriptura cod. (quinti) εὐδαίμονες δ' ἦσαν ἄρ' οἱ ζῶντες τότ' ἐπὶ τῶν προτέρων, omissis vocibus, ἡνίχ' ἦς *q)*, quas ignorant etiam membr. et meus *r)*. *Brunck.* Tanta est in h. l. et lectionis varietas, et metri perturbatio, vt verendum sit, ne sine

---

n) v. 1019 — 23. constituunt vulgo decem versus, quorum 4 priores ita distinguuntur:

ὦ κ. σ.
κλειν. ἐπ.
ὃς — λόγοις
σῶφρ. ἦ. ἄ.

Quomodo Hotibius distinxerit v. ad 947.

o) τότε delet R., at contra post ἡνίχ' ἦς, τότ' ἐπί, male. Nam sic non responderet versui sexto in strophe (h. e. 961.). Ordo est: οἱ τῶν πρότ. τότε ζῶντες, ἡν. ἦς. *Ern.* Videtur Ern. notare voluisse, non post ἡν. ἦς, sed pro his verbis in R. scriptum esse τότ' ἐπὶ — *Herm.*

p) Deest etiam δ' in Bau.

q) In Acharn. 698. εἶτα Μαραθῶνι μὲν ὕτ' ἦμεν — ibid. 708. ἡνίχ' ἦν Θουκυδίδης. *Bergl.*

r) Item Bau. et Rau. in quibus etiam est ἐπὶ τῶν προτ.

vberiore librorum auxilio veram scripturam non satis certo assequi liceat. Vulgo sic legebatur:

εὐδαίμονες δ' ἄρ' ἦσαν οἱ
τότε ζῶντες, ἡνίχ' ἧς,
τῶν προτέρ. —

idque etiam Schol. habuisse, ex eius expositione metrorum patet. Verum hanc lectionem non esse ab Arist. profectam, tum versus strophici 952. (950. init.) mensura docet, tum articulus οἱ in fine vers., numeri interruptione ab Subst. suo male disiunctus, ostendit, de qua re v. ad 1353. Praeterea nonnihil difficultatis est in partt. δ' ἄρα. Nam siue per ὡς oratio cohaeret cum superioribus, inutile et prorsus languidum est ἄρα, siue non repetita part. ὡς sensus horum verbb. per se constat, superfluum certe est δέ. Neque enim hoc δὲ pro δὴ adhibitum putari debet, quem vsum huius part. a Gregor. Cor. p. 32. et quos ibi commemorat Koen. traditum merito in dubitationem vocauit Locella ad Xenoph. Eph. p. 273. siquidem recentiores intellexit. Nam de veterrimis hoc minus dubitandum est, siquidem δὲ et δὴ initio non diuersae fuerunt, sed vna atque eadem part. pariter ac μὲν et μήν. Brunk. igitur δὲ omittendum putauit. Sed ita versus est paeonicus cum anacrusi, cuius etsi similes sunt hi in Lys. 786. 810. (v. de metr. II, 52. p. 367.) φεύγων γάμον etc. σκώλοισι τὰ πρός. etc. tamen nec numerus paeonicus choriambis apte misceri videtur, et strophicus versus contra libros omnes sic mutato verborum ordine scribendus foret: αὐτοῖν ὁπότερος λέγων. Nam choriambici impuri, quo nomine Brunk. hos versus, seruata in strophico vulg. lectione, vocat, ipsius inuentum sunt. Verba ἡνίχ' ἧς, licet in quinque codd. omissa, non possunt deleri, nisi longe aliud quid, quam quod libri habent, scriptum fuit ab Arist., et ἐπὶ in iisdem codd. manifesto ex adnotatione natum. Nec strophici versus dubitare iinunt, quin primus horum verss. debeat e dipodia iambica et Cretico pede constitui, alter autem dochmaicus sit, iambo in fine auctus. Itaque recipiendum putaui, quod olim de metr. p. 315. scribendum conieceram:

εὐδαίμονες δ' ἦσαν ἄρ'
οἱ ζῶντες τόθ', ἡνίχ' ἧς s),

s) Nunc scribi H. maiult:

τῶν προτέρων.

Id enim proxime accedit ad librorum Mſs. lectionem, nec numeri interruptione auulſum habet articulum οἱ a Subſt. ſuo. ἆρ' autem idem eſt, quod ἄρα. v. ad 142. Quam dulcis eſt, inquit, ſermonum tuorum flos: ac beati ergo fuere, qui tum homines aeuum agitabant, quum tu viuebas. Particc. δὲ ἄρα, quibus epici maxime et lyrici poëtae ad continuationem orationis perpetuo vtuntur, ap. Atticos, qui accuratius adhibent ἄρα, rarius coniunctae occurrunt. Ac ſane quodammodo ſibi repugnant. Nam δὲ disiungit ſententias, quas ἄρα coniungit. Ita Veſp. 448. σὺ δ' ἀχάριστος ἦσθ' ἄρα. Aliter vſus eſt his particc. Xenoph. Cyr. I, 3, 8. vbi idem plane quod καὶ γὰρ ſignificant. *Herm.* Hotibius p. 44. ſ. qui praecedd. verſus deſcripſit, vt in Lips. leguntur, niſi quod pro σου (cum Bau.) dedit σοι τ. λ., hos ita ſcripſit:

ἦσαν ἆρ' εὐδαίμονες οἱ τότε ζῶντες, ἡνίκ' ἦς
τὸ πρότερον. Πρός γε τάδ', ὦ κομψ. μ. ἔχων,
δεῖ σε λέγ. τ. κ. ὡς εὐδοκίμηκεν ὠνήρ.

„ἐμφατικώτερον, inquit, haec effere ſtudentes librarii τὸ εὐδαίμονες, imperite transpoſuerunt. τῶν πρότερων legitur, quaſi ſcilicet alii τῶν προτέρων tunc vixiſſent, quum Iuſtitia floruit, alii non item, quod ineptum eſt, ſiquidem hoc cadit in maiores omnes. Leg. igitur erat τὸ πρότερον, quando tu olim fuiſti. ὠνήρ t)", vel quod praetulerim ex Dawes. ratione, ἀνήρ, pro vulg. ἀνήρ, tum ſententia tum metrum ſibi expoſcebant."

1022. (1030. Br.) πρὸς γοῦν τάδ' lego, vt hic verſus antithetico exaequetur. Vulgo πρὸς οὖν v). In mea lectione ſinguli pedes ſingulis congruunt, quae choricorum eſt metrorum perfectiſſima ratio. Nec tamen hoc neceſſarium eſt prorſus: ſatis eſt ſi bini verſus eiusdem ſint ge-

---

εὐδαίμονες δ' ἦσαν οἱ
τότε ζῶντες, ἡνίκ' ἦς
τ. π.

t) Hoc vero iam dudum ante quam Hotib. lectiones prodirent, repoſuerat *Herm.*

v) οὖν omittunt L. C. I. Caet. hic verſus non par eſt ei, cui reſpondet (951.) νῦν γὰρ ἅπας ἐνθάδε κίνδυνος. *Erm.* γοῦν, quod Br. repoſuit, non neceſſarium eſt. *Schütz.*

neris, etiamsi pedes examussim non quadrent. Erant itaque iuxta vulg. lectionem antithetici versus isti non damnandi:

νυν γαρ ἅπας | ενθαδε κιν | δυνος
των προτερων | προς ουν ταδ' ω | κομψα

Sunt trimetri choriambici brachycatal. quorum prior purus est, alter in secunda sede pro choriambo diiambum habet. Superiores autem illi, quos immutaui, sic scribi poterant:

ὁποτερος γ' | αὐτοιν λεγων
ευδοκιμουντες δ' | ἀρ' ἦσαν οἱ

Dimetri sunt choriambici impuri *x)*. In priore primam sedem tenet paeon quartus, cui respondet in altero epitritus tertius. Sed genuinae non videntur putidae istae particulae fulciendis metris insertae, quibus exemtis mollius fluunt versus et viuidior est oratio. Quod ad binos alios adtinet, quin antiqua lectio praeferatur, non repugnabo. *Brunck.* Non temere est, quod quatuor Ern. codices part. οὖν carent. Haud dubie enim Arist. scripsit: πρὸς τάδε γ' *y)*, in quibus οὖν metri causa ab librariis additum est, quum γε excidisset. Atque οὖν etiam propter sensum recte aberit. Nam πρὸς τάδε est *quamobrem*, vt Aesch. S. C. Th. 314. Eadem vis verborum πρὸς ταῦτα, ap. eumd. Prom. 1000. 1038. 1051. *Herm.*

1023. (vulg. 1029.) εὐδοκίμησεν. C. — σεν, L. Ia. addunt ὅ, quod versus non fert. *Ern.* Miror articulum a Br. neglectum esse. Iam Reizius ὦνήρ, et sermonis et prosodiae Athenn. causa. *Herm. z).*

1024. δεινῶν — Eurip. Rhes. 837. μακροῦ γε δεῖ σε καὶ σοφοῦ λόγου, ὅτῳ με πείσεις. *Bergl.* δεινὰ h. l. sunt valida, grauia.

1025. (Br. 1035.) ὑπερβαλεῖ est in membr. Perperam duo alii ὑπερβαλεῖς *a)*. In quinto scriptum ὑπερβαλῇ.

---

x) De hoc commento v. superiorem not.

y) Herm. ita edidit:

τῶν προτέρων. πρὸς τάδε γ', ὦ
κομψ. Μοῦσαν ἔχων
δεῖ — ὡς
εὐδοκίμησεν ὦνήρ.

z) Nunc ἀνὴρ ille hic et in similibus exemplis v. c. 1249. 1376. scribi iubet.

a) Ita et L. Ia. ap. *Ern.* ὑπερβάλλεις Bau. ὑπερβαλῇ Elb.

Quippe vbique in eo Attica terminatio *ει* pro *η* obliterata eſt. — *ὀφλήσεις.* Sic bene duo Regii *b).* Soloece vulgo *ὀφλήσῃς,* quod Daweſius recte emendauerat *c). Brunck.*

1026. Duplex eſt in vulg. ſcriptura (*καὶ μὴν πάλ' ἔγωγ' ἐπνιγ.*) peccatum. Nam et anapaeſtus eſt loco iambi, et praeterea *πάλ'* non eſt *πάλαι d) iam diu,* ſed *πάλι rurſum.* Lege igitur: *καὶ μὴν πάλαι γ' ἐπνιγόμην* — vel propius adhuc: *καὶ μὴν πάλαι γὼ πνιγόμην. Bentl.* In membr. ſcriptum: *καὶ μὴν πάλαι γ' ἔγωγ' ἐπνιγόμην.* Illud *ἔγωγ',* quod metrum turbat, e varia alius cod. lectione inuectum fuit, et eximi debuit. Praeſtat legere *καὶ μὴν πάλαι γ' ἐπνιγ. e)* quam *καὶ μὴν ἔγωγ' ἐπνιγ. f). Brunck.* Alexis ap. Athen. VI. p. 224. *ἐὰν ἴδω κάτω βλέποντας* — *ἀποπνίγομαι* (enecor). Paullo ante 982. *ἀπάγχεσθαι. Bergl.* De vſu v. *ἀποπνίγειν* hoc ſimiliumque v. Pierſon. ad Moer. p. 74.

1030. (vulg. 1036. H. 1039.) Si anapaeſtus ab h. l. [vbi vulg. *καὶ τοῖσι νόμοις*] alienus, ſcribendum erit *καὶ τοῖς νόμοις.* Etiam R. e *νόμοις* fecit *νόμοισι. Ern.* Brunkius elegantioris ſoni cauſa, puto, edidit [non monito lectore], *καὶ τοῖσι ν. καὶ ταῖσι δικ.* Nos vtrobique iota omittendum cenſuimus [*τοῖς — ταῖς*] propterea quod Ariſt. in tetrametro catalectico longe parcius quum omnino triſyllabis pedibus, tum maxime anapaeſto vtitur, quam in dime-

---

b) L. C. *ὀφλήσεις,* quod verum eſt, ſiue *ὑπερβαλεῖ* legas, ſiue *ὑπερβαλεῖς. Ern.* Ita et Bau. atque Rau.

c) γέλωτ' ὀφλ. Sic Attici. Eurip. Med. 404. *οὐ γέλωτα δεῖ σ' ὄφλειν* (non oportet te derideri) et 1049. *βούλομαι γέλωτ' ὀφλειν.* Lucian. in Bis Accus. p. 225. T. II. *μὴ καὶ γέλωτ' ὄφλω ἐν τῷ δικαστηρίῳ. Spanh.* Add. Lucian. D. Mort. XV, 4.

d) Vltima in *πάλαι* elidi non poteſt: diphthongorum eliſio locum habet tantum in verbis. *Brunck.* Etſi anapaeſti in ſecunda regione et alia eſſe exempla arbitror, tamen quia codd. R. et L. plane habent *πέλαι γ' ἐπν.* recepi. *Ern.*

e) καὶ μὴν πάλαι γ' ἐπνιγ. Sic liquido, ne vno quidem deſiderato apice, ſcriptum legitur in cod. (quinto), quod ita emendato nullus alius exhibuerat. *Brunck.* in Suppl. Receperunt hoc poſt Br. etiam Sch. et Inu.

f) Quod e Rau. dedit Inu.

tris et trimetris *g*). *Herm.* Supra 890. *πρὸς πάντα τὰ δίκαι' ἀντιλέγειν.* Infra 1329. *τοῖσι δικαίοις ἀντιλέγειν.* 1304. f. *γνώμας ἐναντίας λέγειν τοῖσι δικαίοις.* *Bergl.*

1031. f. *καὶ τοῦτο* etc. in Ms. R. sunt in margine. *Ern.* *Stater* numus valens quatuor drachmas Atticas [1. Fl.]. Male quidam ap. Phot. [p. 395. v. Alb. ad Hes. II. 1258.] habuerunt id vocab. minus Atticum et barbarum. *Harl.*

1033. f. ad Phidippidem, 1035. ad Dicaeologon dici, monet *Wiland.*

1034. *θερμῷ* — V. 985. *ὁ κρείττων Λόγος* dicebat: *ἐπισήσει — βαλανείων ἀπέχεσθαι.* *Bergl.*

1036. (vulg. 1042. Br. 1046. H. 1045.) *h*) *καὶ δειλὸν ποιεῖ* recte, vt impressi, B. [et quintus in Suppl. laud.]. Tres alii [vt et Rau. Bau.], metro repugnante, *δειλότατον.* *Brunck.* Hanc lectionem, quam etiam Schol. habuit, non puto temere repudiandam esse. Mirum enim foret, si sic scribere maluerunt librarii, quum facillimam correctionem metrum plane efflagitaret. Immo vereor, ne turbato verborum ordine, quod etiam in sequ. versu accidit, metri seruandi causa scribi coeperit *δειλόν.* Nam Arist. fortasse sic scripsit: *ὅτιὴ κάκις' ἐστὶν· ποιεῖ δὲ δειλότατον τὸν ἄνδρα.* *Herm.*

1037. (1047. Br.) Concinnius in (quinto) cod. *εὐθὺς γάρ σ' ἔχω μέσον λαβὼν ἄφ. i*). In vocum collocatione caeteri non consentiunt codd. Namque in membr. scriptum: *εὐθὺς γάρ σε μέσον λαβὼν ἔχω γ' ἄφ.* *Brunck.* in Suppl. R. *λαβὼν ἔχω γ' ἄφ.*, quod verissimum est. Itaque recepi. *Ern.*

---

g) In quarta sede horum tetrametrorum non esse anapaestum posse (nisi in proprio nomine) sed iambum aut tribrachym ostendit, et Brunkium culpat Porson. praef. ad Eur. T. I. p. XLIV. f. Lips.

h) Hermippus Comicus ap. Athen. I. p. 18. *μὰ Δί' οὐ μέν τοι μεθύειν τὸν ἄνδρα χρή, οὐδὲ θερμολουτεῖν, ἃ σὺ ποιεῖς.* *Bergl.*

i) Sic Ran. 472. *ἀλλὰ νῦν ἔχει μέσος* *nunc medius teneris:* ἔχει nempe ibi Attice pro ἔχῃ ab ἐχοῦμαι, vt ibi Scholia. Eqq. 587. *Νῦν γὰρ ἔχεται μέσος.* Metaphora nempe ab athletis sumta. *Spanh.* et *Bergl.* cl. Schol. ad Ran. 472. *Harl.*

σ' ἔχω μέσον λαβὼν ἄφ. pro vulgg. σε μέσον ἑ. λ. ἄ. receperunt *Herm.* et *Sch.*

1038. τίν' ἄνδρ' ἄριστον. Ap. Eurip. Herc. Fur. 183. de ipso Hercule loquens Amphitruo dicit: ἐροῦ τίν' ἄνδρ' ἄριστον ἐγκρίναιεν ἄν· ἢ οὐ παῖδα τὸν ἐμόν, ὃν σὺ φῂς εἶναι δοκεῖν; *Bergl.*

1040. (vulg. 1047.) Ἡράκλεια λουτρά. V. Suid. V. Ἡράκλειος ψώρα, Schol. Soph. ad Trachin. p. 353. ed. Steph. [v. 642. Musgr.], Hefych. V. Ἡράκλεια λουτρά, et Euſtath. ad Od. Θ. p. 1564, 16. ed. Rom. *k*). *Kuſt.* Adde Athen. XII. p. 512. [T. IV. p. 405. Schweigh.] qui inter alia adducta a Megaclide luxuriosae et voluptuariae Herculis vitae exempla notat, quod τὰ θερμὰ λουτρὰ τὰ φαινόμενα ἐκ τῆς γῆς πάντες Ἡρακλέους φασὶν εἶναι ἱερά. *Spanh.* Herodotus in Polymnia *l*), vbi deſcribit ſitum Thermopylarum: ἔστι δὲ ἐν τῇ εἰσόδῳ ταύτῃ θερμὰ λουτρά, τὰ κύτρους καλέουσι οἱ ἐπιχώριοι· καὶ βωμὸς ἵδρυται Ἡρακλέος ἐπ' αὐτοῖσι. Iſtas Thermas Herculi ſeſſo elicuiſſe Mineruam teſtatur Piſander ap. Schol.: τῷ δ' ἐν Θερμοπύλῃσι θεὰ γλαυκῶπις Ἀθήνη Ποίει θερμὰ λόετρα παρὰ ῥηγμῖνι θαλάσσης. *Bergl.* Aquas natura calidas, θερμῶν ἄτεχνα ῥεύματα, *Herculis balnea* vocabant. Euſtath. ad Il. p. 1273, 2. θερμὰ δὲ λοετρὰ ἔφη πρὸς διαφορὰν τῶν ψυχρῶν, οἷς οἱ καλοὶ ἥρωες ἱδρῶ ἀπεψύχοντο. τὰ δὲ τοιαῦτα καὶ Ἡράκλεια λουτρὰ ἡ παροιμία ἔλεγεν· ἦσαν δὲ ταῦτα πρώτως καὶ κυρίως τὰ ἐκ γῆς αὐτοφυῶς ἀναδιδόμενα ἐπὶ ἀναψυχῇ, φασιν, Ἡρακλέος ἀϑλοῦντος. ἀλλ' οὗτος μὲν ὁ λόγος, ὃν οἶδε καὶ ὁ Κωμικὸς ἐν Νεφέλαις, τοῖς ἀποσεμινύουσι τὴν τρυφὴν ἐϑέλει συμφωνεῖν *m*). Cf. eumdem Euſtath. ad Od. p. 1594, 16. *Brunck.*

1042. Gemina ſunt illis, quae Ran. 1095. Aeſchylus ad Euripidem iuuentutis mores corrumpentem dicit: εἶτ' οὖ λαλιὰν ἐπιτηδεῦσαι καὶ τωμυλίαν ἐδίδαξας, ἢ ξενίσωσε τὰς τε παλαίστρας καὶ τὰς πυγὰς ἐνέτριψε, τῶν μειρακίων τωμυλ-

---

k) Add. Photii Lex. p. 59.

l) VII, 176. vbi v. Valcken. p. 588.

m) Eſſe non balneas ſtructiles, ſed ſcaturigines aquarum calidarum ostendit Ignarra in Comm. de vrbis Neapol. regione Hercul. adiecta eius Libro de Phratriis, p. 227.

λομένων. In Eqq. 1372. τὰ μειράκια ταυτὶ λέγω τὰ ἐν τῷ μύρῳ, ἃ σωμυλεῖται τοιαδὶ καθήμενα. *Bergl.*

1043. πλῆρες τὸ βαλανεῖον. Cf. Doruill. ad Charit. p. 539. f. — παλαίστρας. Laudi ducebatur, ſi quis a puero in palaeſtra ſe exercuiſſet. Ran. 735. οὓς ἴσμεν εὐγενεῖς — καὶ τραφέντας ἐν παλαίστραις καὶ χοροῖς καὶ μουσικῇ. *Bergl.*

1045. εἶτ' ἐν ἀγορᾷ. Dixerat ὁ δίκαιος Λόγος ſupra 985. κἀπιτήσει μιαιεῖν ἀγοράν. *Bergl.*

1047. τὸν Νέσορ' ἀγορητήν. Iliad. ά, 247. τοῖσι δὲ Νέστωρ ἡδυεπὴς ἀνόρουσε λιγὺς Πηλίων ἀγορητής. Quin et alias Homerus τὴν ἀγορὰν vocat κυδιάνειραν (decus conciliantem viris) et dicit ibi fieri ἀριπρεπέας ἄνδρας (illuſtres viros). Id quod Syneſius immerito factum dicit Epiſt. 146. τὴν δὲ ἀγορὰν ἐγκωμίῳ τοιούτῳ τετίμηκεν, ἀνθρώπια παρεχομένην ἀναιδῆ καὶ παμπόνηρα καὶ οὐδὲν ὑγιές· ἀλλὰ λοίδορα καὶ κακορράφειν εἰδότα. *Bergl.* Luſum eſſe verborum ἀγορὰ et ἀγορητὴς animaduertit etiam *Wilandus.*

1048. τὴν γλῶτταν. Dixerat ὁ δίκαιος λόγος v. 1003. ff. ἣν ταῦτα ποιῇς — ἕξεις — γλῶτταν βαιάν — γλῶτταν μεγάλην. *Bergl.*

1050. (Br. 1060.) δύο κακώ. Mendoſe in IV. codd. δύω. V. not. ad 483. *Brunck.*

1053. (vulg. 1059.) v. Heſych. V. Πηλέως μάχαιραν), itemque alios Paroemiographos. *Kuſt.* Scholiaſten Apoll. Rh. I, 224. addit *Brunck.* — ἔλαβε. R. ἔλαβεν, vt e tribrachy fiat anapaeſtus. *Ern.* Omiſſo ν paragogico hic verſus in quarta ſede proceleusmaticum habet, non tribrachum, quo pede, ſi anapaeſtus ſequitur, omnem numerum peruerti oſtendimus de metr. II. c. 14. Quare ſi ἔλαβε legitur, ictus metri non in mediam, ſed in vltimam huius voc. ſyllabam incidit. Addendam tamen putauimus literam paragogicam, vt in quarta et quinta ſede ana-

---

n) Add. Phot. Lex. p. 315. — Copioſius quam Schol. enarrant fabulas de Peleo Apollodor. Bibl. III, 13. ibique Heyn. p. 788. ſs. [p. 311. ſs. T. II. ed. ſec.] *Harl.* Acaſtus Peleo, cui innocenti ſuccenſebat, enſem abſtulerat, quo a feris dilaniaretur inermis, ſed dii ei per Mercurium miſerunt alium enſem, a Vulcano factum.

paesti essent o). Nam sic et caesura seruatur, et consuetudo poëtarum sibi constat, qui syllabas eas, quibus ν addi potest, cum hac litera, quam sine ea, in ictu collocare malunt. Anapaestum autem frequenter in quarta sede occurrere ostendimus II. de metr. 17. p. 176. *Herm. Porson.* qui praef. ad Eurip. p. XLV. in quarto pede semper iambum aut tribrachyn esse debere censet, emendat: Πολλοῖς ἁ γοῦν Πηλεὺς ἐλαβε δι' αὐτὸ τὴν μαχ.

1054. (H. 1063.) Rau. omittit γε ante κέρδος. Nimirum hoc γε a metricis profectum est, quum articulus excidisset, quem seruauit Ms. Bau., in quo est ἀγεῖον τὸ κράτος. *Herm.* qui hinc reposuit ἀγ. τὸ κέρδος.

1055. (1061. vulg.) In Ms. Vat. U. versus hic rectius, vt puto, sic legitur: Ὑπέρβολος δ' ἐκ τῶν λύχνων etc. cf. Schol. ad Eqq. 736. *Kust.* [Recepit hoc Br. et cum eo Inu.] In V. codd. Ὑπέρβολος δ' οὐκ ἐκ τῶν λύχνων p). Pronomen retinendum erat et negatio expungenda. *Brunck.* Lectio librorum δ' οὐκ haud dubie vulgari errore scripturae orta est ex δὴ 'κ quod hic elegantissimum est et miram vim habet. Quare ita edidi. *Herm.* [quem Schütz. sequitur. Nunc tamen *Herm.* δ' ἐκ praefert.]. λύχνων. ὅτι τυγχάνει λυχνοποιὸς ὤν, vt in Pace de eo dicit 688. et Eqq. 1312. τὰς σκάφας ἐν αἷς ἐπώλει τοὺς λύχνους. *Bergl.*

πολλὰ mihi vitiosum visum est semper. Forma πλεῖν q) ἢ desiderat numerum certum, vt 1031. πλεῖν ἢ μυρίων. add. exempla ap. Hemst. ad Plut. p. 264. Arbitror legendum πέντε. Supra πεντετάλαντος δίκη, vnde patet, hunc numerum in summa magna exprimenda vsurpatum. πολλὰ est glossa, πολλὰ τάλ. est πλεῖν ἢ πέντε. *Ern.* Subtiliter quidem Ern., sed nihil mutandum. Neque enim πολλὰ pertinet ad πλεῖν ἢ sed τάλαντα, quod clare indicant illa

---

o) Ita et Schütz. fecit.

p) Ita etiam R. ap. Ern. et Bau. „Si, inquit Ern. cum Vat., qui pariter habet τῶν, deleas οὐκ, recte se lectio habebit. Sane οὐκ est alienum, nec locum hic habet interrogatio.“ In interrogatione se non videre, quod reprehendi queat, sed δὴ non satis aptum esse, monet *Herm.*

q) Pro πλεῖν cod. Elb. πλέον minus Attice. v. Greg. Cor. de Dial. p. 59. ibique Koen. *Harl.*

ἀλλ' οὐ μὰ Δί' οὐ μάχ. Hoc enim dicit: lepidum lucrum fecit Peleus, machaeram. Immo Hyperbolus tantum abeſt, vt machaeram adeptus ſit, vt potius opimitatem integris talentis, ac multis quidem, ampliorem ſibi parauerit. *Herm.*

1057. καὶ τὴν Θέτιν γ' ἔγημε. Ita pro vulg. — δ' ἔγημε e Rau. et cod. (quinto) Reg. (ap. Br. in Suppl.) edidit *Herm.*

1058. ὑβρισῆς r) hic opponitur τῷ σωφρονοῦντι, et ſingulari ſignificatu notat eum, qui intemperanter libidinoſus eſt et in rem veneream praeceps, per metonymiam nempe conſequentis pro antecedenti. Eiusmodi enim homines ad vim et iniuriam caſtis corporibus faciendam promti eſſe ſolent. Sic Maxim. Tyr. diss. X. [d. XXVI. c. 5. p. 313. ed. Markl.] ὑβρισὴν ἔρωτα vocat amorem intemperantem et effrenatum, cuius licentiam et audaciam graphice ibi depingit elegantiſſimus ſophiſta. Senſus ergo huius loci eſt: Thetidem ideo a Peleo diſceſſiſſe s), quod is nimis eſſet caſtus et ab intemperanti amore et libidine alienus, nec qui ſaepius vna nocte τὴν χάριν ab vxore flagitaret. *Kuſt.* Nempe ab ὕβρις, quae tam *verberationem*, quam turpem συνουσίαν notat, iuxta Vlpian. in Demoſth. Or. c. Mid. p. 330. et quomodo eamdem vocem in latis a Solone legibus explicauit adu. Timarchum Aeſchines, vti ex eadem orat. liquet p. 262. et 263. [p. 41. ſs. T. III. Orr. Gr. Reisk.]. Quo ſenſu etiam ὑβρισῆς hic a Comico dicitur. Sic ὑβρισῶσαν (*intemperantem*) Anacr. Od. 59. t). *Spanh.*

---

r) Quam ſententiam ὑβρ. hic habeat, non ſatis adſequor; forte dicitur ita qui in Venerem pronus ac promtus eſt, quemadmodum interdum ea vox de eo, qui vitium offert feminis, ſumitur; et ita accipiendam videntur ſuadere ſeqq., nec diſentit Heinſius Introd. in Heſiod. c. 6. ait enim ὑβρισὴν h. l. dici maritum, qui ſaepius vna nocte flagitat ab vxore τὴν χάριν· ὑβρισὴν porro ἀκόλαστον et ὕβριν, ἀκολασίαν eſſe docet. *Duck.*

s) Proprie ἀπολείπειν maritum dicitur vxor. v. ad Tho. Mag. p. 97. *Harl.*

t) Legitur hoc voc. in var. lect. ap. Anacr. Od. 57, 5. vbi v. Fiſch. p. 217. ſ.

1059. Locum hunc citat Euſtath. ad Iliad. Σ. p. 1152, 7. Rom. vbi ait: *ὅθεν ἔοικε λαβὼν ὁ Κωμικὸς παῖξαι εἰς τὴν Θέτιν, τὸ φυγεῖν αὐτὴν τὸ λέχος τοῦ Πηλέως, ἐπεὶ οὐκ ἦν ἡδὺς ἐν τοῖς ῥώμασι τὴν νύκτα παννυχίζειν ν).* Idem ad Odyss. II. p. 1570, 5. Rom. neſcio quos codices ſequutus, eumdem locum ſic citat: *ὅσις ἐν ἡδυόσμοις ῥώμασι παννυχίζων τὴν δέσποιναν ἐρείδεις.* Sed puto grammaticum illum *πολυμαθέστατον* errore *μνημονικῷ* ibi deceptum fuiſſe. *Kuſt.* Metrum requirit *ῥώμασιν*, quod edidimus *x).* *Ern.* *ἡδὺς παννυχίζειν*, vt Pind. Pyth. VI, 52. *γλυκεῖα φρὴν συμπόταισιν ὁμιλεῖν.* *Herm.*

1060. (vulg. 1066.) *σιναμωρουμένη y).* *Si ita eam exerceas τοῖς ἡδίστοις ἐκείνοις κολάσμασιν, vt ſentiat te virum eſſe.* A *σίνομαι*, noceo, vt eſt in Gloſſis, et a *μωρόν*, quod eamdem vim hic obtinet, quam in *ὑλακόμωροι*, ap. Homer., i. e. qui quaſi *inſaniunt ſtudio latrandi.* Schol. aliter, qui dicit: *σινάμωρον, τὸ πορνικόν.* Nempe vt Schol. Eurip. qui ad Hipp. 641. *ἦ δ' ἀμήχανος γυνὴ γνώμῃ βραχείᾳ μωρίαν ἀφῃρέθη* annotauit: *τουτέστι, τῆς ἁμαρτίας ἀπεστερήθη, ἤτοι τῆς πορνείας· μωρίαν γὰρ τὴν πορνείαν.* V. etiam quae notaui v. 416. — *Κρόνιππος.* Schol. *μέγας λῆρος· κατ' ἐπίτασιν λαμβανομένου τοῦ ἵππου.* Nempe vt in voc. *ἱππόκρημνα* Ran. 960. et in *ἱππόπορνος* Alciphr. Ep. 38. [L. I.] et *ἱππόβινος* ap. Comicum Ran. 432. *Bergl.*

1062. C. *ἂν' ἔστιν* Ia. rectius *ἃ 'νέστιν* quod non ſpreuerim. *Ern.* Recte Brunk. (cum cod. Bau.) *ἃ 'νεστιν* [pro vulg.] *ἃ ἐνεστιν*] *Herm.* [Atque ita recentt. omnes.]

1063. *κοττάβων z).* De quo familiari in veterum conuiuiis luſu a Siculis reperto multa collegit libro de lu-

---

ν) *ὡς ἡδὺς ἐν τοῖς ῥάμμασι* (ita fine ν paragog., opprobrio editorum, in hac caeſura longe odioſiſſimo, citat Euſt. ad Il. Σ. p. 1206. Bas.) *τὴν νύκτα παννυχίζειν.* *Wakefield.* Add. ad Lucret. 6, 134.

x) Idem pro vulg. *ῥώμασι* reponi iuſſit *Duck.* atque reſcripſit *Brunck.* cum ſeqq.

y) Male in C. [etiam Elb.] vt apud Suid. *συναμωρουμένη*, quod exponit *συνεχῶς ἀνδρὶ συνουσιάζουσα πρὸς μῖξιν, ἀντὶ τοῦ γαμουμένη.* *Brunck.* v. Abreſch. Lect. Ariſtaen. p. 108. et ap. Suid. in *Σινάμωρον*, vbi v. Küſter. *Harl.* *σιναμορουμένη* ſcribitur ap. Zonar. Lex. II. p. 1741.

z) Duae ſunt de cottabo doctae diſputationes Gdſ. *Ern. Grod-*

dis Graecorum Meurſius et inter alia Ariſt. locum, qui illius meminit Pac. 1148. et quae de eo notat ibidem Schol. Quibus addantur quum hic eiusdem Comici, tum alter Acharn. 525. vbi μεθυσοκότταβοι *cottabis ebrii* dicuntur, et ibid. Scholia. *Spanh.* — ὄψων male C. omittit. *Ern.* — Pro vulg. κιχλισμῶν ex libro Rau. cuius merito maxima auctoritas eſt, eiusdem ſignificationis vocab. καχασμῶν repoſuimus. Ita Eccl. 848. καχάζων μετ' ἑτέρου νεανίου. Suidas V. Καγχάζει· καὶ καγχασμός, ὁ ἔκχυτος γέλως. *Herm.*

1064. ζῆν ἄξιον *a)*. Au. 549. ζῆν οὐκ ἄξιον ἡμῖν, εἰ μή etc. *Bergl.*

1065. Vulgo legitur: εἶεν. πάρειμ' ἐντεῦθεν etc. Sed veram lectionem ſeruarunt duo codd. Ern. [L. Ia. εἶεν· πάρειμι δῆτ' ἐντ. —] Accidit enim hic, quod in Obſs. critt. in Aeſch. Choeph. 653. factum oſtendimus, vt εἶεν, quod extra verſum a poëta collocatum eſſet, ab librariis verſui adderetur atque ita alia vocabula expelleret. *Herm.*

1066. Vt taceam orationem [in vulg. lect. ἐμοίχευσας. τί; κατελήφθης] per τί, cum interrogatione *b)* inepte hic interrumpi, metrum ipſum non conſtat. Quare repono: ἐμοίχευσάς τι, κἄτ' ἐλήφθης. *Bentl.* Perite ita emendauit Bentleius. In meo: τί δὴ κατελήφθης. In B. τί δῆτα κατελήφθης. Caeteri vt vulgo, niſi quod in C. eſt κατελείφθης. Vides fluctuare lectionem. Poſtquam κἄτ' in praepoſitionem κατὰ verbo iunctam mutatum fuit, librarii alii aliter

---

deckii (über den Kottabos der Griechen, in ſ. Antiquariſchen Verſuchen. I. Sammlung, 1800. p. 163—238.) et *Fr. Iacobsii* (Athenäos über den Kottabos, c. annott. in Wiland. Att. Muſeum III, 473 — 496.)

a) L. Ia. ζῆν ἐστὶν ἄξιον e gloſſa. *Ern.*

b) ἥμαρτες etc. Haec omnia interrogatiue intelligenda. Sed verſus eſt vitioſus in τί; κατελ. vbi in lectione vulg. eſt pes non aequans iambum. C. Ia. [vt Elb.] τί δὴ κατελ. Sed ſic anapaeſtus exiſtit, qui ab h. l. eſt alienus. ἀπόλωλας male interrogatiue capit C. *Ern.* Non ſtat verſus; nam ſextus pes iambus eſſe debet. forte: τί; κἄτ' ἐλήφθης *quid? deinde deprehenſus es. Duck.* ἁμαρτάνειν non raro de adulterio et ſtupro dicitur. v. Doruill. ad Charit. p. 220. ed. Lips. Wetſten. in N. T. T. I. p. 202. aliique intpp. ad Luc. VII, 37. Ioh. V, 14.

metrum farcire ſtuduerunt, omnes imperite. Permutationis κἆτα et κατὰ exempla notaui ad Thesm. 482. Ran. 1440. Conc. 682. et alibi. *Brunck.* Quem omnes recentt. ſequuti ſunt. Et in Rau. etiam κἆτ' ἐλήφθης. Sed aliae edd. poſt ἐλήφθης interrogandi ſignum rectius ponunt, quam Inu. punctum.

1067. ἀπόλωλας eſt, *poena tibi ſubeunda eſt*, et mox χρᾶσθαι τῇ φύσει eſt *ingenio ſuo indulgere.*

1069. (vulg. 1075.) ἄλους etc. Eurip. Ion. 827. ἄλους μὲν ἀνέφερ' εἰς τὸν δαίμονα *deprehenſus culpam conferebat in deum.* Tangit autem hic etiam occulte Euripidem, vt ſupra 923. quia illius fere verbis vtitur, vt amplius mox patebit: aut etiam illius exemplo iubet culpam in deos conferre. *Bergl.* πρὸς αὐτόν, πρὸς τὸν ἄνδρα τῆς γυναικός. *Brunck.* Int. maritum, a quo deprehenſus es, ſiue quem iniuria adfeciſti. At C. Ib. habet αὐτοὺς aduerſarios, accuſatores. Huc vergit Scholion. *Ern.*

1070. (1080. Br. et H.) ἠδίκησας tres codd. [etiam C. Ib. ap. *Ern.*] In C. vt in impreſſis ἠδίκηκας. *Brunck.* Vtraque lectio bona eſt. Nam hoc ferme diſcrimen intercedit, quod aoriſto ſignificatur, fuiſſe eum culpa vacuum, quum illud faceret; perfecto autem, eſſe vacuum culpa perpetrato hoc facinore. Ac veriſimilius eſt, aoriſtum, quam perfectum, ab librariis profectum eſſe. Quare ἠδίκηκας retinuimus, Rau. etiam libri auctoritate firmatum. *Herm.* [Retinuit et Sch.] — ἐπανενεγκεῖν non reſpondet ſatis τῷ ἀντερεῖς. Intellige δεῖ, niſi malis ἐπανενεγκεῖς, quod tamen non ſatis vſitatum. Nec neceſſe eſt, propter hunc Infin., ἀντερεῖν, ſupra ſcribere, quod Dukero placebat. *Ern.* Reiz. quoque legi volebat ἐπανενεγκεῖς. Verum tol-

---

c) εἰς [Br. Herm. Sch. ediderunt ἐς] τὸν Δί' ἐπανενεγκεῖν. Eurip. Bacch. 29. εἰς Διὸς ἀναφέρειν τὴν ἁμαρτίαν λέχους. Oreſt. 76. εἰς θεοῖσιν ἀναφέρουσα τὴν ἁμαρτίαν. Apud eumdem in Hippol. Vetula adhortatur Phaedram occulto amore Hippolyti pereuntem, ne dubitet rem adoleſcenti ſignificare, vt illa fiant, quae amantes fieri cupiunt, idque exemplo deorum 450. ὅσοι μὲν οὖν γραφὰς τε τῶν παλαιτέρων ἔχουσιν, κἀτοί τ' εἰσὶν ἐν Μούσαις ἀεί, Ἴσασι μέν, Ἥτις ὡς ποτ' ἠράσθη γάμων Σεμέλης· ἴσασι δ' ὡς ἀνήρπασέν ποτε Ἡ καλλίφεγγὴς Κέφαλον εἰς θεοὺς Ἕως· ἔρωτος οὕνεκα. — οὐ γὰρ ἄλλο πλὴν ὕβρις τάδ' ἐστὶ κρείσσω δαιμόνων εἶναι θέλειν· τίλλει δ' ἔρωτας Ζεὺς ἐβουλήθη τάδε. *Bergl.*

lenda eiusmodi negligentia magna pars elegantiae poëtis aufertur. *Herm.*

1071. ἥττων ἔρωτος. Axionicus Comicus ap. Athen. VI. [p. 240. A. Cas. T. II. 420. Schw.] ἥττων εἰμὶ γάρ τῆς ἡδονῆς. Quod ad rem attinet, Euripides in Troadd. introducit Helenam se expurgantem coram Menelao, quod Paridem sequuta sit, vbi inter alia dicit v. 946. τί δὴ φρονοῦσά γ' ἐκ δόμων ἅμ' ἐσπόμην ξένῳ προδοῦσα πατρίδα καὶ δόμους ἐμούς; τὴν θεὸν κόλαζε· καὶ Διὸς κρείσσων γενοῦ, ὃς τῶν μὲν ἄλλων δαιμόνων ἔχει κράτος, κείνης δὲ δοῦλός ἐστι· συγγνώμη δ' ἐμοί. In Ion. 449. οὐκέτ' ἀνθρώπους κακῶς λέγειν δίκαιον, εἰ τὰ θεῶν κακὰ μιμούμεθ', ἀλλὰ τοὺς διδάσκοντας τάδε. *Bergl.*

1072. ἔνητὸς ὢν θεοῦ πῶς μεῖζον. — Ad haec et superiora verba de Ioue adultero, cuius exemplo se tueatur continuo in adulterio deprehensus, adlusio est latini Comici manifesta, quam notauit Daceria, Eunuch. Act. III. sc. 5. *d*). Haud aliter ac Menippus in Lucian. Necyomant. p. 326. T. I. [c. 3. p. 459. T. I. Hemst.] ait, se puerum adhuc, vbi Homerum ac Heliodum legisset, et inter alia deorum in iis adulteria, rapinas etc. *eadem praeclara duxisse*, ταῦτα ἡγούμην εἶναι καλά. *Spanh.* Eurip. Herc. Fur. 1320. καίτοι τί φήσεις; εἰ σὺ μὲν ἔνητὸς γεγὼς φέρεις ὑπέρφευ τὰς τύχας, θεοὶ δὲ μή; *Bergl.* πῶς ἂν recte secum habet Optatiuum. v. Dawes. M. Crit. p. 207. *Harl.*

---

d) Sic Iouis exemplo animum suum confirmat *Chaerea*, vt puellae, cui custos additus fuerat, vim inferat, ap. Terent. Eunuch. III, 5. [55. fs.] Lectori gratum fecero, si lepidissimam adolescentis argumentationem hic proponam:

Dum apparatur, virgo in conclaui sedet,
suspectans tabulam quandam pictam, vbi inerat pictura haec; Iouem
quo pacto Danaae mississe aiunt quondam in gremium imbrem aureum.
Egomet quoque id spectare coepi; et quia consimilem luserat
iam olim ille ludum, impendio magis animus gaudebat mihi,
deum sese in pretium conuertisse, et per alienas tegulas
venisse clanculum, per pluuiam fucum factum mulieri.
At quem deum? qui templa coeli summa sonitu concutit,
Ego hommicio hoc non fecerim? ego vero illud fecerim ac lubens.

Brunck.

1073. ῥαφανιδωθῇ. De poena adulterorum apud vett. Graecos, quae ῥαφανίδωσις dicebatur, et res nota eſt, et nos alibi plura diximus *e*). *Kuſt.* Luciani de Morte Peregr. [c. 9. T. III. p. 331. Reiz.] μοιχεύων ἁλοὺς διέφυγε, ῥαφανίδη τὴν πυγὴν βεβυσμένος· quem locum citauit Kuſt. ad Suidam. *Bergl.* Quod Kuſt. ad Suid. l. d. in loco Luciani μοιχεύων ἁλοὺς vertit, *conuictus adulterii*, cur faciat cauſam non video. Nam *conuictus* ambiguum eſt, et ſignificat etiam ſententiam iudicis, quam hic non interueniſſe apparet. *deprehenſus*, quod interpres Luciani habet, ſatis rectum eſt. Et ſic Ariſt. paulo antea, et alii; etſi ſaepe ea vox conuictum damnatumque in iudicio notat. Conſtant. [in Lex.] v. τίλλω, omittit σοι. *Duck.* — ῥαφ. γε πειθόμενος. [Ita Kuſt.] Ante legebatur ῥ. γε πειθόμενος *f*): quod quum modulo verſus repugnare recte obſeruaret Tan. Faber ad Luc. de M. Peregr. p. 565. reſcribendum cenſebat πεισθείς. Sed nos mutatione multo molliore et leuiore repoſuimus πιθόμενος: quod proinde aequis et cordatis lectoribus probatum iri confidimus. Vel, verſus etiam recte ſe habebit, ſi legatur: ῥαφ. πείθομ. omiſſa part. γε, prout habet Ms. Vatic. U. *Kuſt.* ῥ. πιθόμενός σοι. Sic, vt recentt. impreſſi, C. recte. In tribus aliis πειθόμενος. Peius in primariis edd. ῥ. γε πειθομ. σ. *Brunck.* Cod. Reg. (quintus) πειθόμενος. Similem in hoc cod. aliisque,

---

e) De poena depilandi adulteros, qua faeuierint in hos mariti (quibus etiam caedis impunitas legibus fuit conceſſa) v. Schol. et Spanh. ad Plut. 168. Is. Vossium ad Catull. p. 41. et Valcken. ad Eurip. Hipp. 415. p. 208. Thom. M. p. 776. ibique intpp. Suid. V. Ῥαφανὶς ibique Kuſt. T. III. p. 253. *Herl.* Suid. V. Ῥάφανος Schol. verba refert, ſed pro ἀπέπασσον habet ἐπέπασσον, rectius. De hoc ſupplicio v. Scip Gentil. ad Apul. Apolog. p. 799. Lucian. de M. Pereg. p. 566. ibique Intpp. *Duck.* De iudicio tamen accepiſſe videtur Schütz.: wenn er nun verurtheilt wird, mit glühender Aſche geſengt zu werden und wenn man ihm ſo einen derben Rettig in den Hintern keilt! Rectius de poena, quam maritus ſumit, accepit Wiland.

f) Faber ad Lucian. d. l. monet corruptum eſſe locum eo, quod ſyllaba abundet. Hoc vitium ille tollit, pro πειθ legens πεισθείς. Sed non valde placet; nimis enim recedit a πειθόμ. Kuſt. ad Suid. non monet corruptum eſſe, ſed omittit γε, quod magis probo. *Duck.* Verſus hic admodum durus eſt, in eoque variant libri. γε πειθόμ. R. L. l. quod ferri poteſt, ſi deleatur cum Ia. τὰ σοι. C. idem ſed hiac γε. *Lrn.*

quibus vſus ſum, errorem ſaepiſſime deprehendi, nec eum obſeruare, vbicumque obuiam fuit, vtile duxi. At mihi perſuaſum eſt, multis in locis, vbi vtramque formam metrum admittit, ſinceram ſcripturam imperita librariorum audacia immutatam fuiſſe. *Idem* in Suppl. γε debetur metricis. *Herm.* [qui cum ceteris recentt. ſequutus eſt Brunkium.] — τέφρᾳ. Thesmoph. 544. τέφραν ποθὲν λαβοῦσαι ταύτης ἀποφιλώσομεν τὸν χοῖρον. τιλθῇ. Ran. 421. πρωκτὸν τίλλειν. Plut. 168. ὁ δ' ἄλούς γε μοιχὸς διὰ σέ που παρατίλλεται. *Bergl.*

1074. τὸ μὴ — εἶναι. Aeſch. Agam. 1181. ἄκος δ' οὐδὲν ἐπήρκεσαν, τὸ μὴ (quominus) πόλιν μέν, ὥσπερ οὖν ἔχει, παθεῖν. Soph. Trach. 90. οὐδὲν ἐλλείψω, τὸ μὴ (quin) πᾶσαν πυθέσθαι τῶνδ' ἀλήθειαν πέρι. Aliquando et οὐ additur. Aeſch. Prom. 917. οὐδὲν γὰρ αὐτῷ ταὐτ' ἐπαρκέσει τὸ μὴ οὐ πεσεῖν ἀτίμως. Idem Eumen. 917. οὐκ ἀνέξομαι τὸ μὴ οὐ τήνδ' ἀσύνικον ἐν βροτοῖς τιμᾶν πόλιν. Soph. Ai. 735. ὡς οὐκ ἀρκέσοι τὸ μὴ οὐ πέτροισι πᾶς καταξανθεὶς θανεῖν. Comicus Ran. 68. οὐδείς γ' ἐμοῦ ἂν πείσειεν τὸ μὴ οὐκ ἐλθεῖν. *Bergl.*

1079. συνηγοροῦσιν g). Rhetores et cauſarum patronos vt cinaedos ſaepe perſtringit. v. ad Conc. 113. In Acharn. 714. Ψηφίσασθε χωρὶς εἶναι τὰς γραφὰς ὅπως ἂν ᾖ Τῷ γέροντι μὲν γέρων καὶ νωθὴς ὁ ξυνήγορος· Τοῖς νέοισι δ' εὐρύπρωκτος καὶ λάλος χῷ Κλεινίου. *Brunck.* Eadem habet iisdem fere verbis *Bergl.* et praeterea addit: „In Eccl. 112. λέγουσι γὰρ καὶ τῶν νεανίσκων ὅσοι πλεῖστα σποδοῦνται, δεινοτάτους εἶναι λέγειν. In Eqq. 875. quum Cleon rhetor dixiſſet, ſe prohibuiſſe, ne cinaedi vlli eſſent, ἔπαυσα τοὺς κινουμένους inquiens, alter dicit ad eum: οὐκ ἔσθ' ὅπως ἐκείνους οὐχὶ φθονῶν ἔπαυσας, ἵνα μὴ ῥήτορες γένωνται, et alibi.“ *Bergl.*

1080. πείθομαι in R. tribuitur etiam Iuſto, ſed v. ſeq. Iniuſto. C. pro πείθομαι habet εὖ λέγεις, et pro gloſſa πείθομαι, καλῶς λέγεις· ſed πείθομαι verum eſt. *Ern.*

1081. i) τραγῳδοῦσ'. Schol. refert, ex aliorum opinione haec tendere in Phrynichum, tragicum ſaltatorem.

---

g) Verſus hic in duos diiambos diuidendus eſt, vt vulgo legitur

ξυνηγοροῦσιν ἐκ τίνων;
ἐξ εὐρυπρ. πείθομαι.

i) Poſt τί δαί in nonnullis edd. deeſt interr. nota et continuatur oratio.

Sane et Veſp. 1488. iſte Phrynichus intelligendus eſt, de quo ibi ſenex aliquis tripudians dicit: πτήσσει δὲ Φρύνιχος, ὥς τις ἀλέκτωρ — σκέλος οὐράνιόν γ' ἐκλακτίζων· πρωκτὸς χάσκει. Sed tamen etiam ad Agathonem, tragicum poëtam, poteſt reſpexiſſe Comicus, quem in prima parte Theſmoph. haud leuiter perſtringit tamquam effeminatum, mollem et cinaedum, vbi inter alia ad eum dicit Mneſilochus v. 206. καὶ μὴν σύ γ' ὦ καταπύγον εὑρύπρωκτος εἶ οὐ τοῖς λόγοισιν ἀλλὰ τοῖς παθήμασι. *Bergl.* Adſentitur Berglero, verbis Schol. et dictis Mneſilochi adlatis, *Brunck.*

1082. f. ed. Lips. Haec vnum diiambum debent efficere, neque in duos verſus ſeparanda ſunt.

1084. Vulg. in omnibus edd. καὶ δημαγωγοῦσ' *i)* ἐκ τίνων; Quod Inu. e Rau. edidit: δημηγοροῦσι δ' ἐκ τ. fortaſſis ortum eſt ex aberratione librarii ad ſuperius ξυνηγοροῦσι. Adiuuat tamen illam ſcripturam, quod in R. ap. Ern. eſt (omiſſa copula) δημαγωγοῦσι δ' — vt in Bau. δημαγωγοῦσι.

1085. δῆτ' in hoc verſu integrum poſuerunt *Br.* et *Herm.*

1087 — 89. Verba καὶ τ. θ. ὁπ. πλ. σκ. in Brunk. ed. vt in vulgg. in vnum trimetrum coniuncta ſunt, quem deinde dimeter ſequitur: καὶ δὴ σκοπῶ. τί δῆθ' ὁρᾷς; ſed trimetri locum non habent in ſyſtemate dimetrorum. Quare mutauimus verſuum deſcriptionem *k)*, in qua obſeruari velim, hunc verſum τί δῆθ' ὁρ. multo elegantius eſſe monometrum, quam, vt vulgo, extremam partem dimetri. Nam hoc breuiore verſu apte indicatur pauſa colloquendi, qua circumſpectans iuſtus orator opus habet, donec ſatis perluſtrato ſpectatorum conſeſſu, mirabundus in haec verba erumpat: πολὺ πλ. etc. *Herm.*

---

i) δημαγωγοῦσι. v. in Eqq. 422. Demagogi etiam ſunt rhetores, quare vide et ad 1079. *Bergl.*

k) *Herm.* et *Sch.* ita deſcripſerunt:

καὶ τῶν θεατῶν ὁπότεροι
πλείους, σκε. Δ. καὶ δὴ σκοπῶ.
Α. τί δῆθ' ὁρᾷς;

Perperam ex cod. Rau. plures monometri ſe excipiunt.

1091. ff. Vulgo legebatur:

πολὺ πλείονας l) νὴ τοὺς θεούς,
τοὺς εὐρυπρώκτους m).
καὶ τουτονὶ γοῦν οἶδ' ἐγὼ κἀκεινονί,
καὶ τὸν κομήτην τουτονί.

Bentleius, vt hi verſus praecedentibus reſponderent, emendauit:

τοὺς εὐρυπρώκτους. τουτονὶ
γοῦν οἶδ' ἐγὼ κἀκεινονί,
καὶ τὸν κ. τ.

atque ita ediderunt *Herm.* et *Sch.* Nam prius καὶ etiam a tribus codd. Brunk. Rau. et Bau. abeſt. Brunkius ſic edidit:

τ. εὐρυπρ. τουτονὶ γοῦν οἶδ' ἐγώ,
κἀκ. κ. τ. κομ. τουτ.

Sed trimetris non locum eſſe in ſyſtemate dimetrorum obſeruauit *Herm.* Quod Inu. verba γοῦν οἶδ' ἐγὼ κἀκεινονὶ auctore lib. Rau. omiſit, non probo. Magna iis ineſt vis comica, et ne ſenſus quidem loco facilis eſt ſine iis, etiamſi poſt εὐρυπρ. poſueris pro puncto comma.

1094. f. Hos quoque verſus male Brunk. in vnum trimetrum coniunxit. Quorum prior ſimili de cauſa, vt 1090., monometer eſſe debet. Nam tacet aliquantisper iuſtus orator, dum aliquid adhuc praeſidii inueniat. Nullum autem perfugium relictum videns, plenis dimetris victum ſe fatetur. *Herm.*

1095. (1101. Br. 1104. Herm. 1099. vulg.) R. L. rectius ἡττήμεθ' [pro vulg. ἡττώμεθ']. Sed in Ia. ὦ κιν. cum ſqq. tribuuntur Phidippidae, in Ib. autem, item R. C. Phidippidae aſſignantur tres ſequentes verſus. *Ern.* ἡττήμεθ'. n). Sic tres codd. Meus, vt vulgo ἡττώμεθ'. In

---

l) In C. ap. Ern. πλείους.

m) Dukerus ſic refingit: τοὺς εὐρυπρώκτους· τουτονὶ γοῦν οἶδ' ἐγὼ κἀκεινονί, vt antecedentibus et ſequentibus reſpondeant. Sane καὶ abeſt a R. Non dubitem hoc ſequi. *Ern.*

n) Ita Inu. Herm. Sch. ediderunt. κινούμενοι ſunt *cinaedi*, vt Eqq. 872., monente *Harl.* Sequentia quae in Lips. vt in vulgg. et Br. diſtincta ſunt, Herm. ita edidit:

πρὸς τῶν θεῶν,
δίκασαί μου θοιμ. ὡς-

A. C. D. Phidippidae perſona praefixa eſt verſui ſequenti, quam diſtinctionem praetulit etiam Cratander *o)*, e cuius edit. in Venetam transiit et alias aliquot. In B. vnicum verbum ἥττημαι Iuſto oratori tributum, et Phidippidae perſona ante ὦ κινουμ. poſita. Primariae edd. et recentt. pleraeque omnia Iuſto oratori tribuunt, quod magis probo. Dicit autem δέξασθέ μου ϑοιμάτιον, non, vt expeditius currat, quae Schol. eſt interpretatio eaque ineptiſſima *p)*, ſed quia fingit Comicus Socratem diſcipulos veſtibus exuere ſolitum fuiſſe, priusquam in ſcholam admitterentur. Supra 498. ἀλλὰ γυμνοὺς εἰσιέναι νομίζεται. *Brunck.* ἥττημαι ὦ κιν. etiam (Reg. quartus) cod. Participio ſuperſcripta gl. συνουσιαζόμενοι. Sequentia Iuſto Oratori continuata a librario cod. Poſtmodo recentior manus v. 1096. atramento praefixit notam Φειδ. Prior librarius perſonas vbique notauit minio. *Idem* in Suppl. Schol. dicit propterea eum veſtem tradere, ne in currendo impediatur; at contra Veſp. 406. ἀλλὰ ϑοιμάτια λαβόντες ὡς τάχιστα παιδία ϑεῖτε. *Bergl.* His dictis Iuſtus orator abiecto pallio transſilit ad ſpectatores, Iniuſtus abit.

1099. (1103.) *q)* Melius [pro πότερον] cod. [Reg. quartus] πότερα, quod recipiendum. *Brunck.* in Suppl. [Recepit cum Inu., *Herm.* vt magis Atticum.] — ἐπάγεσθαι. Scribendum ἀπάγεσθαι, vt habet MS. Arund. *r)*. *Kuſt.* Mallem ἀπάγεσθαι. Gloſſa in meo ἀπελϑεῖν. *Brunck.* Ita haud dubie ſcribendum. *Herm.*

---

o) Verbis πρὸς τ. ϑ. in ed. Farrei praefixum ΦΕΙ. quaſi Phidippides haec dicat. *Bergl.* In Cratandri exemplo quo Harl. vſus eſt, non ita fuit, vt Br. dicit.

p) At ea non ſolum aptiſſima, ſed vnice vera eſt. Non enim apud Socraticos perfugium quaerit iuſtus orator, quippe a quibus exierat, neque hi ſunt κινούμενοι, ſed ſpectatores. Nam vbi omnia plena videt mollium et effeminatorum hominum, perniciem ſibi metuens, ni horum partibus accedat, ſimulat ſe veſtem iis transmiſſurum eſſe, quo expeditior ipſe ad eorum gregem perfugere poſſit. Sic demum hic locus dignus eſt Ariſt. petulantia et acerbitate. *Herm.*

q) Conſtituitur hic vulgo actus tertii ſcena quarta. Strepſiades modo redierat. Eum alloquitur Socrates.

r) Probauit etiam Ern. Receperunt *Herm.* et *Sch.* ἐπάγεσθαι defendit *Reisk.* notare enim: *ſecum ſumere.*

1100. Ne quem hic turbet pronomen *σοι*, ſciat lector, illud more Atticorum hic redundare (vti et *μοι* v. 1102.) et *τὸ διδάσκω* referri debere ad Accus. praecedentem *τὸν υἱόν*. *Kuſt.* *διδάσκω σοι λέγειν*; Sic recte in B. vt in impreſſis. In A. *δ. τοῦ s)* *λέγειν*. In C. *διδάξω τοῦ λ.* In D. *διδάσκω τὸ λ.* *Brunck.* Quartus cod. Reg. a prima manu *τὸ λέγ.* ſed emendatum *σοι*. *Idem* in Suppl.

1102. *σομώσεις.* Ad h. l. reſpexit Pollux II, 100. vbi ait: Ἀριστοφάνης σομῶσαι εἴρηκε, *τὸ λάλον ἀπεργάζεσθαι.* *Kuſt.* Schol. *ὀξυνεῖς.* Sed in Gloſſis: *σομῶ ferrumino. σόμωμα ferrum durum. Bergl.* *εὖ μοι σομ. αὐτόν, probe exacues ipſum:* ſicut Soph. Oed. Col. 829. *t).* *πολλὴν ἔχων σόμωσιν probe aculeatum*, os nempe ſ. *σόμα*, quod praecellit. *Spanh.* Perperam meus et B. *σομώσῃς v).* *Brunck.*

1103. *οἷαν.* Suidas: *δυνατήν*, vbi h. l. profert. *Brunck. cauſarum agendarum peritam; μείζω πράγματα*, Suid. *τὰ ἴδικα, τὰ ἐμφιλόσοφα*, deminutiue dixiſſe *δικιδίοις liticulis.* At *maiora negotia* potius interpretarer *magis ardua negotia*, ad quae filium ſuum vult inſtrui, vtpote quum ipſe ſenex, quum ſe daret in diſciplinam Socratis, talia noluiſſet doceri. *Harl.*

1104. Filium quidem ſuum vult bene inſtrui ad ardua etiam negotia (*μείζω πράγματα*); ipſe autem, quum ſe

---

s) R. *τοῦ λ.* C. *τὸ λ.* *Ern.*

t) Locum Soph. eiusque Schol. laudauit etiam *Bergl.* Schol. Soph. l. l. explicat *δείνωσιν καὶ πανουργίαν.* add. Suidam in *σόμωσις* et *σομώσῃς*, vbi Scholia noſtra, aut alia paullulum diuerſa ante oculos habuit. *Harl.* Similiter Phot. Lex. *σόμωμα* dicit eſſe *τὸ ὀξῦνον τὸν σίδηρον.*

v) Ia. *σομώσῃς*, ſed illud rectum: poſt *ὅπως* futurum vſitatum Atticis, vt multis exemplis in his ipſis Nubb. clarum eſt. add. ad 1167. *Ern.* Suidas V. *σομώσῃς* legit *σομώσῃς* non *σομώσεις*, ſed vulgatum idem retinet in *οἷα.* *ἐπὶ μὲν θάτερα οἷαν δικιδίοις, τὴν δ' ἑτέραν* etc. qua ratione cohaereat oratio, non aſſequor. Videtur autem eſſe elliptica, quae ita ſuppleri queat, *ἐπὶ μὲν θάτερα σάμοσον τὴν γνάθον οἷαν δικιδίοις*, i. e. ab altera parte, i. alteram buccam acue ad liticulas: quumque rurſum inferendum eſſet, *ἐπὶ θάτερα δέ*, pro eo dixit *τὴν ἑτέραν δ' αὐτοῦ γνάθον.* add. Schol. *οἷαν* Suid. eodem modo exponit, quo Schol. *δυνατὴν καὶ ἔμπειρον λέγειν δίκας.* *Duck.*

daret in disciplinam Socratis, nolebat talia doceri, v. 432. *Bergl.* ἀμέλει v. seq. reddunt vt Imperat. *ne sis sollicitus.*

1106. ὠχρόν. De se coniecturam facit, nam et ipse apud philosophos nitorem corporis amiserat, vt dicit 717. *Bergl.* οἶμαί γε. [pro eo quod Inu. dedit ἔγωγε.] Sic R. Hic versus cum sq. in C. I. tribuuntur Phidippidae. *Ern.* Nimirum alii γε omittunt. Rau. ὦ. μ. οὖν ἔγωγε, quasi haec Strepsiades diceret. *Herm.* Non ἔγωγε, opinor, scriptum erat in autographo, sed ἐγῷδα, quod fortius vulgato οἶμαί γε, dignumque adeo recipi in ordinem. Iuntt. γε abest. Aberrauerunt fortasse ad οἶμαι vel οἴομ. δὲ sequ. v. librariorum oculi. *Hotib.*

1107. (1116. H. 1113. Br.) Hic et sequens vers. vulgo tribuuntur choro, hunc in modum scripti:

Χώρει νῦν· οἴομαι δὲ *x*)
Σοὶ ταῦτα μεταμελήσειν.

Versus distinxi et personis diuisi, vt est in membr. *y*) vbi scriptum χωρεῖταί νῦν. Emendate in C. χωρεῖτε νῦν. Quam saepe librarii αι et ε confuderint, norunt iam pueri. In C. ante χωρεῖτε nulla posita est persona, omnibus adolescenti continuatis. Sic etiam est in meo, vbi male scriptum χώρει. In B. duo hi versus ineptissime Strepsiadi tributi. In C. et in meo, vt in membr. scriptum est οἶμαι, non οἴομαι. In cod. Regio quarto duo hi versiculi Phidippidae continuati, hac scriptura: χώρει νῦν. οἶμαι δέ σοι — *Brunck.* Insolens ac plane contra artem est, iambico dimetro acatalectico subiici ithyphallicum. Posset hoc vitium tolli, si

---

x) Surdo narrat fabulam chorus; nam nec filius cum deterrere potuit ab instituto, quum ei nihil boni praediceret v. 867. sed mox plagis emendabitur. *Bergl.* Chori personam deleri vult Reisk.

y) Nempe ita, vt Inu. e Rau. edidit:

Σω. χωρεῖτε νῦν. Φει. οἶμαι δέ σοι
ταῦτα μεταμελήσειν.

Herm. et *Schütz.* χωρεῖτε quidam dederunt, sed omnia choro adscripserunt. Nempe chorus verbis χωρεῖτε v. introire iubet Socratem et Phidippidem, sequentia autem ad Strepsiadem conuersus dicit, auctore *Schütz.*, sed rectius Wil. χωρ. v. ad Strepsiadem et Phidipp. dici, tum Strepsiadem abire, et Phidippidem postrema, dum intrat, loqui existimat.

in Brunk. verſuum diſtinctione ſcriberetur *ταυτί γε μεταμελήσειν*. Sed aptius putaui, vulgata verſuum deſcriptione ſeruata, dimetrum acatalecticum addito pronomine *ἐγώ* integrare *z)*. *Herm.* Senarius haud dubie hic quoque iambicus, hoc vel ſimili modo reſtituendus:

Σω. *χώρει νυν. Φειδ. οἶμαι μεταμελήσειν σοι τάδε.*

Soli Phidippidae Socrates dicit *χ. ν. intro igitur abi.* Strepſiades recitato v. 1104. iam abierat; quem reſpiciens domum properantem, filius: *οἶμαι* etc. *Hotib.*

1109. (vulg. 1113.) *τοὺς κριτὰς* accuſandi caſu pro Nomin. hic dici obſeruat Schol. Sic Au. 1269. *δεινόν γε τὸν κήρυκα* quarto caſu itidem dicto primi loco, et quod Atticum ſchema eſſe ibi in Scholl. dicitur. Sic contra primus caſus pro quarto legitur Aeſch. Agam. 734. *φαιδρωπὸς ποτὶ χεῖρα σαίνων τε*, pro quibus *φαιδρωπὸν* et *σαίνοντα* emendauit Auratus. Quae caſuum *ἐναλλαγὴ* Atticis caeteroquin haud infrequens, qualia exempla ex Hom. Soph. Eurip. et aliunde indicat Euſtath. ad Il. B. p. 236. *Spanh.* Ordo eſt: *βουλόμεθα φράσαι τοὺς κριτάς*, i. e. *περὶ τῶν κριτῶν*, vt ſupra 955. *λέξω τοίνυν τὴν ἀρχαίαν παιδείαν.* V. not. ad Plut. 56. Captat autem chorus beneuolentiam iudicum. *Bergl.* Eſt vel accuſatiuus abſolutus, et intelligi debet *κατὰ τοὺς κριτάς*, *quod attinet ad iudices* (v. not. ad Anthol. gr. poët. Tyrt. I, 19. p. 44.) vel inuerſa ſtructura *a)*, vt 1142. *καί μοι τὸν υἱὸν εἰ μεμάθ. — εἴφ'* h. e. *περὶ τοῦ υἱοῦ εἰπέ μοι.* v. Dawes. M. Cr. p. 149. *Harl.*

1110. Nullus recentt. edd. cum Inu. *ἡμεῖς Φρ.* pro *ὑμῖν Φρ.* recepit. Nimirum *ὑμῖν* ad ſpectatores omnes pertinet.

1115. *πρῶτον* Ia. male, ſed pro *νεοῦν* (vt olim vulg.) cod. R. habet *νεᾶν*, quod vulgato ſine dubitatione praeferendum eſt. Heſ. *b)* *νεᾶν* (ſic ibi recte pro *νεοῦν* reſtituit

---

z) Itaque ſic ediderunt H. et Sch.

Χα. Χωρεῖτε νῦν· οἶμαι δ' ἐγὼ
σοι ταῦτα μεταμελήσειν.

Sed nunc Herm. praefert, quod Br. et Inu. dederunt.

a) *φράσαι τοὺς κριτὰς* pro *φράσαι ἃ οἱ κριταὶ* — *Ern.*

b) add. Phot. p. 213., qui *νεοῦν* repudiat.

Alb.) *νεάσαι γῆν*, vbi v. Alb. *Ern.* — *νεᾶν* A. C. *c)* recte. Perperam vulgo *νεοῦν*. Gloſſa *ἀροτριᾶν nouare, terram aratro vertere.* — *ἐν ὥρᾳ* gl. *εὐκαίρως.* Ego aliter accipio *(ineunte vere). Brunck.* Xenoph. in Oecon. *d)*: *καὶ γὰρ ἐν τῷ χώρῳ καὶ ἐν τῷ ἄστει ἀεὶ ἐν ὥρᾳ αἱ ἐπικαιρώτατα πράξεις εἰσί* (ſemper *maturae* actiones ſunt opportuniſſimae.) Virg. Geo. II, 408. Primus humum fodito, primus deuecta cremato Sarmenta — *Bergl.*

1114. *μήτ' ἄγαν ἐπομβρίαν.* Sic IV. codd. recte, omiſſa, quae in impreſſis inepte inſeritur particula (*μήτ' ἄγαν γ' ἐπ.*).

1116. *προσεχέτω.* Vel ſcribendum vel pronunciandum *προσχέτω* videatur, ſed tamen et tribrachys locum habet, vt 1119. *Ern.* V. ad 576.

1118. (vulg. 1122. Br. 1124.) Peſſime vulgo hic locus interpunctus erat *e)*, quod quia Bergl. non animaduertit, ridicule eum conuertit. Ordo eſt: *ἡνίκ' ἂν βλασάνωσιν αἵτε ἐλᾶαι f) καὶ αἱ ἄμπελοι, ἀποκεκόψονται αὐταί.* Verbum *βλασ.* ad vtrumque Nomin. pertinet, *ἐλᾶαι* et *ἄμπελοι*, alterumque verbum *ἀποκεκ.* tam de oleis quam de vitibus intelligendum. Verterat Bergl.: Nam quando germinauerint oleae, et vites amputabuntur, eiusmodi fundis eas caedemus. *Brunck.* In cod. (Reg. quarto) comma poſitum poſt verba *αἵ τ' ἄμπελοι*, vt etiam in B. et in meo, in quo ſequ. verbo *ἀποκεκοψ.* ſuperſcripta gloſſa *ἀφ' ἡμῶν. Idem* in Suppl. Male vulgo *ἂν* collocatum. Scripſerat Ariſt. *ἡνίκα γὰρ ἂν αἵ τ' ἐλᾶαι* — *Herm.* [Ita cum H. edidit Sch. Nunc tamen ille vulg. *ἡν. ἂν γὰρ* — praefert.]

---

c) Acceſſit cod. Rau.

d) cap. 5. §. 4. vbi Schneid. *ἐν ὥρᾳ* reddit *ſuo, ſtato, certo, tempore.* Cf. Sturz. Lex. Xen. IV. p. 602.

e) Ita ſcilicet:

'Ηνίκ' ἂν γὰρ α. ε. βλασάνωσ', αἵτ' ἄμπελοι
ἀποκεκόψονται, τ. σφ. π.

Br. poſt *ἄμπελοι* comma, poſt *ἀποκ.* colon poſuit. Ita et recentt. edd. Reiskius legi volebat: *τικούσης ἀμπέλου.*

f) Pro vulg. *ἐλαίαι* Br. in textu et notis ſcripſit (cumque eo ſeqq. edd.) *ἐλᾶαι.* cf. Tho. M. p. 292. ibique interpp. *Harl.* Br. vertit: Nam quando germinauerint oleae et vites, concidentur: adeo validis eas contundemus fundis.

1119. g) σφενδόναις hic pro *grandine* dictum, vt notat Schol. et loci ratio euincit, quam nubes nempe in germinantes oleas et amputandas vites immitterent. Sic σιλφίῳ σφενδονῶν seu *filphii condimentum infundens* seu *infpergens* ab Axionico ap. Athen. III. p. 95. metaphorice dici ibidem videas. *Spanh.* Futurum παιήσομεν occurrit et Lys. 462. Eſt a παίω, et aor. 1. ἔπαισα ſupra 549. nempe a fut. 1. παίσω· qui aoriſtus coincidit cum παῖσαι a παίζω. *Bergl.*

1121. τὸν πέραμον. — Huic verſui Caninius ſtellulam praefixit, vt vitioſo. Habet in ſecunda ſede anapaeſtum, quod ferri poteſt. vid. 518. 624. (626.). Sed durum eſt τοῦ τέγους τὸν πέραμον αὐτοῦ. *Ern.* Debebat eſſe τοῦ τέγους αὐτοῦ *ipſius tecti*, non eius hominis —

1122. τῶν ξυγγενῶν C. addit ἀπὸ e gloſſa: int. τις, quod interdum in hac forma omittitur. *Ern.*

1123. νύκτα. Ad nocturnam ſponſae deductionem reſpici monet *Wakefield.* Silu. Crit. V. p. 43.

1124. v. Suid. V. Βουλήσεται (vbi locus hic adducitur) et V. Ἄθθης. *Kuſt.* ἐν Αἰγύπτῳ. Vbi non compluetur quidem, ſed erit apud homines malos. In Aegypto non fieri pluuiam dicit et Comicus in Thesm. ex Euripide v. 862. Νείλου — ῥοαί, ὃς ἀντὶ διὰς ψεκάδος Αἰγύπτου πέδον — νοτίζει. Aegyptios autem male audiuiſſe, notat Schol. ex Aeſch.: δεινοὶ πλέκειν τοι μηχανὰς Αἰγύπτιοι· et ex Theocr. in Adon. [XV, 47. f. vbi v. Valck. p. 356. f.] οὐδεὶς κακοεργὸς Δαλεῖται τὸν ἰόντα παρέρπων Αἰγυπτιστί. *Bergl.*

1125. (vulg. 1129.) Actus IV. ſcena 1. hic conſtituitur. Egreditur Strepſiades faccum farina plenum humeris geſtans petitque ſcholam philoſophi, ſacco illo Socratem donaturus, et inter eundum pro ſe loquitur, animique ſollicitudinem exprimit, tum fores pulſat. — πέμπτη nempe ante illum diem, quae dicebatur ἕνη καὶ νέα. *Bergl.* Interpres obſcure vel captioſe vertit: *En quinta, quarta,*

---

g) Pro τοιαύταις Toup. Emm. ad Suid. et Hes. III. p. 513. f. (vbi Heſych. gloſſam Σφεῖρα mutat in Σφενδονητὰ et ad h. l. reſpicere putat) coniicit legendum eſſe τότ' αὐτὰς — nimirum vulgari et falſa interpunctione deceptus, quae ἀποκικ. ad ἡνίκα refert.

tertia, ſecunda etc. Credat enim ſorte lector, Ariſt. hic loqui de diebus menſis ineuntis, quum contra dies menſis exeuntis, quem φθίνοντα vocabant, intelligat. Veteres Athenn. enim menſem in tres decades diuidebant; quarum tertia continebat dies, qui ſequebantur vigeſimum vsque ad trigeſimum. Huius decadis dies ordine retrogrado numerabant, ita vt vltimum menſis diem (quem iam ponemus fuiſſe trigeſimum) appellarent ἕνην καὶ νέαν, vigeſimum nonum, δευτέραν φθίνοντος, vigeſimum octauum, τρίτην φθίνοντος et ſic porro vsque ad vigeſimum, quem εἰκάδα vocabant. Quare vertere debebat Friſchlin. *h) en vigeſimus ſextus, vig. ſeptimus, octauus; poſt hunc vigeſimus nonus* etc. Sed hoc ſatis clare expoſuit Schol. vetus. *Kuſt.*

1127. πέφρικα. Huc ſpectat Suid. h. v. Cod. R. πέφροικα male. Analogia eſt φρίσσω, πεφρῖχα, πέφρῖκα, vnde φρικη. *Ern.* Vnde tandem πέφριχα mediam breuem habeat? *Herm.*

1128. (1134. Br.) ἕσ' ἕνη. Sic [pro vulg. ἕσθ' ἕνη] membr. et meus, in quibus vox ἕνη ſemper tenui ſpiritu notata eſt. *Brunck. i).* ἕνη τε καὶ νέα. Quae vulgo τριακὰς ſ. *triceſima* menſis dies, et quidem, vt bene hic Schol., ἐπεὶ μετέχει τοῦ τε παλαιοῦ καὶ τοῦ νέου φωτός· nempe quod coniunctio Solis et Lunae eadem die fieret, atque inde τριακάδος loco ἕνη καὶ νέα dicta ſit a Solone eadem dies, vt id a Plut. traditur in eius vita p. 92. [c. 25. p. 347. T. I. Reisk.] et a Proclo in Timaeum I. p. 25. Σόλωνος δὲ καὶ ὅτι ὁ μὲν σελληνιακὸς οὐκ ἔστι τριακονθήμερος, καὶ διὰ τοῦτο αὐτὸς ἕνην ἐκάλεσε καὶ νέαν *veterem et nouam:* lunam nempe ſ. triceſimam menſis diem *k*). Quam in rem Geminus Iſag. c. 6. ab init. ἔστι δὲ σύνοδος μὲν, ὅταν ἐν τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ

h) Idem monuit *Lamb. Bos.* Obss. Critt. p. 75. qui etiam Intpp. ad Ael. V. H. III, 23. laudat.

i) Brunkium ſequuti ſunt recentt. edd.

k) Antiquitus ἕνη καὶ νέα non fuit certus et definitus menſium alternantium dies; poſtea conſtitutis menſibus tricenariis, trigeſimus dies ita dicebatur. vid. *Ideler* hiſtor. Unterſuch. über die aſtron. Beob. d. Alt. p. 178. ſ. et *Buttmann.* in App. ad eum lib. p. 406. ſ. Albert. ad Heſych. I. p. 1256. — Conſtat eum diem ideo fuiſſe inuiſum, quod debitores, qui die viceſi-

γένηται ὁ Ἥλιος καὶ ἡ Σελήνη, τοῦτ' ἔστι περὶ τὴν τριακάδα τῆς Σελήνης. Quod ab Hippocrate dictum pridem fuerat de octimestri partu c. 3. ὅτι νουμηνία ἡμέρα μία οὖσα, ἐγγύτατα τριακοσημόριόν ἐστι τοῦ μηνός (propemodum pars mensis trigesima). Vnde liquet, errare hic alium Comici Scholiasten, a quo dicitur ἡ Νουμηνία· οὕτω παρ' Ἀθηναίοις ἡ παρ' ἡμῖν τριακάς· quum Νουμηνία apud Atticos esset demum sequens post τριακάδα dies, vt id aperte notat dicto paullo ante loco Plutarch., vbi quum τριακάδα a Solone, dictam ob causam, ἕνην καὶ νέαν appellatam docuisset, addit: τὴν δὲ ἑξῆς ἡμέραν, νουμηνίαν ἐκάλεσε. Immo quod discrimen, inter Νουμηνίαν et ἕνην καὶ νέαν paullo post tradit ipse Arist. v. 1186. ſ. πῶς οὐ δέχονται δῆτα τῇ νουμηνίᾳ etc. Quae vel inde hic monenda veniebant, quod a Petauio Var. Diss. l. IV. c. 11. et 13. negatur, tricenarios menses et annos aequabiles 360. dierum, vt de his antea vidimus, fuisse post Solonem in ciuili ac populari, sed in abdito demum ac recondito Athenn. vsu. Adde vna etiam voce ἕνης *l)* *vltimam* ſ. *triceſimam menſis diem* a Comico designari Conc. 79. καταθήσεις, ἐὰν ἕνης ἕλθῃς (poteris deponere, etiamsi ad vltimam mensis diem veneris). *Spanh.*

1129. τις eleganter adhaeret τῷ πᾶς, vt Thuc. II, 41. vnde τῷ πάνυ additur, πάνυ τι *valde*, Xen. Cyrop. V. p. 321. *Ern.* ὄμνυσ'. Deleto apostropho sua huic loco elegantia suusque nitor restitui potest. Non enim ὄμνυσι sed ὀμνὺς participium ab Arist. profectum est. Haec quum scripsissem, Reizium quoque sic correxisse animaduerti. Quam emendationem qui primus inuenit *m)*, is auctor eius habeatur, citeturque. *Herm.* (Cum eo et Sch. edidit: ὀμνύς.)

---

mo vsuras non soluerant, eo die in ius venire, et, si creditor voluerit, sortem cum vsuris soluere deberent. *Wil.*

l) ἕνος vocab. est obsoletum et paene rituale pro παλαιός. v. Reisk. Ind. graec. Demosth. h. v. add. Timaei Lex. Plat. h. v. p. 72. [p. 103. ed. sec.] ibique Ruhnk. Harpocration tamen in ἕνη καὶ νέα, per se, ait, τὸ ἕλον διασυνόμενον τὸ πρότερον καὶ παρεληλυθὸς δηλοῖ. *Harl.*

m) Iam *Reiskius* Anim. ad Eurip. et Arist. legendum coniecerat ὀμνύς, saepe ille nimium neglectus ab editoribus.

1130. πρυτανεῖα. Iulius Pollux VIII. [38. vbi vidd. intpp. p. 876.] dicit fuiſſe certam pecuniam *n)*, quam deponerent litigantes vtrimque in initio litis, et illum, qui victus fuerit iudicio, dicit tantum dare, quantum ab vtroque fuiſſet depoſitum: quod deinde iudices accipiant. Schol. dicit eſſe *ſportulas* Romanorum *o)*, quocum conuenit Suidas et Gloſſae Verborum Iuris. *Bergl.* — Male vulgo ἀπολεῖν με φ. hiulca oratione, cuius partes abruptae nullo nexu cohaerent. Male etiam v. ſeq. legitur μέτροιά τε. Scribi debuit ἀπολεῖν τε et μέτριά τοι. Vide verbionem *p)*. τοι et τε ſaepiſſime permutantur. με ex gloſſa invectum fuit. *Brunck.* Vtrumque Br. male mutauit. Nam τοι vt recte hic dicatur, minime tamen neceſſarium eſt *q)*, in illis autem ὄμνυσι ἀπολεῖν τε φησὶ tantum abeſt, vt oratio fit ad communem ſermonem, praeſertim ruſtici, accommodata, ea vt potius hac poetica verborum collocatione ab omni colloquiorum ſimplicitate alieniſſima videatur. *Herm.* qui, quum ὀμνὺς reponatur, nulla alia mutatione opus eſſe oſtendit.

1132. μέντοι, vt Inu. e Rau. edidit, eſt etiam in Bau. Recte autem alii edd., metri cauſa, μέν τι ſeruarunt.

1133. ποτὲ cum accentu ſcripſit Br., e quo habet ed. Lips. In al. edd. οὔ φασίν ποτε.

---

n) πρυτανεῖα θεῖναί τινι *prytanea cum aliquo deponere*, eſt, vt Romani loquuntur, *ſacramento cum aliquo contendere*, per conſequens, *dicam alicui dicere, in ius vocare. Harl.* cf. Kuſt. ad 1170. Photius Lex. p. 346.

o) Illam Schol. interpretationem non prorſus improbat Caſaub. ad Athen. VI, 8. fin. p. 420. et ſecundum Cod. l. II. de *ſportulis et ſumtibus in diuerſis iudiciis faciendis* ſenſu limit generali, quo omnes denotantur ſumtus, quos litigantes faciebant: peculiariter pecuniam pedaneis iudicibus dandam, ita eſſe vocatam. At discrimen inſigne eſt, nec negat id Caſaub. πρυτανεῖα in aerarium publicum conuertebantur, erant τέλη (v. Velp. 655. ff. ibique Schol.); *ſportulae* Romanorum iudicibus ipſis cedebant, vt alia omittam. cf. Suid. h. v. et Valeſii not. in not. Mauſſaci ad Harpocr. p. 130. *Harl.*

p) Vertit Br.: *pignoraque deponit, adſirmans ſe funditus me peſſumdaturum, tametſi interea, vt parcant, aequosque ſe praebeant, his verbis eos oro etc.*

q) Igitur μέτριά τοι operarum errore videtur in ed. II. manſiſſe, atque inde veniſſe in Schütz.

1135. L. C. I. ed. Bas. *δικάσασθαι*, et v. ſeq. C. Ia. *δικασάσθων* tum L. *ὀλίγων*. *Ern.*

1139. Tertium *παῖ* omittit R. Caet. in edd. antt. et MS. R. vnus *στίχος* eſt *παῖ — ἀσπάζομαι* et id conſentit Schol. ad 1124. Distraxit Friſchlinus, nempe quia in altera parte nouae ſcenae initium eſt: niſi ſi ſcenae nouae initium potius eſt v. 1148. Eſt vnus verſus iambicus trimeter *r*). *Ern.* Friſchlinus violentam illam et ineptam nec neceſſariam diuiſionem in actus et ſcenas faciens, coactus fuit hunc verſum diuidere. *Bergl.* Pulſans fores haec dicit. *ἠμὶ* (pro *φημὶ* Zonar. II. p. 994.) reddunt *heus!*

Στρεψ. *ἀσπάζομαι s*). V. quae notaui ad Plut. 324. add. Cic. ad Att. II, 9. *Κιμέρων ὁ μικρὸς ἀσπάζεται Τίτον Ἀθηναῖον*. *Spanh.*

1140. *τουτονί*. *τὸν θύλακον*. Dat ei ſaccum farinae; nam et ante dicebat: *διαλφιτώσω* etc. v. 671. *Bergl.* Gl. in C. *τὸν θύλακον, ὃς ἐστι μεστὸς ἀλφίτου*. Bene. In meo gl. *πλακοῦντα*. *Brunck.*

1141. (vulg. 1146.) *ἐπιθαυμάζειν*. Hanc lectionem agnoſcit etiam Suid. V. *Ἐπιθαυμάζειν t*). At Euſtath. ad Il. M. p. 912, 58. ed. Rom. locum hunc citans legit: *ἀποθαυμάσαι τι τὸν διδάσκαλον*, idque ait *εὐφήμως* dictum eſſe, pro, *μισθὸν δοῦναι, mercedem dare.* Sic Latini *honorare εὐφήμως* aliquando dicere ſolent pro, *mercedem dare. Kuſt.* Gl. *θαυμασῶς τιμᾶν καὶ δεξιοῦσθαι.* Suid. *ἐπιθαυμάζειν, ἀντὶ τοῦ δώροις τιμᾶν.* Hanc ſcripturam tuentur codd. omnes. At Euſtath. *ἀποθαυμάσαι* habet: *Ἀθηναῖοι μεταλαβόντες τὸ μισθὸς εἰς θαῦμα, θαυμάζειν φασὶ τὸ διδόναι μισθόν, ὡς δηλοῖ καὶ παρὰ τῷ Κωμικῷ τό· χρὴ γὰρ ἀποθαυμάσαι τι τὸν διδάσκαλον, ὅπερ εὐφήμως εἰρέθη, ἀντὶ τοῦ, μισθὸν*

---

r) Ita etiam deſcripſerunt recentt. edd.

s) Foribus apertis progrediens Socrates haec dicit. Conſtituitur hic act. IV. ſc. ſecunda.

t) Suid. habet *δεῖ*, ſed Euſtath. l. l. agnoſcit *χρή*, et contra habet *ἀποθαυμάσαι* per *εὐφημίαν* dictum pro, *racemium dare*, vt Lat. *honorem habere. Ern.* Varietatem ſcripturae ap. Suid. et Euſt. et vtriusque interpretationem notauit etiam *Duck.*

διδόναι. Vtro modo legas, perinde eſt. Nam praepoſitio nihil addit verbi ſignificationi, ornatui tantum ſeruit. v. not. ad 981. *Brunck.*

1142. τὸν υἱόν. Accuſatiuus more Atticorum hic poſitus eſt pro Nomin. de qua conſtructione plura diximus in Not. ad Plut. *Kuſt.* Ordo eſt: εἰπέ μοι τὸν υἱὸν i. e. περὶ τοῦ υἱοῦ, vt 956. λέξω τὴν παιδείαν i. e. περὶ τῆς παιδείας. v. ad Plut. 56. *Bergl.*

1143. ἐκεῖνον. Nempe τὸν ἄδικον λόγον. Supra 890. — ὃν poteſt vel ad υἱὸν referri, vt ſit τὸν υἱὸν ὃν εἰσήγαγες, nempe εἰς τὸ φροντιστήριον, *quem introduxiſti in ſcholam tuam*, vel ad λόγον, vt ſit τὸν λόγον, ὃν εἰσήγαγες εἰς τοὺς ἀνθρώπους *quem inuexiſti in humanam ſocietatem. Bergl.* Poſterior ſtructura verior eſt.

1144. Ἀπαιόλη. Suid. legit παιόλη v), quem vid. in h. v. *Kuſt.* V. ſupra 731. ἀπαιόλημα. Ab αἴολος *varius, celer, verſutus.* Comicus Ἀπαιόλη dixit, quaſi *Dea Fraudum*, vt Eqq. 630. Φένακες. v. Euſtath. ad Il. B. p. 267. *Bergl.*

1145. (vulg. 1150.) Poſt ἤντιν' omiſſum eſt in Kuſt. ἄν. L. C. [Elb.] βούλει [pro βούλῃ] quod verum eſt. *Non quam velit filius, ſed quam velit pater*, vt patet e ſeqq. *Ern.* βούλει recepimus. ἄν cum Indicat. praeſ. iunctum. v. Brunk. ad Plut. 885. Eqq. 1331. Ach. 873. *Herm.* [Ita et Sch. ſed nunc Herm. βούλῃ praefert.]

1147. (Br. 1153.) καὶ παρῆσαν [vt Br. H. Sch. ediderunt]. Vulgo [etiam in Rau. Bau.] κἄν παρῶσι [vt et cod. Reg. quartus in Suppl. laud., male]. In A. D. κἄν παρῆσαν x). In C. κἄν παρῶσαν mendoſe. Legendum omnino κεἰ παρῆσαν. Lepor eſt in repetitione earumdem vocum, quibus vſus fuerat ruſticus. Eiusdem generis erat menda v. 483. *Brunck.* Non modo elegantius, ſed etiam plane

---

v) Recte ap. Zonar. II. p. 247. Ἀπαιόλη, quae gloſſa non ad Aeſch. verſum, ſed huc ſpectat. Sed noſter Aeſchylum imitatus eſt. *Reiskius* coniecit: ὦ παμβασίλεια παιδόλη *puerorum corruptrix.*

x) Sic et R. quod rectiſſimum eſt; non *ſi adſint*, ſed *ſi affuerint. Ern.*

necessarium est, παρῆσαν repeti. Strepsiades enim quum praecedd. diceret, illud tempus spectabat, quo mutuam sumserat pecuniam. Itaque de eodem tempore etiam Socrates respondeat necesse est: qui si κἂν παρῶσι diceret, responsio eius non congrueret cum iis, quae Str. interrogauerat. Non enim de testibus olim sed nunc in iudicio praesentibus loqueretur. Sed aliud est, de quo dubitari h. l. possit. Nam si Socr. respondet κεἰ παρῆσαν χ. hoc dicit: *vinces etiam si mille affuerunt testes.* Quo significat potuisse fieri, vt mille testes adessent. At vero videtur potius dicere velle: *vinceres, etiamsi mille testes affuissent*, h. e. etiamsi tantus affuisset testium numerus, quantus ne posset quidem vnquam adesse. Id autem etsi sic dicendum fuisset κἂν εἰ παρῆσαν χ., dubitari tamen possit, an eamdem rem sic licuerit exprimere: κἂν παρῆσαν χ. Cui quidem coniecturae perexigua accederet ex eo auctoritas, quod libri omnes hic κἂν, non κεἰ exhibent. Nam vt εἰ et ἤν, sic κεἰ et κἂν vbique in libris permutantur, quibus deinde particulis verbum accommodari solet. Ita v. 1496. (1482. Inu.). Ac illud videndum est, ne κἂν, quod indicatiuo etiam aoristi iunctum nunc soloecum habetur, in iis sit loquendi formulis, quas grammaticorum doctrina ita e vett. scriptis sustulit, vt nunc vix vsquam reperiri videantur. Apollonius Dyscolus postquam III. de syntaxi p. 265. ff. ἐὰν coniunctiuo iungendum esse docuit, deinde contendit, dici non posse ἐὰν ἔλαβον, ἵνα ἀνέγνων. Qui vt in posteriore exemplo fallitur, ita nescias, an etiam in priore errauerit, qui ipse in eodem libro p. 300. κἂν cum Indic. coniunxerit. Verba eius sunt: ἔστι δὲ καὶ οὕτω φάναι, κἂν παρὰ τὸ δέκατος ἦν ἡ σύνθεσις, τὰ τῆς συνθέσεως ἐν λόγῳ τὴν τοῦ οὐδετέρου σύνθεσιν ἀνεδέχετο. In quo loco si ἦ scripsisset, deinde non ἐδέχετο sed δέχεται dicere debebat. *Herm.* qui nunc vulg. κἂν παρῶσι tuetur. (Nam recte potest responsio Socr. simul ad v. 1145. respicere.)

1148. (vulg. 1153. Br. 1154. H. 1157.) βοάσομαι y) dorice, vt Plut. 639. ἀναβοάσομαι. Est autem ὑπέρτονος βοὰ i. q. τηλέπορον βόαμα 961. *Bergl.* Βοάσομαί γ' ἄρα IV. codd.

---

y) Laudat Suid. V. Ὑπέρτονον, sed non recte legitur ap. eum βοήσομαι. Nam dorica dialecto haec dici tradit Schol. Interpretes non notant. *Duck.* Notauit *Erm.*

[et Elb.]. Vulgo *βοάσομ' ἄρα*, metro corrupto *z)*. Senarius eſt. *Brunck.* Recte ita edidit Br., qui trimetri numeros expleuit, addito voc. *βοάν*, quod in vulgatis libris et Rau. etiam ſequenti verſui tribuitur. Is nunc eſt verſus e dochmio et dipodia iambica compoſitus. *Herm.* qui tamen de h. l. ita nunc ſtatuit: „Leg.

βοάσομαί τἄρα τὰν ὑπέρτονον
βοάν· ἰώ, κλάετ' ὦ 'βολοστάται.

Hi duo verſus eodem ſunt metro: ∪–∪–– | ∪–∪–∪– Priorem non poſſe iambicum eſſe, et dialectus ostendit et *τἄρα*, quod ex *τοι* et *ἄρα* contractum prima longa eſt. Verſus genus, quod reſtitui, valde vſitatum eſt tragicis. Schol. metrici nulla eſt auctoritas. Phrynichi quoque verba apud eum ſic ſunt diuidenda, vt *βοάν* alterum verſum incipiat. In Eurip. verſu, quem affert, ſcribendum videtur: *ἰὼ ἰὼ πύλαισιν εἴτ' ἐν δόμοις ſeu foris ſeu domi.*"

1149. Citat Suid. locum hunc V. Ἰὼ κλάετε *a)*. *Kuſt.* *ὀβολοστάται* in genere hic de *foeneratoribus* dicuntur ſicut ap. Lyſiam or. adu. Niciam *b)*, vt de eo Harpocration; ap. Antiphanem iuxta Athen. III. p. 108. *ὀβολοστατικὴ ars foenerandi* Ariſtot. Polit. I, 10. Vnde Heſych. *ὀβολοστάτας τοὺς δανειστὰς ἔλεγον c)*. Inde vero *ὀβολοστάται* dein ab Atticis dicti *viles numularii*, qui obolos in diem, et quod monuit Salmas. de vſur. p. 581. egenis pro vſura foenerabantur. Quomodo etiam a Poll. III, 112. et 115. *ὀβολοστάτης* et *γυνὴ ὀβολοστάτις*, ac dein *ὀβολοστατεῖν*, vna cum auaris et illiberalibus et turpem quaeſtum exercentibus con-

---

z) L. Ia. ap. *Ern.* et Rau. *βοάσομαί τ' ἄρα*, quod Inu. recepit. Br. H. Sch. ita ediderunt:

βοάσομαί τ' ἄρα τὰν ὑπέρ. βοάν.
ἰώ, κλάετ' ὦ 'βολοί.

Cael. prae laetitia exſultantem haec dixiſſe Strepſiadem conſet *Wil.*

a) Vulg. *κλάετ'*. Iota ſubſcr. deleuerunt Br. H. Sch. vt Inu. Eam in rem *Harl.* laudat Hemſt. ad Plut. 62. et 612. Koen. ad Greg. Cor. p. 30. Moer. p. 251. et ibi Pier. Tho. M. p. 535. cum intpp.

b) Fragm. 101. p. 27. T. VI. Reisk. vbi *ὀβολοστατεῖ*, vt *ὀβολοστατοῦντες* ſr. 80.

c) Add. Photii Lex. p. 250. et Piſcher. Ind. Aeſch. Socr. h. v.

iunguntur. Quales etiam dicti τοκογλύφοι ac τοκογλυφεῖν. Vnde vtrumque coniunxit Lucian. haud procul ab init. Necyom. [c. 2. T. I. p. 457. Hemſt.] ἐπιορκοῦσι, τοκογλυφοῦσι (foenerantur), ὀβολοσατοῦσιν (vſuras exigunt): nempe turpe ac viliſſimum foenus exercent. *Spanh.*

1150. ἀρχεῖα [vt olim vulg.] *d)*. Senſus requirit, vt ſcribatur ἀρχαῖα, i. e. *ſortes* vel *capita* (vt vocant) *pecuniae creditae:* vt monuit etiam Biſetus. Nam vocis ἀρχεῖα (quae aliud notat) ſignificatio ab h. l. aliena eſt. *Kuſt.* Bene cum Biſeto Kuſt. ἀρχεῖα enim, quae de *regia*, *praetorio*, *magiſtratuum curia* dici iam monuit Budaeus; de actorum publicorum *tabulario* e Platone, alii; de *curia* e Demoſth. inſuper Phil. IV. p. 84. [T. I. p. 145. Reisk.] Plutarch. in Cim. p. 479. [c. 1. T. III. p. 171. Reisk.] Athen. VI. p. 235. et e Polluce praeterea; de ipſo vero Spartanorum *magiſtratu* e Plut. in Ages. p. 615. [c. 33. III. p. 691. R.] firmari inſuper poteſt. Verum quibus huius vocis ſignificationibus nullus hic eſt locus, ſed pro qua τἀρχαῖα, nota ap. Athenn. voce, de *ſorte* ipſa pecuniae in foenus datae et quomodo, vt h. l. ἀρχαῖα καὶ τόκοι *ſors et vſurae* ſubinde ap. oratores Atticos coniunguntur, vt Olynth. (Demoſth.) I. p. 6. [I. p. 13. R. add. adu. Nicoſtr. II. p. 1253.]. *Spanh.* τἀρχαῖα bene C. [atque Elb. et Rau.] Gl. τὰ κεφάλαια. Eadem eſt in meo gloſſa *e)*, licet perperam, vt in duobus aliis et in impreſſis ſcriptum ſit τἀρχεῖα. Ad mendoſam illam lectionem pertinet gloſſa in membr. τὰ δικαστήρια. *Brunck.* — τόκοι τόκων. Quales *vſurae vſurarum* Athenis haud inſolitae, vbi nempe eaedem ad ſortem additae, e quibus dein vſura quoque ampliatur. Quomodo noto ap. Theophr. loco [Char. 10, 3. ſ. 18, 3. Schneid.] haec μικρολόγου ſ. ſordide parci nota inter alias traditur: δεινὸς καὶ ὑπερημερίαν πρᾶξαι καὶ τόκον τόκου. Cui loco, quem adduxerant iam alii, vt Salmas. de

---

d) τἀρχεῖα. Gl. κεφάλαια, i. e. *ſortes*, ſed Biſet. habet τἀρχαῖα, quod recte probat Kuſt. ad Suid. in τῷ ὀβολοστάται T. II. p. 135. Nam ſic ſemper Graeci et Attici. Longe aliud ἀρχεῖα. *Ern.* De vtroque voc. v. Zonarae Lex. II. p. 305. de ἀρχείον Sturz. Lex. Xen. I. p. 424. De *regia* dici oſtendit Tho. Mag. p. 145. ibique Sallier.

c) In ſcriptura et in gloſſa cod. quart. Reg. conſentit cum meo *Brunck.* in Suppl.

mod. vſur. p. 65. adde Lucian. Vit. Auct. p. 384. T. I. [c. 23. p. 564. T. I. Hemſt.] *καὶ οὐ μόνον γε ἁπλῶς, ὥσπερ οἱ ἄλλοι, τοὺς τόκους, ἀλλὰ καὶ τούτων ἑτέρους τοὺς τόκους λαμβάνειν.* Easdem vero *vſuras vſurarum* ap. Romanos veluti contra *leges et ſacras conſtitutiones* prohibitas dixerat Modeſtinus L. XXV. D. de re iudic. et adſtruit poſtea Diocletianus L. 20. C. Iuſt. ex quibus caus. Infam. vbi *vſuras vſurarum illicitas exigentibus infamiae macula irroganda* traditur. Quam prohibitionem in maius adhuc auxit Iuſtinianus L. 28. C. de Vſur. *Spanh.*

1151. (1160. Herm.) *ἐργάσεσθ'* legendum. Vulgo *ἐργάσησθ' f)*, quod ſoloecum eſt. v. ad 360. (359.) melius in B. *ἐργάσαισθ' g)*, vt et ap. Suid. V. *Ἰὼ κλάετ'* in edit. principe, nam perperam Kuſt. edidit *ἐργάσασθ'*. At geminum eſt *ἐργάσεσθ' h)*. Exemplis quae adtuli ad 465. potentialis part. *ἄν* cum fut. indicat. conſtructae hoc addatur. *Brunck.*

V. 1152 — 1155. (vulg. 1157 — 1162.) quomodo deſcripti ſint ap. Br. (et in vulgg. quoque edd.) oſtendit Inu. in not. Duos primos eodem modo vt vulg. exhibuit *Herm.* tres ſeqq. in duos redegit.

1153. *ἀμφήκει γλώττῃ.* Priore voce vſus aliquoties Aeſch., vt Prom. 691. *ἀμφήκει κέντρῳ ancipiti ſtimulo*, et 1043. de *fulmine πυρὸς ἀμφήκης βόστρυχος ignis vndique adurens capillitium*, et ap. Bacchylid. *ξίφη τ' ἀμφήκεα gladii bicipites. Spanh.* V. Suid. V. *Ἀμφήκες.* Caet. haec inepta ſunt, vt opinor, et ex alio poëta ducta irridendi eius cauſa, vt alia plura. Nec aliter iudicandum de 1155. *λυσανίας κακῶν. Ern.* Metrici ſchol. ineptas verſuum diuiſiones correximus *i)*. Verſus hic anapaeſticus eſt paroemiacus e ſpondeis conſtans, quod genus frequen-

f) L. Ia. *ἐργάσαισθ'* C. *ἐργάσεσθε τι.* Saltem indicatiuus placet; *ἐργάσεσθ' ἔτι. Ern.* Ita et Rau. et recentt. edd.

g) add. Thom. M. v. *εἰ* p. 267. *Harl.*

h) Futurum primum medii ſaepe mutatum eſt a librariis in aor. primum. v. Fiſch. ad Aeſch. Socr. I, 11. *Harl.*

i) Hoc modo:

ἀμφήκει γλώττῃ λάμπων
πρόβολος ἡμᾶς σωτὴρ δύμεις, ἐχθροῖς βλάβη.

ter inuenitur; sequentem trimetrum fecimus, qui vulgo dimeter est, verbis πρόβ. ἐμὸς cum praeced. voc. λάμπων in vnum versic. coniunctis. *Herm.* — πρόβολος (vulg. 1160.). Hac voce apud Atticos, vt Demosth. Phil. IV. [p. 148. T. I. R. add. de reb. in Chers. p. 104.], vt notat Harpocrat. [p. 290.] *prominens in mari rupes* s. scopulus dicitur. Apud Ioseph. vero Arch. IV, 3. [§. 1.] de Mose aduersus Dathami factionem se muniente, ἀκολουθεῖν τοὺς προβόλους ἀξιώσας *iubens vt se primates* populi *sequerentur:* quique mox ἀξιόλογοι τῆς πληθύος *multitudinis praestantiores* dicuntur; prout etiam in antiquis glossis πρόβουλοι, *optimates.* Iidem vero non πρόβολοι, sed πρόβουλοι vocantur ap. Aesch. S. C. Th. 1014. δήμου προβούλοις τῆσδε Καδμείας χθονός· vnde προβούλους ap. Ioseph. legendum olim coniiciebam: sed nihil opus et πρόβολος idem quoque obtinet, nempe, vt in Scholl. hic dicitur, προσάτης, τεῖχος, ἀσφάλεια *k*). *Spanh.*

1154. (1162. Br.) Cod. (quartus Reg.) ἐχθροῖς βλάβῃ, quod non minus [quam olim vulg. ἐ. ἀνιαρός] bonum est. In meo voc. ἀνιαρὸς superscriptum interpretamentum βλαβερός, quod alteri illi conuenit apprime. Nempe glossator docere voluit Subst. βλάβη positum esse pro Adi. βλαβερός. Vix dubito quin illa lectio genuina sit. ἐχθροῖς ἀνιαροὶ legitur Plut. 561., vbi secunda in ἀνιαροὶ corripitur, quod iuxta metricum Schol. hic produci deberet. Sed in metrorum enarratione persaepe nugatur. Versus hic melius erit dimeter iambicus *l*). *Brunck.* in Suppl. βλάβη recepit etiam e Rau. *Inu.*, tum Herm. et Sch.

1155. *m*) Λυσανίας alias est nomen proprium viri, sed

---

k) Cf. Phot. p. 333. vbi etiam πρόβουλος dicitur ἐξαρχος τοῦ βουλευτηρίου, et Zonar. II. 1573.

l) Sed vid. not. anteced.

m) 1155 — 58. sic distinxit et scripsit *Herm.*:

1165. λυσ. πατρ. μεγ. κακῶν·
ὃν κάλεσον τρ. ἔνδοθεν ὡς ἐμέ·
ὦ τέκνον, ὦ παῖ, παῖ,
1168. ἔξελθ' οἴκ. ἄπε σ. π.
Σω. ἰὼ ἰκ. ἀνήρ.

„Versus, ait, 1165. 66. asynarteti sunt e dochmaicis, vt 1170. (1159. Lips.) Fallitur autem Schol., qui tertiam syllabam

hic alludit ad etymologiam *n*). Sic Ἀριστομάχη Thesm. 826. Στρατονίκη et Εὐβούλου ib. paullo poſt, et Λυσίστρατος, Lys. 1110. *Bergl.* V. Heſych. et Suid. V. Λυσανίας qui hinc ſupplendus eſt. Nam quum dixiſſet, ὠνοματοπεποίηται ἡ λέξις, ſubiicit: Σοφοκλῆς· Ζεὺς νόσον ἄγει τὸν Νικομάχαν. Non poteſt autem apparere e verbis Suid., quid locus ilie Soph. ad v. Λυσανίας faciat, quod oſtendit Schol., docens fictionem illam nominis pertinere ad irridendum Soph., qui ſic compoſuerit finxeritque nomina Νικομάχαν et Παυσανίαν. Caet. Suidae lectio melior videtur. *Duck.*

1156. f. ita digeſſit Brunk. (1164 — 66.):

ὃν κάλεσον τρ. ἔνδ. ὡς ἐμέ.
ὦ τέκνον, παῖ, παῖ, 1165.
ἔξελθ' οἴκων· ἄϊε τοῦ πατρός.

„V. 1164. aſynartetus eſt, inquit Br., ex duobus dochmaicis. V. autem 1166. dimeter anapaeſticus. Hi verſus male in impreſſis diuiſi erant *o*). Sic, vt eos exhibui, ſunt in membr.“ [Sed v. not. ad 1155. Perperam e Rau. ſcriptum eſſe ἔνδ. τρέχων, monuit iam *Herm.* καλεῖν h. l. idem quod alibi ἐκκαλεῖν, *euocare.* v. Valken. ad Theocr. Adon. 43. p. 353.] — ὡς ἐμὲ pro ὡς εἰς (πρὸς) ἐμέ. de qua loquendi forma v. Koen. ad Gregor. Cor. p. 32. Klotz. ad Tyrt. p. 81. Fiſch. Ind. Aeſch. voc. ὡς, vbi contra Valken. ad Eurip. Phoen. p. 475. et ad Herod. II, 135. p. 169. adſirmantem, ὡς pro πρὸς aut εἰς de animatis tantum dici, docte copioſeque disputat. *Harl.* — ὦ τέκνον. Eurip. Hec. 173. ὦ τέκνον, ὦ παῖ δυσανοτάτας ματέρος, ἔξελθ', ἔξελθ' οἴκων· ἄϊε ματέρος αὐδάν, ὦ τέκνον. *Bergl.* [Poſt verba Streps. κάλεσον —

---

voc. λυσανίας producendam dicit, quae iure ſuo hic corripitur. At v. 1167. quoque dochmaicus eſt, v. 1168. autem antiſpaſticus Hipponacteus ex antiſpaſto et dochmio. Brunk. perperam eum putat anapaeſticum eſſe, quo metro ſcriptus eſt is, qui ſequitur, 1169.“ Idem *Herm.* in not. mſs. monuit, v. 1165. 67. 68. eſſe tragici cuiuspiam.

n) Eſt λύων τὰς ἀνίας vt bene Phot. Lex. p. 174., laudato Ariſt.

o) Erant vulgo quinque verſus:

ὃν κάλεσον τρέχων
ἔνδοθεν ὡς ἐμέ.
ὦ τέκνον, ὦ παῖ, παῖ, 1165.
ἔξελθ' εἴκων·
ἄϊε σοῦ πατρός.

ὡς ἐμὲ Socrates putandus est intrasse, et dictis illis ἄϊτε σ. π. cum Phidippide redire. *Wiland.*] — In Cod. C. et Ia. verba ὦ τέκνον etc. Socrati tribuuntur, quod non displicet, propter antecedd. κάλεσον etc. sed ita ante verba ὅδ' ἐκ. ἀνήρ, quae Ia. Strepsiadi male tribuit, quum sint manifeste verba Socratis, discipulum tradentis patri, interuallum cogitandum, vt prodeat filius euocatus; παρεπιγραφή. *Ern.*

1158. (vulg. 1168.) ὅδ' ἐκ. Ia. ποῦ ὅδ' et v. 1160. pro σὺ λαβ., συλλαβών, vtrumque male. *Ern.*

1159. ὦ φίλος. Soph. Oed. Col. 1698. ὦ πάτερ, ὦ φίλος. Idem Oed. Tyr. 1330. ἰὼ φίλος, σὺ μὲν ἐπίπολος ἔτι μόνιμος. *Bergl.* φίλος pro φίλε. v. Gregor. Cor. de dial. p. 47. ibique Koen. *Harl.* Haec amplexans filium dicit. *Wil.*

1160. (1170. H.) Vulgo: ἄπιθι σὺ λαβών. Rau. *p)* ἔπιθι λαβὼν τὸν υἱόν σου ex interpretatione. Pro σὺ metri maxime causa σοὶ scripsi *q)*, quod longe hic vulgata lectione elegantius est. Caet. post hunc versum vulgo hic versiculus legitur *r)*: ἰώ, ἰώ, τέκνον, qui tribuitur Strepsiadi, et habet quo locum suum tueatur, siquidem Strepsiades, priusquam diligentius filii habitum contempletur, praegaudio in haec verba erumpat. Verum id parum verisimile est. Nam quum gaudium iam verbis ostendisset, ὦ φίλος etc. satis commode potuit pallidum eius vultum animaduertere. Quodsi haec ἰώ, ἰώ, τέκν. admirationis potius, quam subitae laetitiae significationem continent, merito huiuscemodi additamentum displicebit. Primum enim superflua sunt, quia sequitur ἰού, ἰού. Deinde, quum non ad praecedd. sed ad iambos pertineant, qui sequuntur, morem violant vsitatae rationis metrorum, qui iambis continuis, nec misceri nec praefigi dochmiacos patitur. Accedit, quod Schol. metricus, si hunc versum in exem-

---

p) Vnde recepit Inuern.

q) ἄπιθί σοι λαβών. Ita et Schütz. apud quem tamen male haec ita sunt scripta ac si cum antecedd. vnum efficerent versum.

r) Inchoatur ab iis vulgo Act. IV. scena tertia. Deleuerunt Inu. Herm. Sch. Verba seqq. ἰού, ἰού, extra versum sunt posita. — Post verba ἄπιθι — λαβών discedit Socrates, et sequentia Strepsiades voce admodum laeta profert. *Wiland.*

plo ſuo habuiſſet, non fuiſſet eum praeteriturus. Quare eum libri Rau. auctoritate deleuimus. *Herm.*

1161. (vulg. 1173.) *ὡς ἥδομαι* — Verſum hunc et quinque ſeqq. citat Suid. V. *τί λέγεις*. *Kuſt.*

1162. *ἰδεῖν εἶ ἐξαρν.* proprie: adſpectu es aptus ad negandum, h. e. facies tua ostendit, te aptum eſſe.

1163. (vulg. 1175.) *τοῦτο τοὐπιχ.* Primum verſus non conſtat. Sed bene ſuccurrit cod. L. qui habet *καὶ τοῦτο*. quod recepimus. Sic et Suid. in *τί λέγεις σύ*; Senſus eſt: *Solemne illud noſtris, τί λέγεις σύ s); quod eſt impudenter negantium, acriter contra dicentium, profecto efflorescit, crebro a te vſurpatur. Ern.* Scil. in ed. Ern. *καὶ* exciderat. *Herm.*

1165. (Br. 1175.) *οἶδ' ὅτι.* Repete e praecedd. *δοκεῖν κακουργεῖσθαι. Brunck. κακουργεῖσθαι* ſ. *ἀδικεῖσθαι* repetit *Ern.*

1166. (vulg. 1178. Br. 1176.) *ἐπὶ τοῦ προσώπου τ' ἐσὶν Ἀττικὸν βλέπος.* Sic, vt in impreſſis, eſt in A. D. *t)*. In B. verſus hic omiſſus: mendoſe autem in C. *ἐπὶ προσώπου τ' ἔνεσιν v) Ἀττικὸν βλέπος.* Dormitabat bonus Koenius ad Corinth. ſcribens p. 17. extr. *Vera ſcriptura videtur* vel *γ' ἐσίν, vel potius γ' ἔνεσιν.* Harum emendationum prior non inutilis modo, ſed et falſa eſt. Nihil ſignificaret *γε*, vbi copula omnino requiritur *τε*, ſiquidem praecedentia omnia membra eodem nexu cohaerent. Alteram, quae eodem incommodo laborat, metri praeterea ratio prorſus reſpuit. Vide enim, quam belle procedat ſenarius: *επε*

---

s) τί λέγεις σὺ in disputationibus cum aduerſariis dici ſolere, ſi eos perterrefacere velimus, Suidas auctor eſt. *Harl.* Videntur Athenn. impudenter ita dixiſſe, vt ostenderent, nihil alterum dicturum eſſe, quod graue eſſet.

t) Tuetur etiam *Herm.* cum recentt. edd. laudatque eum ſic Porſon. praef. ad Eurip. I. p. XL.

v) Suid. l. c. vt cod. Doru. ap. Schol. ad Plut. 342. *τ' ἔνεσιν*, male, vt ibi notat Kuſt. Rectius exſtat ap. Suid. V. *βλέπος*. Schol. ad Plut. 342. profert *γάρ ἐσιν*. Koenius ad Greg. Cor. de Dial. p. 18. verum putat *γ' ἔνεσιν*, vbi et laudat, qui h. l. propter *τὸ βλέπος* attigere. *Ern.*

του | προσω | που γ' ἐνες' | ιν Ατ | τικον | βλεπος. Credebatne ille, *vt clariſſimus Profeſſor noſter Regius* [Vauvilliers] vocalem ante literas ς corripi poſſe? *Brunck.* Ἀττ. βλέπος dictum eſſe pro βλέμμα A. notat Corinth. de dial. Att. [§. 10. p. 17.] Notat hic *frontem perfrictam*, ſ. *vultum impudentem x)*, quo nomine Athenienſes olim male audiebant. *Kuſt.* Vox βλέπος a Suida ex h. l. bis memoratur, ac praeterea in antiquis Gloſſis βλέπος *y)*, *vultus*, *adſpectus*: alibi autem vix hodie putem legi. Ἀττικὸν vero βλέπος de *vafro* et *callido* vultu ſ. *adſpectu* hic dici notant Scholia: ac firmare vtique videntur reliqua, quae ad primum filii e Socratis diſciplina prodeuntis adſpectum tangit h. l. Strepſiades. Quod diuerſum proinde ab iis, quae de *toruo* vel *acerbo* aut *ſeuero vultu* ſ. *adſpectu* dicuntur ſubinde alibi in his fabulis variisque eam in rem locutionibus, veluti (quod obiter monui ad 234.) βλέπειν *[vultum habere]* ὑπότριμμα Conc. 291. κάρδαμα Vesp. 453. θριμὺ Ran. 570. δεινὸν 602. ὀρίγανον 603. ταυρηδὸν 804. νάπυ Eqq. 628. βλέπουσα θυμβροφάγον Acharn. 253. quibus opponitur ἀγανώτερον βλέπειν *iucunde*, *amabiliter intueri*, Lys. 886. et Anacr. Od. 64. aut iuxta alios 66. [Fragm. 4, 1. Fiſch.] παρθένιον βλέπων *virgineum quid tuens*, λοξὸν ὄμμασι βλέπουσα Od. 61. [v. 2.] vel 63. *transuerſum oculis tuens*. Illud vero Ἀττ. βλέπος dici caeteroquin poſſet de *ſuaui* et *vrbano vultu*, idque pro decantata a priſcis auctoribus, prae aliis Graecorum populis, Athenn. humanitate, ingenio, lepore; et qui Ἀττικισμὸς a Cic. dicitur ad Att. IV, 17. Vnde etiam, vt id obiter tangam, ab illo Atticorum βλέπος factum videtur Lat. *lepos*, vnius literae ἀφαιρέσει, ſicut in vocibus, quas notarunt Etymologi, *raucus* βράγχος, *rigo* βρέχω, ac ſimilibus. *Spanh.*

1167. (vulg. 1179.) R. σώσεις recte, idque recepimus. Sic placebat Toupio Em. ad Suid. p. 61. [T. I. p. 45. ed.

---

x) Suid. explicat *vultum malignum*, *impudentem*, *callidum*, *audacem*. add. Poll. II, 56. *Harl.* De vultu fiduciam nimiam et impudentiam ſignificante explicat *Wil.*

y) Talis vox eſt et κλέπος ap. Schol. Aeſch. Prom. 400., vbi poëta vtitur ſimili voce ῥέος, quam exponit Schol. ῥεῦμα, παρὰ τὸ ῥεω, ὡς κλέπτω, κλέπος· οἴχεται τὸ κλέπος κύτος ἴχων. V. not. in Lys. 707. ad voc. πρᾶγος. *Bergl.*

Ox. v. ad 1102. *Ern.* σώσεις bene A. C. Perperam vulgo σώσῃς. *Brunck.* Ante ὅπως intell. βλέπε aut ſimile verbum. *Nunc ergo vide, vt me, quem perdideras, ſerues.* v. Dawes. M. Crit. p. 227. *Harl.*

1170. (vulg. 1182.) εἰς ἣν γε θήσειν τὰ πρυτ. Proprie: *in quem* (diem) *ſe Prytanea* (ſ. *ſacramentum*) *mecum depoſituros eſſe aiunt*, i. e. *ſe dicam mihi ſcripturos*, vel, *in ius me vocaturos eſſe aiunt.* Nimirum πρυτανεῖα ap. Athenn. erat fere idem quod Latini *ſacramentum* vocabant, ſ. certa pecuniae ſumma, quam iudicio inter ſe contendentes tam actor quam reus in iudicio deponebant, ea conditione, vt victus non ſolum partem ſuam aerario relinqueret, ſed etiam victori (cuius ſacramentum itidem aerario cedebat) parem pecuniae ſummam reſtitueret. Hanc tantum inter *ſacramentum* Romm. et πρυτανεῖον Athenn. puto fuiſſe differentiam, quod ap. Romm. *ſacramentum* victi tantum aerario cederet, victor autem partem ſuam reciperet: ap. Athenn. autem tam victoris quam victi πρυτανεῖα ad aerarium redirent: ita tamen, vt (quod diximus) victus victorem indemnem praeſtaret, pari pecuniae ſumma ei reſtituta. De *ſacramento* Romm. quod diximus, confirmari poteſt auctoritate Varronis, qui expreſſe dicit IV. de L. L. extr. *Qui iudicio vicerat, ſuum ſacramentum a ſacro auferebat: victi ad aerarium redibat.* De prytaneis Athenn. exſtat illuſtris locus ap. Pollux. VIII, 38. cuius auctoritate noſtra de iis ſententia praecipue nititur. Hinc patet, quid h. l. et v. 1130. ſignificet θεῖναί τινι πρυτανεῖα, nimirum proprie, *prytanea cum aliquo deponere*; vel *ſacramento cum aliquo contendere*: per conſequens vero, *in ius aliquem vocare* z). Hinc v. 1179. Comicus κλῆσιν θεῖναι appellat, quod ante dixerat πρυτανεῖα θεῖναι. *Kuſt.* Ita Demoſth. adu. Macart. p. 610. [p. 1074. T. II. Reisk.] πρυτανεῖα δὲ τιθέτω ὁ διώκων τοῦ αὐτοῦ μέρους· et Iſaeus iam ante Orat. II. p. 391. [p. 45. T. VII. Reisk. Orr. Grr.] οὔτε πρυτανεῖα, οὔτε παράστασις οὐδεμία τίθεται τῶν εἰσαγγελιῶν (neque ſportulae neque drachma in principio litis ſunt ſolutae): prout nempe paullo poſt hic in Scholl. dicitur ad 1181. quod πρυτανεῖα μισθὸς ἦν τῆς

---

z) Add. Petiti Leg. Att. p. 485. ſſ. *Succumbenzgeld* bene reddit *Wiland.*

εἰσαγωγῆς τῆς δίκης. E quibus et duobus fabulae locis hic et supra 1130. proprio hanc in rem vocabulo ab Atticis τιθέναι πρυτανεῖα pro *deponere* s. *soluere sportulam* patet, ac rursus v. 1245. θήσω πρυτανεῖα et Conc. 791. καταθήσειν *deponere:* illustrantur vero, quae de vsu voc. πρυτανεῖα in foro Attico monuit Kust. Quam in rem adduci posset alterius Comici Timoclis ap. Athen. VI. p. 237. [T. II. p. 412. Schw.] locus, nisi quod alio sensu ibi πρυτανεῖα dicuntur, respectu ad Athenarum prytaneum, in quibus cibus e publico et sine sumtu datus: nempe — οὗ γάρ μὴ τιθέντα συμβολαὶ Πρυτανεῖα ταῦτα πάντα προσαγορεύεται (etenim vbi non conferuntur symbolae Prytanea ea omnia sunt appellanda). Ad quem locum, vt obiter id notem, haud male *sportulas* reddi a Schol. ad priorem Comici locum πρυτανεῖα, tuetur Casaub. Anim. p. 420. *Spanh.*

1171. (Br. 1181.) ἀπολοῦντ' ἄρ' quinque codd. Dawesius, ne diphthongus elidatur ante syllabam breuem, legendum censet ἀπόλοιντ' ἄρ' *a)* — *male pereant.* Nihil ego muto. Si quid vero mutandum videretur, praeferrem ἀπολοῦσιν ἄρ' αὖθ' οἱ θέντες, vt 1246. προσαποβαλεῖς. *Brunck.* Hanc lectionem, Reizio etiam probatam, hoc minus dubitauimus recipere, quod eam planissime lib. Rau. habet, in quo scriptum: ἀπολοῦσ' ἄρ' αὖθ' — *Herm.* Ita cum Inu. H. que etiam Sch. dedit.

1174. (H. 1185.) Vulgo: αὐτὴ γένοιτο γραῦς. Sed partem verae lectionis αὐτὴ γένοιτ' ἂν γρ. [ab Inu. receptam] lib. Rau. seruauit. *Herm.* qui (cumque eo Sch.) dedit: ἡ αὐτὴ γένοιτ' ἂν γ. sed nunc mauult ἀὐτή.

1177. (vulg. 1189.) Solonis, legislatoris Athenn. facit etiam mentionem in Auu. 1569. ἐρῶ — καὶ τὸν Σόλωνός σοι νόμον. *Bergl.*

1180 (vulg. 1192. H. 1191.) ἔθηκεν. Ms. ἔδωκεν, non male. Sic Latini *dare* actionem. *Ern.* Male vulgo εἴς τε τ. ἔ. τ. κ. ν. Recte Rau. εἴς γε — *Herm.* qui cum Inu. et Sch. recepit.

---

a) Misc. Crit. p. 267. Sed Koen. ad 982. laud. et Tyrwhitt. ac Burgess. App. ad Daw. p. 471. docuerunt, nimis subtile esse illud praeceptum de diphthongo ab Att. poetis ne ante vocalem breuem quidem elisa. *Harl.*

1181. ἵν' — γίγνοιτο. De hac conſtructione part. ἵνα cum Optat., quae verbis de tempore non niſi praeterito vſurpatis ſubiungi ſolet, atque *fierent* verti debet v. Dawes. M. Crit. p. 85. ſ. *b*). *Harl.*

1182. (v. 1194.) In Pac. 408. ἵνα τί δὲ τοῦτο δρᾶτον; v. in Eccl. 717. *Bergl.*

1184. ἀπαλλάττοινθ' ἑκόντες. Eſt verbum proprium in tali re, quum quis per compoſitionem aut alio modo ſe expedit e controuerſia aliqua et moleſtia. *Ern.* ὑπανιᾶσθαι *valde cruciari*, quod ſequitur, reddunt, *acrius poſtularis*

1186. (1198. v.) Πῶς οὐ δ. Verſum hunc et quatuor ſeqq., voc. προτένθης gratia, adducit Athen. IV. p. 171. C. *Kuſt.* Athenaeus IV. [p. 165. T. II. Schweigh.] hos verſus e prioribus Nubibus citat *c*). Mendoſe arbitror προτέραις ibi ſcriptum pro δευτέραις. *Brunck.* Aſſentitur *Herm.*

1187. (H. 1198.) ἀρχαί. pro ἄρχοντες, vt in Scholl. dicitur, vt vel inde liqueat, haud citra Atticorum etiam probae notae ſcriptorum auctoritatem, ἀρχὰς haud ſemel a Paulo, vt Tit. III, 1. et alibi de *principibus* vel *magiſtratibus* dici. *Spanh.* Addidimus articulum αἱ 'ρχαί. *Herm.* Ita et *Sch.*

1188. (Br. 1198.) Gloſſae: προτένθαι, λαίμαργοι. προὐτένθευσαν, ἐλαιμάργησαν, προέλαβον. Heſych. προτένθαι, λίχνοι, προαρπάζοντες. Suidas: προτένθαι, οἱ πρὸ τοῦ καιροῦ τῶν προσφαγίων ἀπογευόμενοι· οἱ προαρπάζοντες καὶ μεταπιπράσκοντες πλείονος, οἱ νῦν μετάβολοι καλούμενοι· οἱ προλαμβάνοντες τὰ ὄψα, πρὶν εἰς τὴν ἀγορὰν κομισθῆναι. προὐτένθευσαν, προελιχνεύσαντο· προέλαβον τὴν προθεσμίαν. ὑπὸ τοῦ ἐπιθυμητικῶς ἔχειν, ἢ ὑπὸ τοῦ κερδαίνειν ἡττώμενοι. προτένθης, ὁ λίχνος *d*). Sed aut ego fallor, aut falluntur, quicum-

b) Ibi h. l. et 1189. laudauit.

c) Notandum hoc eſſe dicit *Bergl.*, qui et ipſe has, quas habemus, poſteriores Nubes appellat. Aut e mendo librariorum aut ex oſcitantia Athen. repetit *Harl.*

d) προτένθην Athen. ait Graecis eum fuiſſe, quem Romani *praeguſtatorem* dicunt. Interpres Athen. [antiquior] locum illum non recte vertit. v. Caſaub. *Duck.*

que in hoc Comici loco nomen προτένθαι eo ſenſu, nempe pro *guloſis*, vel *propolis*, *cocionibus*, *arilatoribus*, accipiunt. Frigida enim inde oritur ſententia. Fuit Athenis collegium, i. coetus quispiam virorum, quorum officium ad ſacra pertinuiſſe videtur, qui Προτένθαι appellabantur *e*). Hoc manifeſto apparet ex Athen. verbis l. c. [p. 166. Schw.]: εὑρίσκω δὲ καὶ ψήφισμα ἐπὶ Κηφισοδώρου ἄρχοντος γενόμενον, ἐν ᾧ ὥσπερ τι σύνημα οἱ προτένθαι εἰσί, καθάπερ καὶ οἱ Παράσιτοι ὀνομαζόμενοι. Ad iſtos Προτένθας, quos ab iis, qui Atticas antiquitates illuſtrarunt, neglectos fuiſſe doleo, certo certius eſt, Comicum reſpicere. V. Petiti Leg. Att. p. 274. Nominis etymon tradit Euſtath. ad Il. p. 720, 19. προτένθης, ὁ ἐκ τοῦ τένδω γίνεται, τροπῇ τοῦ δ εἰς θ, δηλοῦν τὸν προγεύστην. Idem ad Od. p. 1874, 31. ἐκ τοῦ τένδειν, ὅπερ ἐστὶν ἐσθίειν, κατὰ τὸ (Hes. Ἔργ. 524.) ὃν πόδα τένδει, τὸν προτένθην ἐποίησαν, ὅς ἐστι προγεύστης. *Brunck.* — ποιεῖν ex interpretatione natum videri poſſit. Tamen recipiendum duximus tum codicis veterrimi (Rau.) auctoritate, tum quod ποιεῖν ab imperitis librariis in hac ſede facillime mutari potuit in [vulg.] παθεῖν. *Herm.* παθεῖν retinuit Sch.

1189. (1199. Br.) ἵν' ὡς τάχιστα recte B., vt in impreſſis [praeter Inu. et Herm.] In quatuor aliis ὅπως *f*) τάχιστα. *Brunck.* Etiam Rau. Bau. et Schol. in quarto cod. Reg. [v. Scholl.] habent ὅπως, idque recipiendum putauimus. *Herm.*

1191. *g*) (v. 1203.) In Rau. 1014. τέως δ' ἀβελτερώτεροι κεχηνότες — κάθηντο. In Eccl. 297. ἠλίθιον καβέλτερον. *Bergl.* Notus eſt e gallica comoedia verſus: *Les ſots ſont ici bas pour nos menus plaiſirs.* *Brunck.*

---

e) Aſſentitur *Herm.* et eodem ſignificatu nomen hoc in Phereeratis quoque et Philyllii verſibus ap. Athen. vſurpatum putat. Nec diſſentiunt *Harl.* et Francog. int. in Th. Gr. XI. p. 341. ſ. qui γυναικονόμους comparat. Nam προτένθαις fuiſſe hoc officium putat, vt praegustarent in ſacris epulis cibos eorumque ſalubritatem teſtarentur. — προτενθεύειν mox tropice valet, *occupare*, προαρπάζειν.

f) R. ὅπως, mox ὑφέλοιτο, vitioſe. *Ern.*

g) Haec a Streps. ad ſpectatores dicuntur.

1192. ἡμέτερα κέρδη τῶν σοφῶν. Est Atticismus, pro, κέρδη ἡμῶν τῶν σοφῶν, de quo genere loquendi diximus plura ad Plut. 33. Sensus autem est: *O vos stultos, quos nos sapientes et callidi quaestui habere solemus: siue, quos nos callidi facile circumuenire et argento emungere nouimus.* Frischlinus sensum h. l. non satis recte expressit. *Kust.* ὄντες λίθοι. Terent. Hec. II, 1. [17.] *quae me omnino lapidem haud hominem putas. Bergl.*

1193. *h)* Vti *numerus* ap. Latinos, ita ἀριθμὸς ap. Grr. interdum dicitur de hominibus inertibus et nullius pretii; quae significatio huic loco conuenit. *Kust.* Eurip. in Heracl. 997. εἰδὼς μὲν οὐκ ἀριθμόν, ἀλλ' ἐτητύμως ἄνδρ' ὄντα τὸν σὸν παῖδα. Horat. [Epp. I, 2, 27.] *Nos numerus sumus et fruges consumere nati i).* Etiam de aliis rebus, et non tantum de homine, vt Soph. Oed. Col. 374. ταῦτ' οὐκ ἀριθμός ἐστιν, πάτερ, λόγων, ἀλλ' ἔργα δεινά. *Bergl.* — ἀρ. πρόβατ' ἄλλως. Eurip. Troad. 476. ἀριστεύοντ' ἐγειναάμην τέκνα, οὐκ ἀριθμὸν ἄλλως *(non sic temere numerum)*, ἀλλ' ὑπερτάτους Φρυγῶν· vbi v. not. Barnes. Oues etiam dici homines stolidos notum est, et aliquid notaui ad Plut. 292. *Oues aureo vellere opertas* Demosth. appellauit diuites et rudes, vt auctor est Galenus, Suasor. ad art. c. 3., quod Laërtius Diogeni Cynico tribuit. *Bergl.*

ἄλλως ἀμφορῆς *k)* νενασμένοι *l)*. Secundum vulgatam hanc lectionem locus hic ita verti debet: *amphorae teme-*

---

h) Reisk. coniecit: ἀριθμὸς ἄλλος πρίβατα, ἀμφιφ. contra metrum.

i) Quem locum etiam *Herm.* laudauit.

k) L. Ia. ἀμφορεῖς minus bene; illud magis Atticum, vt ἱππῆς quam ἱππεῖς, saepeque in scriptis et editis mutatum in commune. v. Hemst. ad Plut. 808. *Ern.* ἀμφορῆς bene membr. Tres alii ἀμφορεῖς. *Brunck.* Etiam Suid. in ἀμφορεκφόρες T. I. p. 156. et cod. Doru. ap. Hemst. ad Plut. 808. habent ἀμφορεῖς et gl. cod. Doru. explicat τὰ μαγαρικά, leg. μεγαρικά, et de fictilibus Megaricis, quae in pretio fuerunt, v. Pierson. ad Moer. p. 393. Glossa Ms. ap. Ducang. Gl. M. et I. Gr. legit ἀμφορεῖς νενησμένοι cum expositione μεγαρικὰ σεσωρευμένα. *Harl.*

l) Ms. Vat. C. Ib. Suid. νενησμένοι, eoque spectat et C. in quo νενοισμένοι. Itaque facile quis hoc praeferat cum Kust. De v. νέω, vnde hoc ducitur, v. Hemsterh. ad Luc. I. p. 306. et Intpp. Hes. ad νένηται. Sed et νενασμένοι bene graecum est, quod seruat Cod. R. Hesych. νενασμένος, ἐμπεπλησμένος, quod Spanh.

re repletae. At Suid. V. Ἀμφορεαφόρους et V. νενημένην legit ἀμφορῆς νενησμένοι (i. e. vt ipſe exponit, *σεσωρευμένοι, amphorae temere coaceruatae:*) quae lectio non videtur aſpernanda; praeſertim quum et Ms. Vatic. U. eamdem exhibeat. Νενησμένοι autem, pro quo etiam dicitur νενημένοι absque σ, eſt a νέω, vel νήω *glomero, accumulo:* νενασμένος vero eſt a νάσσω m) *impleo, refercio;* Fut. νάσω vel νάξω; vnde νένακτο, quod Suid. exponit ἐπεπλήρωτο, in loco illo Ioſeph. I. de B. Iud. c. 13. p. 739. [c. 17. §. 6. p. 96. T. II. Hau.] καὶ πᾶσα οἰκία ὁπλιτῶν νένακτο. Hodie tamen ap. ipſum Ioſeph. pro νένακτο peſſime legitur ἐκτᾶτο n), qui proinde ex Suida emendandus eſt, vt in notis ad illum Lexicographum iam monuimus. *Kuſt.* In Conc. 835. κλῖναι δαπίδων νενασμέναι *lectuli tapetibus adgeſti*, et v. 833. τράπεζαί γ' εἰσὶν ἐπινενασμέναι *menſae ſunt refertae:* nempe, prout ibi Scholl., ἐπιν. πεπληρωμέναι. Vnde corrigendus Heſych. νενασμένως, πεπληρωμένως, non πεπληγμένως. Quomodo recepta hic lectio, quam praetulit etiam Biſet., videtur poſſe commode hic retineri: etſi altera νενησμένη Suidae et Ms. Vat. auctoritate nitatur, neque ſit ab h. l. aliena, immo idem quod ſuperior indicet. Heſych. νένηται, πεπλήρωται, σωρεύεται. Exſtat vero, vt obiter id moneam, duobus locis ap. LXX. Exod. XXXVI, 35. 37. κοκκίνου νενησμένου, quod per *coccum netum* explicat interpres, ac proinde a v. νήθω, *neo. Spanh.* νενησμένοι quatuor codd. o). Mendoſe in B. νενοισμένοι. Add. Suid. in

---

ad h. l. corrigebat πεπληρωμένες, non bene. Gloſſa cod. R. ἐμπεπλησμένος vnde Heſych. verbum corrigendum. At gloſſa cod. R. ἐστερημένοι οἴνου ἢ φρονήσεως, quod quomodo in verbis ſit, non intelligo, quamquam ſenſum commodum facit. ἄλλως *Duker.* [in not. inedd.] interpretatur *plane*, quam vim verbi nondum reperi. Intelligo *fruſtra, temere.* Caet. per prouerbium homines ſtupidi ſic dicti videntur, neſcio vnde; aut foeneratores ſic dicuntur, quia non magis fruuntur copiis quam amphorae vino. *Ern.*

m) Gloſſae νάσσω *farcio*, vnde Fut. I. νάσω, vt a πλάσσω, πλάσω. Perf. act. νένακα. Pass. νένασμαι. Eccl. 836. τράπεζαι — ἐπινενασμέναι ἀγαθῶν ἁπάντων. Suid. νασόν, πυκνόν, πλῆρες, μεστόν. *Bergl.*

n) Nunc in ed. Hauerc. νένακτο legitur.

o) Quibus Rau. et Elb. accedunt. De v. νῆσαι, *coaceruare*, *Harl.* laudat Zenn. ad Xen. Exp. Cyr. V, 4, 27. et Hutchinſ. ad eumd. loc. §. 16.

νενημένην et ἀμΦορεαΦόρους. Gl. μεγαρικὰ σωρεύματα. V. Lamb. Bos. Obss. Critt. c. 15. *p*). *Brunck.* Rectiſſime Suid. in Νενημένην, ἀμΦορεῖς δὲ νενησμένοι, inquit, ἀντὶ τοῦ ματαίως κέραμοι σεσωρευμένοι. νῆσαι γὰρ τὸ σωρεῦσαι. Neque enim de amphoris temere, i. e. nimis impletis hic agitur, ſed de congeſtis coaceruatisque temere amphoris. *Numerus*, inquit, *eſtis, pecudes, et inutilis ſupellex. Herm.*

1195. μοὐγκώμιον. Id eſt, μοι ἐγκώμιον. Hic aurium iudicio craſis probatur. *Brunck.* v. Koen. ad Greg. Cor. p. 64. *Harl.* His dictis Streps. canere incipit.

1196. (1207. H.) Hic verſus ex anapaeſto compoſitus eſt et choriambo. Qui deinde ſequuntur tres verſus in iis iambus praecedit dochmium *q*). *Herm.*

1197. (1209. v.) D. (Duk.) interpungit poſt ἴΦυς, et in ſq. intelligit εἶ. Sed ἴΦυς non tam commode refertur ad μάκαρ quam ad σοΦός. *Ern.*

---

p) Vbi de toto loco haec monet p. 75. ſ. His nominibus (λίθοι etc.) lepide Comicus et prouerbialiter appellat turbam ſpectatorum ignobilium, ſtupidorum, vilium et inertium hominum. Voc. λίθοι per prouerb. deſignantur *homines ſtupidi.* Lucian. Dial. Mer. p. 546. [c. 12. T. III. p. 312.] λίθος, οὐκ ἄνθρωπος εἶ. Terent. Heaut. [IV, 7, 3.] *quid ſias, lapis?* 2. ἀριθμὸς appellantur *homines idiotae, turba ſine nomine et dignitate,* vt Lat. etiam *numerus.* Hor. Ep. I, 2, 27. Euſtath. ad Il. β. ἔνθι δὲ ὅτε ὁ ἀριθμὸς καὶ ἐπὶ εὐδαμονότητος λαμβάνεται, ὡς ὅτε ὁ κωμικὸς λέγει, ὅτι οἱ θεαταὶ ἀριθμὸς ἄλλως εἰσίν, ἤτοι πλῆθος μόνον. Eurip. Troad. 476. v. etiam Barnes. ad Eurip. Hel. 1695. 3. Voc. προβάτων ſignificantur *ſtolidi* et *vecordes.* Noſt. Plut. [922.] προβατίου βίου et Veſp. [32.] πρόβατα συγκαθήμενα. Plaut. Bacchid. [V, 2, 3.] *quis has huc oues adegit?* i. e. ſenes ſtultos. 4. Voc. ἀμφορέων νενασμ. *inutiles ac nullius pretii homines innuuntur.* Sunt autem proprie ἀμφορεῖς νενασμένοι non, *amphorae vino repletae,* vt perperam habet interpres, ſed *amphorae coaceruatae,* κέραμοι σεσωρευμένοι, vt recte interpretatus eſt Suid., quales ſcil. in taberna figulina cernuntur ollae multae et amphorae coaceruatae. Hactenus Bos.

q) Hotibius p. 46. ita digerit:

Ὦ Στρεψίαδες, μάκαρ	ſροφή. *anacreont. catal.*
αὐτός τ' ἴφυς, ὡς σοφός,	
χοῖον τὸν υἱὸν τρέφεις,	ἀντιſτρ.
φήσουσι δή μοι φίλοι.	

1198. Pro [olim vulg.] ἐκτρέφεις L. Ia. τρέφεις, male. *Ern.* Immo bene, vt hic verſus par ſit ei, qui praecedit, et ei qui ſequitur. Atque ita etiam Rau. Schol. metricus, vt vulgo legitur, ἐκτρέφεις habuit. *Herm.* qui cum Inu. et Sch. recepit. Poſt τρέφεις recte in al. edd. nota interr. (;) ſ. exclamandi poſita. Nam ita (vt praeceſſerat) dicent amici με ζηλοῦντες.

1199. In Pac. 915. σωτὴρ γὰρ ἅπασιν ἀνθρώποις γεγένησαι. Deinde alter: φήσεις τί δῆτ' ἐπειδὰν ἐκπίῃς οἴνου λεπαστήν; *Bergl.*

1200. (H. 1211. ſ.) Hos verſus r) ita digeſſit *Herm.*:

χοἱ δημόται
ζηλοῦντες, ἡνίκ' ἂν σὺ νι-
κᾷς λέγων τὰς δίκας.
ἀλλ' εἰσαγαγών σε βούλομαι
πρῶτον ἑστιᾶσαι.

„Priores verſus peſſimis numeris vulgo leguntur. Alia vſi ſumus eorum deſcriptione. Primus eſt iambicus monometer, dein ſequitur iamb. dimeter, tum Creticus dimeter, et iterum iamb. dimeter, poſtremo ithyphallicus. *Herm.* quem Sch. ſequutus eſt. His dictis Phidippides cum Streps. abit, hic autem ſtatim poſt redit. *Wil.*

ζηλοῦντες Duker. interpretatur *beatum praedicare*, quo ſenſu ζηλοῦν ſaepe dicatur. Sic dici poſſe non negem: ſed hoc non opus erat dici, quum ante ſit μάκαρ. Malim: *non ſine inuidia. Ern.*

1203. (1215. H.) Legitur vulgo ἑστιάσαι, quod factum foret ab ἑστιάζω, et tertiam ſyllabam breuem habiturum eſſet. Verum is numerus hic minime elegans foret. Quare ex edd. vett. ἑστιᾶσαι repoſuimus, idque etiam Schol.

---

r) Exemto gloſſemate λέγων τὰς δίκας ita poſſunt digeri:
χ' οἱ δημόται ζηλοῦντες, ἡνίκ' ἂν σὺ νικᾷς. ϛροφή.
ἀλλ' ἐσαγαγών σε βούλ. πρῶθ' ἑστιάσαι. ἀντιϛρ.
Sunt iambici trimetri hypercatal. quibus rarius vtuntur Ariſt. et Comici. *Hotib.* l. l. Cur pro gloſſemate habeantur verba λέγ. τ. δ. non video. In vulgatis v. 1200. eſſe iambicum dimetrum, ſequentem autem conſtare ἐξ ἰαμβικοῦ πενθημιμεροῦς καὶ δοχμίου συζυγίας cum Schol. cenſuit Auctor Ep. in Bentl. not. in Phaedr. p. 78.

metricus habuit, cuius haec verba ſunt: *τὸ ἡ Ἰωνικὸν ἡμιόλιον, ἐκ διτροχαίου καὶ σπονδείου, ἢ τροχαϊκὸν ἰθυφαλλικόν.* *Herm.*

1204. (1216. v.) Venit daniſta exacturus debita; deinde alius etiam eadem de cauſa venit; quibus negat ſe ſoluturum Strepſiades, quia ſint indocti homines et rudes literarum et philoſophiae: tum etiam quia iam Phidippides calleat artem dicendi, nihilque adeo ſint effecturi, ſi ipſum in ius vocent. *Bergl.* Strepſiades fretus arte, quam didiciſſe filium putat, et ineptiis quibusdam philoſophicis ac grammaticis (qua re comicus exagitat ſophiſtas ſui aeui) vi illos expellit. Per chorum poëta ſuam declarat ciuibus ſententiam et praeparat auditores ad exitum rei et doctrinae ſophiſticae perniciosae atque iniurias, quibus filius patrem mox afficiet, cognoſcendas. *Harl.* Conſtituitur hic act. IV. ſc. quarta.

εἶτ' R. addit *ἄγ'* et Ia. *τινα* poſt *ἄνδρας*, vterque temere. *Ern.* *προϊέναι.* A *πρόημι* *omitto*, *largior*, vt eſt in Gloſſis; a *πρόειμι* *prodeo* itidem eſt Infin. *προιέναι.* Demoſth. a *πρόημι* *προέσθαι* dixit loco *προϊέναι* c. Dionyſiod. circa finem [T. II. p. 1297.] *τίς γὰρ ἐθελήσει τὰ ἑαυτοῦ προέσθαι, ὅταν ὁρᾷ τὰς μὲν συγγραφὰς ἀκύρους, ἰσχύοντας δὲ τοὺς τοιούτους λόγους.* *Bergl.* Pro *χρὴ* *Reisk.* legi vult *χρῆν.*

1206. (1218. v.) *γε* deleri vult Kuſterus *s)*, et ſic vult Duker., quia penultima in *ἀπερ.* longa. Sic plane Ms. R. Itaque deleuimus. Verbum *ἀπερ.* ſic etiam dixit Ioſeph. A. XVII, 5, 6. *t)*. *Ern.* *γε* abeſt etiam a Bau.

---

s) In notis Kuſt. editis nihil hac de re legitur.

t) Significat *pudorem* ſ. *ruborem*, pudoris indicem, *depono*. v. Doru. ad Char. p. 200. *Harl.* Gloſſae: *ἀπερυθριᾷ* *deprudeſco*, *derubeſco*, i. e. *ruborem pudoris indicem deſino.* Suid. exponit *ἀπαναισχυντῆται*, de quo v. vid. Not. ad Alciphr. Epp. I, 33. Heliodorus VIII. p. 370. [c. 5. p. 223. Mitſcherl.] *λανθάνειν μὲν οἰόμενοι καὶ ἐρυθριῶσιν, ἁλισκόμενοι δὲ ἀπαναισχυντοῦσι* Dicit igitur daniſta, ſatius futurum fuiſſe, ſi tunc quum primum peteretur ab ipſo pecunia, denegaſſet; nam nunc non cogeretur hominem popularem flagitationibus ſuis ſibi inimicum reddere. Eſt autem difficile negare petentibus amicis: adeo vt nonnulli promittant etiam quae praeſtare non poſſunt vel non volunt, quae plane eſt praepoſtera humanitas et maxima imprudentia; nam ad extremum ſibi inimicos reddunt illos,

omninoque delendum fuit. Scribendum erat ἀπερυθριᾶσαι vt ἐσιᾶσαι. *Herm.* (quocum etiam Sch. edidit ἀπερυθριᾶσαι μᾶλλον).

1207. (1217. Br.) ἐμαυτοῦ γ' ἕνεκα νυνὶ — Sic bene A. C. Vulgo οὕνεκα. *Brunck.* [quem recentiores edd. fequuti funt. Eadem varietas v. 123.] Haeret in partic. ὅτε Dukerus. Eſt cauſam reddentis *v*): *quando ego nunc cogor, rei meae cauſa te vocare in iudicium* etc. γε male hic addit cod. Ia. *Ern.*

1208. ἕλκω σὲ κλητεύσοντα. Pauſiae creditoris verba ad eum, quem adduxerat teſtem, qui in ius vocato non reſpondenti poenam legibus latam irrogari poſtularet. Demoſth. adu. Zenoth. p. 532. ἐγὼ μὲν γὰρ αὐτὸν κλητεύσω [p. 890. T. II. Reisk.]. De huius autem verbi κλητεύειν vero ſenſu in foro Attico conſuli poſſunt Salmas. Obss. ad Ius Att. p. 886. et in Animaduerss. quas ei oppoſuit Deſid. Heraldus p. 487. *x*). *Spanh.* Int. *nunc te traho, vt in ius debitorem mihi voces.* κλητεύειν eſt interdum *in ius vocare adhibitis teſtibus*, vt Suid. Sed h. l. eam ſignificationem non habet. Eſt enim κλητεύσ., μαρτυρήσοντα,

---

quos vana ſpe lactant: quoniam iſti re patefacta non tantum propterea iraſcuntur, quia vident ſe deluſos, verum etiam quia fruſtra coluerunt promiſſorem, quamdiu ſperabant; et quidem teneriore affectu, quam ſi initio rem petitam impetraſſent; minus enim veremur offendere illum, a quo ſperamus, quam illum a quo accepimus: quoniam ille laeſus non dabit, iſte non poteſt non dediſſe. De talibus promiſſoribus loquitur Charinus Terentianus: *Imo id genus eſt hominum peſſimum* etc. [Andr. IV, 1, 5. ſs. ſ. 599. ſs.] *Bergl.* Plaut. Epidic. II, 1, 1. ſs. addit *Francog. int.*

v) Senſus eſt: Satius futurum fuiſſet, ſi tunc, quum primum peteretur a me pecunia, plane, ſine vlla verecundia denegaſſem, quam vt nunc ſufferrem moleſtias: nam tunc non cogerer, alterum tamquam teſtem citationis (h. e. vt teſtis mihi eſſet, Strepſiadem a me in ius eſſe vocatum) adducere, neque hominem popularem flagitationibus infenſum mihi redderem. Enimvero non deſeram morem patrium, neque infamabo illum, dubitando Strepſiadem in ius vocare. Poëta commode acriterque notat conſuetudinem Athenn., qui in foro adſidue litigare ſueuerant, idque ſibi duxerant honori. *Harl.*

x) Add. Petitus Comm. ad Leg. Att. IV, 7, 11. ſs. p. 417. ſs. ed. Weſſel. *Harl.*

ὅτι καλῶ αὐτὸν εἰς δικαστήριον, *adduco te, vt teſtis mihi ſis, eum a me in ius vocatum.* v. Suid. h. v. Heſych. κλητεύει, κλητεύσων, Harpocr. et ibi Vales. [p. 46. ed. Blanc.] Etym. M. κλητεύσεις. τὸ μαρτυρήσεις *y*). In Etym. κλητῆρες, ἄνδρες ἦσαν. δι' ὧν τὰς δίκας προσκαλοῦνται οἱ δικαζόμενοι. Leg. εἰς τὰς δίκας, vt ap. Harpocr. vnde is locus deſcriptus eſt, et Suid., qui itidem ſua ex Harp. hauſit. Ap. Harp. autem eſt διαδικαζόμενοι, quod ap. Etym. et Suid. δικαζόμενοι. Caet. interpres Harpocr. non recte eum locum vertit: κλητῆρες ſ. *apparitores ſunt, per quos in ius vocantur, quibus dica ſcripta erat.* Interpr. Suidae: κλητῆρες. *ſic appellantur illi, qui reos citant;* non multo melius. Verte: κλητῆρες *vocantur, quibus praeſentibus vel teſtibus rei vel debitores in ius vocantur. Duck.*

1210. (1222. v.) ἀτὰρ οὐδέπ. Duker. negat ſe hoc intelligere. Pertinet ad notandam impudentiam et acerbitatem Athenn. in re pecuniaria. *Ern.* Hoc ironice dicit, quaſi res quaedam eſſet praeclara, quod Athenn. aſſidue in foro litigent, a quorum ingenio negat ſe diſceſſurum daniſta, ne dedecori ſit patriae, quod fieret ſcilicet, ſi Strepſiadem dubitaret in ius vocare. Ita in Auu. 1451. ſycophanta non vult honeſtam aliquam artem exercere, veritus ne melior fiat, quam fuerint maiores ſui et ſic genus ſuum dedeceret; τὸ γένος οὐ καταισχυνῶ κ. τ. λ. *Bergl.*

1211. καλοῦμαι Attice pro καλέσομαι v. Euſtath. ad Il. α. p. 44. et γ. p. 398. *Ern.* Interrumpitur Paſiae ſermo et cohaerent verba εἰς ἔνην — Redierat interea Streps. et exclamat τίς οὗτ. verba autem v. 1212. et 1215. ad ſpectatores dicit. *Wiland.*

1213. τοῦ χρήματος. Deeſt χάριν aut πέρι aut ἕνεκα, vt et Schol. notat. τοῦ autem pro τίνος Attice. *Bergl.*

1215. ψαρόν. Heſych. ψαροί, ποικίλοι *z*), εἶδος χρώματος. Item ψάρον, vt ibi ſcriptum, ποικίλον, σποδοειδές. *Bergl.* Gl. ποικίλον. Praua in meo gloſſa λευκόν. *Brunck.* In edd. pr. poſt ἀκούετε non eſt ſignum interrogandi.

---

y) Cf. Photius V. κλητεύσαι, κλητῆρες et κλητεύσεις p. 125. f.

z) Cf. Zonar. T. II. p. 1863. iLique Tittm. not. 40.

Harl. [quod eſt in vulgg. edd. ſed a Br. et ſeqq. in comma mutatum.]

1216. (1226. Br.) ὃν πάντες ὑμεῖς — Sic bene tres Regii *a*). In meo vt in edd. vett. omnibus: οὐ πάντες — Sed primae voculae ad latus appoſita emendatio γρ. ὅν. Elliptica phraſis eſt, quam ſic ſupplet gloſſa vocibus οὐκ ἀκούετε ſuperſcripta in C. αὐτοῦ διαβάλλοντός με· in meo αὐτὸν διαβάλλοντά με. Sententia ergo eſt: οὐκ ἀκούετε αὐτοῦ διαβάλλοντός με, ὃν πάντες ὑμεῖς γιγνώσκετε μισοῦντα τὴν ἱππικήν. Kuſterus vero nulla auctoritate pronomen inſerſit: ἴσε με μισοῦνθ'. *Brunck.*

1217. ἐπώμνυς τοὺς θεούς. Supra 245. μισθὸν — ὀμοῦμαί σοι καταθήσειν τοὺς θεούς. *Bergl.*

1218. (1228. Br.) *b*) Voces τὸ χρέος quarum manifeſta inutilitas, e gloſſa in textum illatae fuerunt ab inepto librario: non comparent in B. nec in meo *c*), in quibus ſcriptum optime: μὰ τὸν Δί' οὐ γάρ πω. In duobus aliis non ſenarius, ſed ſeptenarius eſt verſus: τὸ χρέος. μὰ Δί' οὐ δῆτ', οὐ γάρ πω τότ' ἐξηπίστατο. Ad δώδεκα μνῶν, ἃς ἔλαβες, refertur verbum ἀποδώσειν. *Brunck.* In fine verſus 1217. ſcripſerat librarius cod. quarti Reg. voces τὸ χρέος, tamquam ad textum pertinentes: poſtmodo eraſae fuerunt, ita tamen vt veſtigia adhuc appareant. Sequens verſus autem ſic ſcriptus eſt: μὰ Δί', οὐ δῆτ' οὐ γάρ πω τότ' ἐξηπίστατο. *Idem* in Suppl. Pro πώποτ' vt Inu. e Rau. edidit, vulgo et ap. Br. πω τότ'.

---

a) Strepſiadis verba in cod. [Reg. quarto] ſcripta et diſtincta plane vt ea edidimus, cum gloſſa e cod. meo iam prolata. *Brunck.* in Suppl. R. Ib. [etiam Rau.] ὃν π. quod mihi arridet. Refertur ad σιωπώμενον: me dicit ille ſumſiſſe pecuniam ad emendum equum; quem ſciunt omnes etc. Fauent etiam L. C. qui omittunt με [a Kuſt. intruſum]. ὃν Inu. H. Sch. dederunt.

b) Br. Herm. et Sch. poſito poſt θεοὺς puncto ita dederunt: Στρ. Μὰ τὸν Δί' οὐ γάρ πω τότ' ἐξηπίσατο —

c) χρέος pro monoſyllabo: ſed τὸ χρέος omittunt L. Ia. [etiam Elb. et Bau.] Contra poſt μὰ Ib. [etiam Bau.] et Schol. vt infra eſt 1229. C. addunt τόν, quo ſeruaretur verſus, etſi τὸ χρέος omitteretur. R. poſt Δί' addit οὐ δῆτ'. Apparet lectionem verſus fluctuare. Credo τὸ χρέος per gloſſam additum veniſſe in textum. *Ern.*

1219. (1231. v.) Locum hunc citat Suidas V. Ἀκατάβλητος d). *Kuſt.* et *Ern.*

1220. ἔξαρνος. v. ad Plut. 241. *Bergl.*

1221. ἄλλ' ἄν. L. ἄλλο γ' non male. *Ern.* ἀπολαύσαιμι (ſuppl. ἀγαθὸν ἐκ) τοῦ μαθήμ. v. de hoc verbo Iens. et Hemſt. ad Luc. Tim. c. 2. p. 99. ff. T. I. *Harl.*

1222. ἐθελήσεις. ἐθέλεις C. Ib. [etiam Elb.] Sane praeſens aptius eſt, ſed verſus labat. *Ern.* ἀπομόσαι μοι. Ed. Baſil. et Geneu. [atque cod. Elb.] male habent ἀπομόσαιμι e). At aliam lectionem agnoſcunt non ſolum omnes edd. vett. ſed etiam Mſs. *Kuſt.*

1223. ἵν' ἄν κελ. *vbi te iuſſero ire in ius.* Mox τοὺς omittit R. Malim ποίους τοὺς θεούς. *Ern.* Satis infelix haec emendatio. *Herm.* τοὺς ποίους θεούς. Haec a Socrate didicerat, v. 246. *Bergl.* De toto h. l. ita disputat *Herm.* in praef. p. XV. ſ. „Hunc locum ii, qui de gr. linguae particulis ſcripſerunt, tamquam vnicum exemplum attulere, quo part. ἵνα etiam de tempore adhiberi ostenderent. Cuius ſignificationis ſi hoc vere vnicum exſtaret documentum, magnopere vereor, ne ea repudianda magis, quam adſciſcenda foret. At certe Hom. Od. VI, 27. particula iſta temporis ſignificationem habet. Quo quidem loco hoc tantum efficitur, vt ferri poſſe vulg. lectionem in Ariſt. exiſtimemus, non, vt eam continuo eſſe ſeruandam cenſeamus. Nam et Atticorum ſcriptt. auctoritas pro iſto part. ἵνα vſu adhuc deſideratur et duo praeſtantiſſimi codd. (n. l.) f) multum diuerſae lectionis monſtrant veſtigia. Hinc mihi valde probabile videtur, haec omnia verba ex adnotatione aliqua in textum illata eſſe, ipſum autem Ariſt. ſcripſiſſe:

καὶ ταῦτ' ἐθελήσεις ἀπ. μοι τοὺς θεούς;
Στρ. ποίους θεούς;

---

d) Add. Zonar. I. p. 98. vbi antecedentia ita leguntur: — οὐ γάρ που τότ' ἐξεπίσατο.

e) Ex anteced. ἀπολαύσαιμι hoc vitium ortum eſſe putat *Harl.*

f) R. ap. Ern. qui τοὺς omittit et Ran. in quo verba ἵν' ἄν κελεύσω 'γώ σε deſunt.

In qua lectione nec desideratur quidquam et facetus quidam lepor e breuiore versu accedit, quo egregie exprimitur admiratio Streps. propter aduersarii superstitionem. Similiter Acharn. 407. Euripides inter medios trimetros monometro respondet: ἀλλ' οὐ σχολή. Hanc igitur lectionem non dubitassem recipere, nisi idem argumentorum pondus pro vulg. fuisset. particulae significatio non falsa, plurimorum consensus librorum, Schol. denique vet. auctoritas, qui a v. 1204 — 1248. 45. trimetros numerat."

1224. (1236. v.) τὸν Δία, τὸν Ἑρμῆν g), τὸν Ποσειδῶ. Nempe iuxta Solonis legem, de qua obiter ad 629., qua per *tres deos* Athenis iurare iubebantur, vt ea de re praeter Hesych., Pollux VIII, 142. [p. 966. Hemst.] et quidem, quod ibi dicitur, per τρεῖς θεούς, Ἰκέσιον, Καθάρσιον, Ἐξακεστήριον, quae tamen erant tria vnius Iouis nomina, vti iam est in nuperis ad Poll. notis monitum. Idem vero, sed vt de tribus aliis distinctis numinibus et tamquam lege iam ante Solonem a Dracone lata, obseruatum olim legi in Scholl. Voss. cod. ad Hom. Il. O, 36. vbi Scholia Mss. h): διὰ τριῶν ἔθος ὀμνύναι, ὡς Δράκων ἔταξε, Δία, Ποσειδῶνα, Ἀθηνᾶν· οἱ δὲ Δία, Ποσειδῶνα, Δήμητρων· ὡς δὴ Δημοσθένης ἐν τῇ περὶ Τιμοκράτους, nempe in iureiurando Heliastarum p. 470. [p. 747. T. I. Reisk.] cuius oratoris ea de re verba haud omisit Petitus de Leg. Att. p. 349. [438. Wess.] et adductum Poll. ac Hesych. insuper locum, sed nihil praeterea. Ad hunc vero Athenn., et prisca quidem apud eos lege, receptum morem, sed memoratis praeter Iouem duobus aliis numinibus respicit Plato de Legg. XI. p. 936. [T. IX. p. 171. Bip.] vbi de eo dicitur, qui ad testimonium ferendum est in curiam citatus: ἐὰν δὲ εἰδέναι μὴ φῇ, τοὺς τρεῖς θεούς, Δία καὶ Ἀπόλλωνα καὶ Θέμιν ἀπομόσας, ἢ μὴν μὴ εἰδέναι, ἀπαλλαττέσθω τῆς δίκης. Qua ratione factum vidimus v. 629., vt Socrates per tria itidem numina iurare dicatur, Ἀναπνοήν, Χάος et Ἀέρα, sicut alibi per *Canem*, *Anserem* et *Platanum*; qui tamen ap. Plat. tres agnosceret potissimum Athenn. deos, *Iouem*, *Apollinem* et *Mineruam*. Vnde etiam per tres illos deos iurantem

---

g) Edd. priscinae Ἑρμῆ sine ν, infra 1268. et illae Ἑρμῆν. *Bergl.* Ἑρμῆν R. et ceteri. Ib. Ποσειδῶνα. *Ern.*

h) Eadem ex cod. B. exhibuit Villoison. p. 353.

cernimus Demoſth. in Mid. p. 373. [c. 54. ed. Spald.] νὴ τὸν Δία καὶ τὸν Ἀπόλλω καὶ τὴν Ἀθηνᾶν, et quidem, quod ait ibi Vlpian. ὡς τῶν ἄλλων ἐξοχωτάτους. Idem tamen orator per *Iouem*, *Apollinem* et *Cererem* iurat adu. Callipp. p. 680. [p. 1238. T. II. R.] Adde Athenis in Ardetto iuratum per *Apollinem* Πατρῷον, *Cererem*, ac *Iouem* Βασιλέα, iuxta Poll. l. VIII. c. 12. Per *Mercurium* vero, Ἐμπολαῖον nempe vel Κερδῷον *(negotiatorem* vel *lucrorum potentem)* in priſcis aliquot Inſcriptt., de quibus ad Plut. 1156., appellatum, opportune hic a foeneratore, *Cereris* vel *Mineruae* aut *Apollinis* etiam loco iuratur; vbi de pecuniae ſorte et ex ea quaeſtu ſeu vſuris ſoluendis agebatur. *Spanh.*

1225. (Br. 1235.) A ſenſu in verſione *i)* aberraui. Streps. dicit: *Sane hercle. Immo tres obolos lubens perduim, vt mihi iuramentum deferas. Brunck.* L. Ia. προκαταθεῖην, vbi gloſs. καταβάλλοιμι, et Schol. προκαταβάλλοιμι νόμισμα. Vulgatum verum eſt: *ſacramento, quod deponendum eſt, addiderim tres obolos, vt liceat iurare.* Sic 1246. προσαποβαλεῖς. *Ern.* Locum hunc citat Thom. M. V. Εἰ [p. 268.] *Kuſt.*

1226. L. οὔνεκ' male. Caet. ἔτι redundat Attice, vt ſaepe alibi. v. Thom. M. h. v. *k)*. Non bene expreſſit in verſione Bergl. *(pereas itaque adhuc.)* Sed et alios in hac part. lapſos vidi. *Ern.*

1227. (1239. v.) V. Suid. V. Ἀλσὶ διασμηχθεὶς et V. Παχεῖς, vbi loci huius mentionem fecit. *Kuſt.* — ἅλσιν *l)* reſcripſi pro ἅλσι, vt habet Suid. h. v. Nam exiſtit alias trochaeus, qui locum non habet. Vidit et Duker. Item in fine praefero οὑτοσὶν e L. quia vocalis ſequitur v. ſq. [quo non opus.] *Ern.* Cauillatur daniſtam tamquam pinguem et craſſum hominem. Dicit autem non exigui vſus

i) Verterat: Ita hercle; iisque Triobolum etiam, per quem iurarem, adderem. — Pro κἂν e Rau. edidit Inu. καὶ et γ' ante ὅτ' omiſit, non ſatis eleganter.

k) Ibi p. 278. nihil ea de re legitur. Redundare negat Weiskius de pleon. L. Gr. p. 149. ſ.

l) ἅλσιν emendate ſcriptum eſt in C. *Brunck.* Ita Br. Inu. H. Sch. dederunt.

eum fore, *ſi ſale perfricetur*, i. e. *ſi ei corium detractum ſale maceretur*, vt ſolent coria, *et praeparetur ad vſum vtris vinarii:* quem vtrem ſatis capacem dicit fore. Supra 441. ἀσκὸν δέρειν idem ſignificat, et Eqq. 360. δερῶ σε θύλακον κλοπῆς, vbi Scholia: ἐκδερῶ σέ, φησιν, ὥστε ἀπὸ τοῦ σώματός σου θύλακον ποιῆσαι εἰς ὑποδοχὴν κλέμματος. Bibaces etiam et helluones vocantur ἀσκοὶ et θύλακοι. Alexis Comicus ap. Athen. XI. p. 470. ἤτησε κύλιν (calicem), καὶ λαβὼν ἐξῆς πυκνὰς Ἔλκει, καταντλεῖ· κατά τε τὴν παροιμίαν, Αἰεί ποτ' εὖ μὲν ἀσκός, εὖ δὲ θύλακος Ἀνθρωπός ἐστι (ſecundum prouerbium, ſolet fere homo commodus eſſe vter et ſaccus). Antiphanes Comicus ap. eumdem XII. p. 552. τοῦτον οὖν δι' οἰνοφλυγίαν (temulentiam) καὶ πάχος τοῦ σώματος ἀσκὸν καλοῦσι πάντες οἱ ἐπιχώριοι. Sic et daniſtam videtur Streps. ridere, non ſolum tamquam craſſum, verum etiam tamquam multum vini. In Ach. 1001. ἀσκὸν Κτησιφῶντος· vbi Scholia: ὡς παχὺς καὶ προγάστωρ ὁ Κτησιφῶν κωμῳδεῖται. *Bergl.*

1228. Notet lector, χοᾶς [vulgo] hic ſcriptum eſſe ὀξυτόνως, tamquam a recto, χοή, χοῆς: quam lectionem non ſolum agnoſcunt omnes, quas videre licuit edd., ſed etiam Tho. M. V. χοῦν *m)*, qui inſuper ex h. l. probare conatur, Atticos pro χοῦς vel χοεύς, dixiſſe χοή: in quo tamen iudicium magiſtri illius deſidero. Nam quum multo frequentius, imo fere ſemper ap. Ariſt. aliosque ſcriptt. Atticos occurrat χοῦς vel χοεὺς pro *congio:* multo magis rationi conſentaneum erat dicere, pro χοᾶς mutato tantum accentu hic ſcribendum eſſe χοᾶς *n)*, quod contractum foret ex χοέας a χοεύς, vnde pariter Genitiuus contractus χοῶς legitur ap. Comicum noſtrum Pac. 536. et Accuſat. ſingularis χοᾶ Eqq. 95. 113. 354. Ach. 1085. et alibi. χοὴ autem (vnde Accus. plur. χοάς) aliud ſignificat: nimirum *libamen*, quod ſuper tumulo deſunctorum patera fundi ſolebat: qua de re conſule Theſaurum Henr. Steph. et alia Lexica vulgata. *Kuſt.* Schol. ad Ach. 980. χοᾶς, quod

m) f. potius χοή, p. 917. Nam recte nunc duo articuli, olim male coniuncti, discreti ſunt. v. ibi Oudend.

n) Scribendum χοᾶς. Schol. ad Ach. 960. τὸ δὲ χοᾶς, ὅτε ἐπὶ μέτρων τίθεται, περισπᾶται, ὡς τό· ἐξ χοᾶς χωρήσεται. *Bergl.* χοᾶς ſcripſi e Mss. noſtris, praeter I., omnibus, Schol. et Suid. qui diſerte ait χοᾶς ſcribendum eſſe de metro, et tamen ibi editur χοάς. *Ern.* Recentt. omnes ita ediderunt.

et h. l. videtur Schol. agnoſcere. Nam quod ait χοᾶς cum graui in vltima eſſe a χοή, χοῆς, non puto hac voce ſignificari μέτρον, ſed inferias mortuorum. Eſt autem χοᾶς contractio Attica pro χοεῖς vel χοῆς e χοέας. v. Tho. M. V. ὑγιᾶ. Etiam Kuſt. hoc et aliis locis ap. Ariſt. χοᾶς ſcribi debere pro χοὰς ad Suid. notat h. v. [T. III. p. 675. f.] Tho. M. χοή, εἶδος μέτρου. ἐπὶ ὑγροῦ Ἀττικοὶ λέγουσιν. Ἀριστοφ. ἐν Πλούτῳ. ἓξ χοὰς χωρήσεται. χοῦς δὲ ἁπλῶς Ἕλληνες. Vel erraſſe Grammaticum puto, vel locum corruptum eſſe et pro χοὴ ſcribendum χοεύς, et mox χοᾶς. Ἐν Πλούτῳ quod ait, manifeſte eſt vitioſum. *Duck.* Occupauit iam Kuſt. quae ad marginem pridem notaueram ac viderat etiam Schol. de hac voce legenda χόας aut χοᾶς, vbi de *amphora* ſ. *congio*, vt h. l. dicitur, prout οἴνου χοᾶ legimus Eqq. 354. et Ach. 1202. τὸν γὰρ χοᾶ. v. autem 1021. τοὺς Χόας leg. pro τὰς χοάς. Nempe vbi Χόες dicuntur de ſecundo feſti ap. Athenn. *Antheſteria* appellati die, quae Baccho erant ſacra, immo antiquiſſima apud eos Dionyſia. Cuius ſecundus dies inde Χόες dictus, vt monent ibidem Scholia, ac viderunt iam, qui Graecorum feſta enarrarunt viri docti, quod eodem die conuiuae οἴνου χόα ſ. *vino plenum congium* ebibere tenerentur, et, qui primus exhauſiſſet, plenum vino vtrem praemio referret. Aliud vero erant apud eosdem Athenn. χοαί, *libationes* nempe ſ. *inferiae*, quae in mortuorum parentalibus fierent; vnde Aeſchyli dramati, χοηφόροις, vt ex eo liquet, nomen eſt inditum, ac prout etiam *annuae inferiae* a Graecis apud Plataeenſes factae pro iis qui in praelio contra Perſas fuerant caeſi, χοαὶ dicuntur a Plut. in Ariſtid. p. 332. [c. 21. p. 530. T. II. R.] et iuxta eumdem in Romulo p. 19. [c. 4. p. 84. T. I.] de *inferiis*, quae Accae Laurentiae, Fauſtuli vxori et Romuli ac Remi nutrici, Romae quotannis itidem fierent. *Spanh.*

1229. καὶ τοὺς θεούς. h. e. *et reliquos deos.* Nam verba formarum ſaepe coniungi per copulam καὶ cum verbis generum, ita vt intelligatur ὁ ἄλλος, docuit Fiſcher. ad Aeſch. Soer. I, 7. p. 34. *Harl.*

1230. (1242. v.) καταπροΐξει. Male Suid. κ — ξῃ, vt in aliis. Heſych. καταπροίξεις o), quod huc ſpectare vide-

o) In Hes. καταπροΐξει reponi ex h. l. voluit Toup. Emm. in Suid. et Hes. III. p. 515.

tur. Puncta diaereſeos non ſatis conueniunt conſuetudini Atticae, quam et Etym. M. dicit Ionibus eſſe propriam, quam et habet Herodot. III, 36. Nec Ariſt. alibi distrahit in hoc verbo *οι* nec Heſych. in gloſſa ante memorata: quamquam edd. etiam habent *καταπροϊξάμενος*, quod tamen e Ionica dial. eſſe poteſt, nec Tho. M. aut Phrynich. qui vidd. Duker. igitur puncta diaereſeos vult tolli: ſed verſus quomodo ſeruetur, non docet *p*). *Ern.* Pro *illudes* hoc verbum itidem legitur Veſp. 354. *Οὗτοι καταπροίξει* et ſimiliter 1384. Rationem ſignificationis in hoc verbo indicat Schol. et ſimiliter Heſych. *q*) *καταφρονήσεις, ἢ δωρεὰν γελάσεις*, ſ. *προῖκα*, vt 1628. *Spanh.* Poſt *θαυμασίως* R. addit *γ'* bene, opinor. *Ern.* Id recipiendum putauimus. Saepius haec partic., vbi metrum eam requirere videbatur, temere adiecta, vbi metrum ſine ea conſtabat, temere omiſſa reperitur. *Herm.* Recepit et Sch.

1232. (1244. v.) *ἦ μὴν r*). ſic ed. Baſil. et verum eſt. Al. vitioſe *μέν*, quod ſaepe irrepſit pro *μήν*. R. *ἦν μή*, vitioſe transpoſita litera. *Ern.*

1233. (Br. 1243.) *ἀλλ' εἴτε γ' ἀποδώσεις τἀ χρήματ' εἴτε μή*. Sic concinne tres codd. In B. vt vulgo: *ἀλλ' εἴτ' ἀποδώσεις μοι τἀ χρήματ', εἴτε μή*. E gloſſa *μοι* in textum irrepſit. *Brunck.* R. *εἴτε γ'* male; nam perit verſus *s*). *Ern.* Recte, quod in tribus codd. et Rau. erat, repoſuit Brunk. *Herm.* [qui, vt Inu. et Sch. idem recepit.] Eurip. Alc. 135. *εἰ δ' ἔτ' ἔστιν ἔμψυχος γυνή, εἴτ' οὖν ὄλωλεν, εἰδέναι βουλοίμεθ' ἄν*. *Bergl.*

1236. (v. 1248.) *ἀποδ. σοι δοκεῖ* [vt olim vulg.] Siue teſtis ſiue foenerator, vt vult Schol., hoc dicat, interrogatiue capiendum eſt. Interrogatur enim Strepſiades debitor. cf. 1242. *Ern.* Non poteſt hic interrogari Strepſia-

---

p) Immo Erneſtio docendum erat, quomodo his punctis non ſublatis verſus ſeruaretur. *Herm.* qui cum Br. et Inu. *καταπροίξει* edidit.

q) Add. Phot. in *καταπροίξεται* p. 105. Zonar. II. p. 1178.

r) Supra 867. *ἦ μὴν σὺ τούτοις τῷ χρόνῳ ποτ' ἀχθέσει*. *Bergl.*

s) Nempe ſi *μοι* ſeruatur.

des. Neque enim congrueret responsio: *πού 'σθ' οὗτος* — e quibus verbis clare intelligitur, Pasiam paullum secessisse, vt cum teste clam colloqueretur, eiusque sententiam exquireret *t*). *Herm.* Testem, quem secum adduxerat, percunctatur Pasias: *τί σοι δοκεῖ δράσειν*; Cui par est illum respondere: *ἀποδ. μοι δοκεῖ*, non, vt vulgo, *σοι δοκεῖ*: *mihi videtur, eum pecuniam reddere velle.* In cod. quarto Reg. scriptum: *ἀποδώσειν σοι δοκεῖ μοι*. *Brunck.* Cum Rau. cod. *Inu. Herm. Sch.* etiam *μοι* receperunt.

1237. *ὦ 'παιτῶν*. Sic recte primariae edd. et C. Mendose in quatuor aliis codd. *ὅ 'παιτῶν* *v*). *ο α* in *ω* coalescunt, vt *ὁ ἀνήρ*, *ὦ 'νήρ*. Perperam in recentt. edd. *ὁ ἀπαιτῶν*, ingrato hiatu, quem vitant semper scenici poëtae. *Brunck.* Cum Br. emendarunt *Inu. Harl. Sch. Herm.* Tum etiam *τἀργύριον* recte editum est, non *τ' ἀργ.*

1238. *τοῦθ' ὅ τι ἐστί*; Sic bene IV. codd. et primariae edd. Perperam in recentt. *τοῦθ' ὅτ'* [aut *ὅ τ'*] *ἐστί*; *Brunck.* [quem Inu. cum Rau., H. Sch. sequuntur.] *κἀρδοπος*. Hoc Socrates docuerat senem v. 670. *Bergl.*

1240. (1252. v.) *οὐδ' ἂν ὀβολὸν οὐδενὶ* — Sic quatuor codd. *x*). In C. vt vulgo *οὐδ' ὀβολὸν ἄν οὐδ.* Idem versus est supra 118. *Brunck.*

1242. *ὅσον γ' ἐμ' εἰδέναι*. Sic distincte scriptum in meo. Vulgo: *ὅσον γέ μ'*. *Brunck.* [quem Inu. et Sch. sequuti sunt]. Vulgatum (*γέ μ'*) retinendum censuimus. Habet Brunkius in huiuscemodi rebus suam quamdam subtilitatem, quae gallicum magis quam graecum sensum sapere videtur. Aliud est, *ὅσον ἐμέ γ' εἰδέναι*. *Herm.*

1243. (v. 1253.) *ἀπολιταργιεῖς* *y*). Pac. 561. *εἶθ' ὅπως λιταργιοῦμεν οἴκαδε*, *mox vt domum cito omnes abeamus*,

---

t) Alii, vt Francog., Wiland. Schütz. putant, Strepsiadem verbis v. 1235. dictis domum intrasse, et mox redire cum *καρδόπῳ*, quod probabilius est.

v) I. *ὁ 'παιτῶν*. Probarem, si versus staret. *Ern.*

x) Etiam R. L. C. Ib. ap. *Ern.* et Elb. A Rau. *ἄν* abest.

y) Reisk. coniecit: *ἀπολιπαριεῖς decedes de foribus, quibus adeo tenaciter et importune adhaeres.*

vbi Schol. *συντόμως δραμούμεθα, παρὰ τὸ λίαν ἀργόν.* Eadem hic ratio huius verbi compositi *ἀπολιτ.* pro *ἀποδράμῃ, ἀποσκιρτήσεις. Spanh.* Gl. *ὑποχωρήσεις, ἀπέλθῃς.* Etym. M. *ἀπολιταργεῖν. τὸ ἀπελθεῖν ταχέως z)· παρὰ τὸ λίαν καὶ τὸ ἀργόν. ὅ ἐστι ταχύ, περιττεύοντος τοῦ τ. Brunck.* Celeritatis notio augetur additis verbis *ἀνύσας τι θᾶττον.*

1244. (v. 1256.) Ms. Vat. U. habet *καὶ τοῦτ' ἴσθ' ὅτι*, quae lectio magis placet *a). Kuſt.* *ἄπειμι καὶ τοῦτ' ἴσθ' ὅτι.* Sic tres codd. In B. vt vulgo: *ἄπ. καίτοι γ' ἴσθ' ὅτι.* In quarto Reg. cod. primo ſcriptum erat: — *καὶ τοῦτ' ἴσθ' ὅτι*, vnde, craſis aliquot calami ductibus, factum fuit: *καί τοι γ' ἴσθ'. Brunck.* Eum ſequuti ſunt recentt. edd.

1245. Poſt *θήσω* Ia. addit *σοι. Ern.* De hac phraſi v. not. ad 1170. *Kuſt.* Abit Paſias.

1247. In ed. Lips. *βούλομαι* perperam accentu deſtituitur.

1248. (1258. Br.) *ὅτιὴ 'κάλεσας.* Melius videri poſſit ſcripturus fuiſſe: *ὅτι ἐκάλεσας.* Sed illo modo numeroſior eſt verſus. Sic Eq. 236. *ὅτιὴ 'πὶ τῷ δήμῳ* — et 428. *ὅτιὴ 'πιώρκεις. Brunck.*

1249. (v. 1261.) In cod. Bau. rubro adſcriptum eſt: *ἔρχεται ἕτερος δανειστὴς Ἀμυνίας.* Poſt tamen Amynias non nominatur, ſed oratio eius tribuitur daniſtae. *Harl.* Conſtituitur hic act. IV. ſc. 5.

1250. (1262. H.) *ἔα* vulgo extra verſum ſemel tantum legitur *b)*, quod etiam Br. retinuit, qui quidem peius

---

z) Photius Lex. p. 166. *λιταργίζειν, τρέχειν.* Add. Toup. Emm. in Suid. et Heſ. III. p. 513.

a) Verba *ἀπὸ τῆς θύρας* abſunt R. Mox Vat. R. [etiam Bau.] *καὶ τοῦτ' ἴσθ' ὅτι* quod prorius cum Kuſt. probo. Pro *ἴσθ'* C. Ib. habent *εἰσθ'. Ern.*

b) In edd. ſemel modo eſt *ἐα*, in Mſs. C. Ib. quater. Schol. ait eſſe *μᾶλλον ἰαμβ. μονόμετρον.* Ergo edidi *ἔα, Ἔα. Ern.* Ter in meo cod. ſcriptum *ἐα*, bene, vt mihi videtur. *Brunck.* Editur ita:

Στρ. Ἔα.
Τίς οὗτοσί ποτ' ἔσθ' ὁ θρηνῶν; ἢ τί που (vel vt Br. οὔ τί που)

etiam ter ſcriptum in ſuo cod. ἔα probat. Ita etiam in Bau. et Elb. [ap. Harl.] in quo (Elb.) Strepſiadae perſona ſequenti demum verſui praefixa. Ἔα ſi extra verſum eſt, aut ſemel tantum ſcribi debebat, et Strepſiadi tribui, aut, ſi repeteretur, bis ſcribendum erat, vt verſus eſſet iambicus monometer, quemadmodum Pac. 60. Tum etiam quidquid hoc eſſet exclamationis, tribuendum erat Amyniae, vt in Elb. Nam Strepſiadae non ſatis conuenire videtur tam longa exclamatio. Tamen ne Amyniae quidem recte aſſignari poteſt, quum haec vox magis ſit admirantium aliquid, quam conquerentium. Nimirum quum ἔα plus, quam ſemel ſcriptum eſſet in libris, diuelli coepit ab reliquo verſu, vnde metrici vulg. lectionem crearunt. Quare veterrimi libri (Rau.) auctoritate adductus ſic edidi:

Στρ. ἔα· τίς οὗτος ἔσθ' ὁ θρηνῶν; οὔ τι που c).

Ἔα in ipſo verſu eſt, vt Thesm. 1105. Au. 1495. *Herm. οὔ τι που d).* Sic bene A. C. Perperam vulgo ἦ τι που. *Brunck.* Cum eo recentt. faciunt.

1251. (v. 1264.) Videtur *Carcinus* Tragicus in aliqua tragoedia daemones vel deos aliquos eiulantes et lamentantes introduxiſſe. Vnde Comicus noſter, quum Amynias foenerator lamentabilem clamorem ederet, Strepſiadem lepide dicentem facit: *num aliquis Carcini daemonum vocem miſit?* Solet nimirum poëta noſter Carcinum Tragicum paſſim traducere et comico aceto perfundere. *Kuſt.* δαιμόνων pro παίδων, inquit Schol., παρ' ὑπόνοιαν. Quoniam Tragicorum more dixiſſet, ἰώ μοι, μοι; nempe vt ap. Soph. quoque Aiac. 897. 946. 948. Eurip. Electr. 1167. et alibi. Erant autem Carcino, tragico poëtae, tres filii, ex quibus duo erant tragici ſaltatores, vnus poëta tragicus. Aut proprie accipiendum δαιμόνων K., quia Carcinus introduxerit alicubi deos ita lamentantes, vt daniſta h. l., vt in iisdem eſt Scholl. *Bergl.*

1252. Pro τί δ' R. a m. pr. Ib. τίς δ', ſed ita poſt deberet eſſe βούλετ'. *Ern.*

---

c) Inu. cum ipſo libro Rau. exhibuit:

ἔα· τίς ἔσθ' ὁ θρηνῶν οὗτος; οὔτι πάυ

Schütz. ita vt Herm. edidit, ſed reliquit etiam antea ſeparatum ἔα, neque ſuſtulit.

d) R. οὔτι πάυ. Ib. πα. *Ern.*

1253. (v. 1266.) ἀνὴρ κ. τ. λ. Idem verſus legitur etiam Acharn. 1018. *Kuſt.* Idem eſt ac κατ' ἐμαυτὸν ἐπρεπόμην, id quod bubulcus ap. Theocr. ait VIII, 75. τὰν ἀμετέραν ὁδὸν εἶρπον. *Brunck.* Alciphr. Ep. I, 28. πέπαυσο, Κέκροψ ἄθλιε, καὶ τρέπου κατὰ σεαυτὸν (*ad te ipſum redi*), ὦ πρέσβυ. Comicus Veſp. 1491. κατὰ σαυτὸν ὅρα. *Bergl.* Et h. l. et in Ach. l. l. Brunk. [cumque eo Inu.] edidit κατὰ σεαυτόν νυν τρέπου e) [pro vulg. κ. σ. νῦν τ.]. Nos parum referre arbitramur. *Herm.*

1254. ὦ σκληρὲ δαῖμον. Eurip. Schol. ad Phoen. 850. σκληρῷ δαίμονι καὶ ἀπανθρώπῳ χρωμένους. Eurip. Alceſt. 496. καὶ τόνδε τοὐμοῦ Δαίμονος πόνον λέγεις· σκληρὸς γὰρ αἰεί. Antipho Tetralogia II. Orat. 3. [T. VII. p. 670. Orr. Grr. R.] τῇ δὲ σκληρότητι τοῦ δαίμονος ἀπιστῶν. — δαῖμον — τύχαι. videntur iſtae voces idem ſignificare. Eurip. Troadd. 102. πλεῖ κατὰ δαίμονα, μηδὲ προσίσῃ πρώραν βιότου πρὸς κῦμα, πλέουσα τύχαισι. Soph. Oed. Col. 76. ἐπείπερ εἶ γενναῖος, πλὴν τοῦ δαίμονος, vbi Schol. τοῦ δαίμονος· τῆς τύχης. Aliquando tamen videntur δαίμονες ſ. dii et Fortuna diſtingui. Eurip. Cycl. 602. ἢ τὴν τύχην μὲν δαίμον' ἡγεῖσθαι χρεών, τὰ δαιμόνων δὲ τῆς τύχης ἐλάσσονα. Inuocat autem Vlyſſes ibi deos et dicit, ſi ipſe pius interficiatur ab impio Cyclope, Fortunam Cyclopi fauentem potiorem fore diis opitulatoribus Vlyſſis; aut Fortunam habendam eſſe pro vera dea, non autem ipſos deos. Aliquando δαίμων et θεὸς diſtinguuntur inter ſe, vt ap. eumd. Ion. 1374. τὰ τοῦ θεοῦ μὲν χρησά, τοῦ δὲ δαιμόνος βαρέα. Aliquando δαίμων videtur quaſi gubernator τῆς τύχης aut τῶν τυχῶν eſſe. Eurip. Heracl. 935. ἀλλὰ τὴν ἐναντίαν Δαίμων ἔθηκε καὶ μετέστησεν τύχας. Idem Med. 672. ἄπαιδες ἐσμὲν δαίμονός τινος τύχῃ. In Phoen. 416. ὁ δαίμων μ' ἐκάλεσε πρὸς τὴν τύχην. Vbi Scholia: τὸ εἱμαρμένον ἤγαγεν ἡμᾶς εἰς τοῦτο τῆς συντυχίας. Poterit ergo vtra vox latine verti: *Fortuna*, *fors*, *genius*, *fatum*, vt quaeque vox loco alicui magis conuenit. Nili quod Δαίμων aliquando ſimpliciter pro deo accipitur. Gloſſae: τύχη — *Fors*, *Genius*, *Succeſſus*, *Fatum*, *Fortuna*; qui ſignificatus conueniunt etiam voci δαίμων. *Bergl.* θρασυάντυγες. v. Suid. h. v. Eſt vox inepta tragi-

e) R. σεαυτοῦ et pro νῦν Duker. malebat εὖν, *quia tu miſer es, vade tuum iter, abi in rem tuam*, quod valde placet. *Ern.*

ci vel dithyrambici poëtae, qua irridendi cauſa vſus eſt. *Ern.*

1256. *f)* Τληπόλεμος. Huius mentionem fieri dicit Schol., quia Xenocles Carcini, de quo paullo ante, filius, tragicus poëta, introduxerit illis verbis vtentem, quae in ſuperiore verſu ſunt: ὦ Παλλάς, ὡς μ᾽ ἀπώλεσας· quum nimirum Tlepolemus interfeciſſet Licymnium, fratrem Alcmenae. Alius Schol. dicit, non de heroë iſto eſſe ſermonem, ſed de alio Tlepolemo, qui fuerit Sophoclis tragici hiſtrio. *Bergl.* Notus Tlepolemus Herculis e captiua muliere filius, de quo ſic Homerus in catalogo [Il. II, 661. ſs.] Τληπόλεμος — πατρὸς ἑοῖο φίλον μήτρωα κατέκτα ἤδη γηράσκοντα Λικύμνιον — Argumentum hoc tractauerat vel Carcinus vel eius filius Xenocles in quadam tragoedia, ad quam alludit Comicus et vnde videtur παρῳδῆσαι, ἰώ μοί μοι, ἀνὴρ κακοδαίμων, et ὦ σκληρὲ δαῖμον — quae poſtrema deſumta ſunt ex iis, quae Alcmena dicebat audita fratris ſui morte. Ideo Strepſiades iisdem verbis fortunas ſuas conquerentem Amyniam percunctatur: *Quid tandem tibi mali fecit Tlepolemus? Brunck.*

1258. ᾕλαβεν. ᾱ producitur e contractione, vt ᾱ᾽δανείσατο v. 1260. cf. 1296. *Ern.*

1259. (1272. v.) ἄλλως — Hic verſus abeſt a L. et Ia. *Ern.*

1261. κακῶς — Senſus verſus eſt: *peſſime agitur.* v. ad 883. V. ſeq. ἵππους verte *currum.* v. Ruhnk. ad Call. h. in Cer. 87. *Harl.*

1263. (1276. v.) ληρεῖς. Veſp. 1367. τί δῆτα ληρεῖς ὥσπερ ἀπὸ τύμβου πεσών. *Bergl.* ὥσπερ ἀπ᾽ ὄνου καταπεσών. v. Zenob. Cent. II. Adag. 57. Suid. V. Ἀπ᾽ ὄνου et V. Ληρεῖς, vbi locus hic citatur. Elegans autem ambiguitas hic latet in V. Ἀπ᾽ ὄνου *g)*, quae pro diuerſa ſcribendi ratione

---

f) Pro τί δαί; L. Ia. τί δέ; malc. *Ern.*

g) Ludit in ambiguitate; nam ſi ſcribas ἀπὸ νοῦ καταπεσών, erit *a mente delapſus*, i. e. a mente alienatus. Sic καινοῦ et καὶ νοῦ ap. Laërtium, qui refert Diogenem interrogatum, quibus rebus opus ſit futuro philoſopho, reſpondiſſe: βιβλίου καινοῦ

tam significare potest *ab asino*, quam *a mente*. *Kust.* Iocus est in ambiguitate pronuntiationis, qui latine reddi non potest. A foeneratore intelligi vult Strepsiades ἀπ' ὄνου, at ipse intelligit ἀπὸ νοῦ. Sic ap. Diog. Laërt. Stilpo Crateti dicit [II, 118.] ὦ Κράτης, δοκεῖς μοι χρεῖαν ἔχειν ἱματίου καινοῦ. Quod illius sententia non est: *palli noui*, sed, *pallii et mentis*, καὶ νοῦ. Similis iocus est Plaut. Mil. Gl. IV, 7. [25. f.].

Maris causa hercle istoc ego oculo vtor minus:
nam si abstinuissem a mare, tanquam hoc vterer.

Vbi Pleusides quum *a mare* duabus vocibus dicere videatur, aliud intelligit, nempe: *si abstinuissem amare, si amicum non habuissem. Brunck.* Quem hic iocum interpretes inuenire sibi videntur in ambiguitate verborum, de eo equidem longe aliter sentio. Nam etsi iam Schol. et Suidas hanc ambiguitatem commemorant, tamen a proverbio ea aliena est, praesertim quum etiam absque isto lusu literarum eadem huius prouerbii sententia sit, quae distracto voc. ὄνου nascitur. Itaque neque Arist. in hoc prouerbio lusisse credibile est, nec Platonem, cuius locus III. de Legg. p. 156. Bip. quem Schol. et Suid. attulerunt, recte nunc ita legitur: δεῖν φαίνεται ἔμοιγε, οἷον περ ἵππον, τὸν λόγον ἑκάστοτε ἀναλαμβάνειν, καὶ μή, καθάπερ ἀχάλινον κεκτημένον τὸ σῶμα, βίᾳ ὑπὸ τοῦ λόγου φερόμενον, κατὰ τὴν παροιμίαν, ἀπό τινος ὄνου πεσεῖν. *Herm.*

1265. (v. 1278.) αὐτὸς redundat, vt alibi. Pro ὑγιαίνεις Ms. male ὑγιαίνοις. *Ern.*

1267. (H. 1279.) Vulgo: προσκεκλῆσεσθαί *h)* γε μοί, quam lectionem etiam Schol. habuit. Brunk., si quidem προσκεκλήσεσθαι seruandum est, recte edidit προσκεκλήσεσθαι γ' ἐμοί. Rau. προσκεκλῆσθαί μοι δοκεῖς. Difficile est,

---

δεῖ· quae verba si scribantur hoc modo: βιβλίου καὶ νοῦ δεῖ, significant: *libro et mente* opus est; si autem hoc modo: βιβλίου καινοῦ δ., significant: *libro nouo opus est.* [v. Menag. ad Diog. L. l. II. p. 128.] Dicitur autem prouerbialiter: ἀπ' ὄνου πεσών de *imperito homine*, quasi qui nec asinis vti possit, nedum vt equis, vt notat Schol. *Bergl.*

h) L. προσκεκλεῖσθαι, Ia. etiam delet γε, vtrumque male. προσκεκλήσεσθαι *in ius vocatum iri*, quae est προσκλησις, de qua v. Vales. ad Harpocr. h. v. *Ern.*

vtra lectio melior sit, decernere. Vulgata simplicitate commendatur et plerorumque librorum fide: altera facile nasci potuit interpretum diligentia, qui δοκεῖς adscripserant, quod κατὰ κοινοῦ in superiore versu positum esset, vt Schol. obseruat. Hanc tamen lectionem praeferendam esse rati sumus *i)*, tum veterrimi atque optimi libri Rau. auctoritate, quam confirmant eiusdem lect. in codd. L. et Ia. vestigia, tum aliis haud sane leuibus argumentis. Primum etsi hic proprie futurum requiritur, eadem tamen vis in perfecto inest, quae quo magis recondita est, eo facilius fut. προσκεκλήσεσθαι aut reponi ab emendatore aut adnotari ab interprete, ac deinde ab imperitis in textum inferri potuit. Etenim προσκεκλῆσθαι, nota significatione temporum praeteritorum hanc vim habet, vt in ius vocatum iri illum tam certum esse dicatur, quam si iam sit in ius vocatus. Deinde haec ipsa dicendi ratio multo magis, quam altera, ad h. l. accommodata est. Nam non solum maior quaedam vis atque alacritas perfecto inest, sed longe melius etiam eo irridetur Strepsiades, quam adhibendo tempore futuro. Omnis enim virtus h. l. in eo posita est, vt Amynias, quae a Streps. superbe dicta erant, quam minima verborum mutatione facta, eodem vultu et gestu eademque voce in Streps. conuertat. Itaque vt ille perf. σεσεῖσθαι vsus erat, ita hunc etiam perf. κεκλῆσθαι vti decet; atque vt ille μοὶ δοκεῖς dixerat, ita hic, irridendi causa illum imitatus, magna cum vi eadem verba repetit. *Herm.*

1268. Olim vulg. εἰ μὴ ἀποδώσεις. Emendauit *Brunck.* κάτειπε νῦν cum Brunk. [qui tacite ita reposuit, et Inu.] edidimus. Vulgo κάτειπέ νυν. *Herm.*

1269. αἰεί, pro quo Inu. hic et 1278. e Rau. posuit ἀεί, metri causa retinendum erat. Hic et infra in R. ap. Ern. ἀεί.

1271. (v. 1284.) ταυτὸ τοῦθ'. Ib. αὐτὸ τοῦθ', melius. *Ern.*

1272. Brunk. οὐδ' ἐμοὶ [pro vulg. οὐδέ μοι, quod Herm. recte retinuit]. Cod. Rau. οὐδέν μοι [quod Inu. parum recte recepit]. *Herm.*

---

i) Vti etiam Inu. et Sch. ediderunt.

1275. (1285. Br.) ἀλλ' εἰ σπανίζεις, τἀργυρίου μοι τὸν τ. ἀ. k). Sic bene distinctum est in membr. Perperam vulgo: ἀλλ' εἰ σπανίζεις τἀργυρίου, μ. τ. τ. — Vertit Bergl.: *sed si eges aeris, vsuram saltem mihi da.* τἀργ. cum σπανίζεις salua linguae indole construi non potest: obstat articulus. Dicendum enim fuisset: ἀλλ' εἰ σπανίζεις ἀργυρίου, μοι τὸν τόκον ἀπόδος γε. Et sic quidem scriptum est in meo codice. Optime etiam in quarto cod. Reg. distinctum, vt in membr. — σπανίζεις, τἀργ. — *Brunck.* Atticis familiare verbum σπανίζειν et σπανίζεσθαι pro *indigere* s. ἀπορεῖν, et quidem, vt hic, ἀργυρίου. Sic σπανίζοντες φίλων Aesch. Choëph. 715., et Eurip. Med. 882., item σπανίζειν πέπλων Mede. 960. σπανίζει βίου incerti Tragici ap. Dion. Chrysost. Or. XIII. p. 220. [p. 420. T. I. Reisk.], sed quod Euripidi in Belleroph. ap. Stob. tribuitur in Exc. Grot. p. 393. l), prout ab eodem Tragico Hecub. 12. σπάνις βίου *penuria victus* dicitur. Nec apud poëtas solum, sed apud oratores etiam Atticos; vt Demosth. adu. Steph. I. [p. 1122. T. II. Reisk.] τῶν ἀναγκαίων σπανίζειν. *Spanh.*

1276. (v. 1289.) γε abest R. Ia. *Ern.*

1277. κατὰ μῆνα καὶ καθ' ἡμέραν. *Menstruas* enim non solum, de quibus egimus ad v. 17., sed *diurnas* etiam *vsuras*, vt obiter id iam ante diximus, Athenis receptas constat, vnde ἡμεροδανεισταὶ appellati, qui μισθὸν ἐφημέριον s. *diurnas* id genus *vsuras* exigerent. Quomodo ἡμεροδανειστὴς dictus est Menippus Cynicus ap. Laërt. VII, 99. Quale sordidum vsurae genus, vt maxime vecordis hominis notam tangit Theophr. περὶ Ἀπον. [char. 6, 3. s. Schneid. 13, 3.] τῆς δράχμης τόκον τρία ἡμιοβόλια τῆς ἡμέρας πράττεσθαι, h. e. quartam drachmae partem, vt id iam occupauit Salmas. de mod. vsur. p. 65. et Plauti insuper locum Epid. I, 1, 51. s. *id adeo argentum ab danista apud Thebas sumpsit foenore In diem* — Grauissimum autem erat illud diarium foenus, et *annuo* ac *menstruo* etiam,

---

k) Sensus: *si penuria obstat, quin sortem reddas, sortis* vel *debiti da mihi vsuram. Harl.* qui probat Br. distinctionem, quam etiam Inu. H. Sch. sequuntur.

l) Immo diuersi sunt loci ap. Dion. Chr. et ap. Chrysost. [Beller. fr. XVI, 12. Musgr.)

quod monuerat idem Salmas. p. 63., longe maius, vti insuper ὀβολοστάτας, qui eiusmodi foenus exercerent, peculiariter appellatos, de Vsur. p. 539. Neque vero hic praetereundum, quod a Petito ad Leg. Att. p. 407. [502. vbi v. Weſſel.] notatum forte video: nempe foenus nauticum *diarium* fuiſſe, non *menſtruum*. Quum tamen *diariae* ap. Athenn. dictae proprie vſurae, ſeu ἡμεροδανείου vel ἐφημερίου τόκου vel μισθοῦ ea foret ratio, vt in vnicum diem pecunia foenori daretur, ſequenti proinde die cum vſura reſtituenda: *pecunia* autem *nautica* ſ. *traiectitia* daretur ad nauigationis tempus, ſyngrapha definitum, prout dicitur in ſimili ſyngrapha nautica, cuius fit mentio L. 122. §. 1. D. de Verb. Oblig. *in omnes nauigii dies ducentos:* atque ita nec *diurnum* nec *menſtruum*, ſed *annuum* etiam foret illud foenus. Id quoque attigiſſe Salmaſium de Mod. Vſur. p. 21. et quidem non vt a Petito ſolum, ſed vt a Scaligero etiam ante perperam monitum, poſtea animaduerti. *Spanh.*

1278. (v. 1291.) *m)* Quod pecunia foenori data multiplicetur ſ. amplior fiat, inde πλέον pro *vſura* duobus ap. Ariſtot. locis ſumitur. Priorem indicauit laudatus paullo ante Salmas. de Vſur. p. 19. nempe Ethic. ad Nicom. VIII, 15. κομίζεσθαι δὲ ἀξιοῖ τὸ ἴσον ἢ πλέον, ὡς οὐ δεδωκὼς ἀλλὰ χρήσας; eodem interprete, *poſtulatque recipere aut par pro pari, aut amplius, tamquam* qui *non dono dederit, ſed mutuo.* Alter philoſophi locus, vnde haud minus haec Comici verba illuſtrantur, exſtat in Politicis [I, 10. extr. ſ. I, 3. extr. ed. Schneid.] ὁ δὲ τόκος αὐτὸ (νόμισμα nempe) ποιεῖ πλέον, ὅθεν καὶ τοὔνομα τοῦτ' εἴληφεν· Ὅμοια γὰρ τὰ τικτόμενα τοῖς γεννῶσιν αὐτά ἐστιν. ὁ δὲ τόκος γίνεται νόμισμα νομίσματος. Τόκος nempe idem ac γένεσις ſ. *peruniae foetus*, vti ea de re ad v. 18. Vnde iuxta illud Comici Thesm. 852. ἄξία γοῦν εἴ τόκου τεκοῦσα τοιοῦτον τόκον: Accedit, quod ἐπὶ πλήθει ac πλεονασμὸν *vſuram frugum* vocant LXX. Interpretes Leuit. XXV, 23. et 37. ac πλεονασμὸν ſolum Ezech. XVIII, 8. vbi has voces per *amplius* et *ſuperabundantiam* reddit vetus interpres. Quo reſpexit, vt ſaepe alias, Heſych.: Πλεονασμός, ἐπίδοσις, *acceſſio*,

m) πλέον, πλέον eſt πλέου καὶ πλέω. v. Dorn. ad Char. p. 200. ſ. *Harl.*

frugum nempe vel *pecuniae*: πλεοναστικὸν enim de *vſura frugum* iis V. T. locis intelligi ad discrimen alterius τόκου, qui ibi praecedit, ſ. *vſurae pecuniae*, obſeruat Salmas. de Vſur. p. 181. *n*). Quum alioquin πλέον dictis locis et in hisce Comici verbis, de *pecuniae vſura* ſ. *incremento* itidem intelligatur; prout poſtrema hac voce vocatur L. 27. C. de Vſur. *ſorti autem antiquae tantummodo incrementum* (vſuram) *accedere*. Hinc Cyprianus de Lapſis [p. 374. ed. Baluz. Ven.]: *vſuris multiplicantibus foenus augere*. Quae egregie illuſtrantur tum hisce Comici verbis, vnde et lux iisdem accedit, tum et ſequentibus mox: ζητεῖς ποιῆσαι τἀργύριον πλεῖον τὸ σόν; vbi ἀργ. πλεῖον *pecuniam foenori datam* notat, non vero fruges. De qua caeteroquin *frugum vſura*, qua vltra ſortem media pars amplius dabatur pro vſura, vt nempe pro duobus modiis tres redderentur, minorque proinde eſſet vſura pecuniae, quae vulgo *centeſima*, ſeu duodecim in centum apud Graecos et Romm. efficiebat: prout de vtraque illa *vſura frugum* et *pecuniae* agitur Conſtantini L. 1. Cod. Theod. de Vſur. *Spanh.*

γίγνεται. Sic duo codd. Vulgo γίνεται *o*). *Brunck.* [qui recte cum ceteris edd. αἰεὶ reliquit, quod metrum poſtulat.]

1279. ὑποῤῥέοντος. Sic IV. codd. Gl. τρέχοντος. Daweſio legendum videbatur ἐπιῤῥέοντος. v. Miſc. Crit. p. 160. *p*). *Brunck.* ὑποῤῥεῖν eſt ſenſim delabi.

1280. Lucretius VI. [609. ſſ.]:

Principio mare mirantur non reddere maius
Naturam, quo tantu' fuat *q*) decurſus aquarum:
Omnia quo veniant ex omni flumina parte.

Bergl.

---

n) Add. Biel. Theſ. philol. in LXX. Intpp. T. III. p. 120. ſ.

o) R. γίνεται ἀεί. *Ern.* De ſcriptura γίγνεται v. Fiſcher. ad Aeſch. Socr. I, 10. *Harl.*

p) Nempe vau ſ. digamma olim literae ῥ praefixum effeciſſe cenſet, vt produceretur brevis ſyllaba. Non igitur ἐπιῤῥέοντος, vt Br. ſcribit, (quod correxi) coniecit.

q) Ed. Wakef. quo ſit tantus d.

1282. πλείον' εἶναι. Sic edidimus e Ms. Ib. Consentit Ia., qui habet plenum πλείονα. Vulgo male πλεῖον. Nam refertur ad θάλασσαν, et mox est πλείων. Ita placebat Dukero. *Ern.* Ita etiam Brunk. (quamquam non monito lectore), et recentt. edd. omnes.

1286. (v. 1299.) Pro ἐκ L. Ib. [etiam Elb. ἀπό] quod melius puto et per se et e v. 1244. *Ern.* Recepimus ἀπό. Extra aedes enim haec omnia aguntur. *Herm.* Ita et *Sch.*

1287. ταῦτ' ἐγὼ μαρτύρομαι. Recte in tribus codd. verba haec Amyniae adscripta, quae in impressis testi inepte tribuuntur *r*). Peius adhuc in C. totus versus Phidippidae tributus. *Brunck.* Cum Br. A. B. D. etiam consentit Rau. atque ita recentt. dederunt. Amynias haec ad spectatores dicit, quum Streps. stimulum ei intentet.

1288. (v. 1301.) οὐκ ἐλᾷς, ὦ σαμφ. *s*). Idem occurrit Eqq. 1600. quod monui iam ad 35. et ἐλᾷν Atticis olim dictum pro ἐλαύνειν, quod notat Helladius. *Spanh.* Impellit et alloquitur eum tamquam equum; in Eqq. 599. equus ad equum fingitur dixisse: τί δρῶμεν; οὐκ ἐλᾷς ὦ σαμφόρα; v. ad Nub. 122. *Bergl.* Sic quoque contumeliae causa Praxinoe Theocr. XV, 8. maritum πάρυρον vocat. *Harl.*

1289. ταῦτα οὐχ ὕβρις; Terent. Andr. I, 5, 2. *Quid est, si hoc non contumelia 'st?* Plura exempla atticae illius loquendi formulae, grauem indignationem continentis, suppeditabit Hemsterh. ad Luc. dial. mort. 2, 2. T. I. p. 337. *Harl.* — ἄξεις *t*); ἐπιαλῶ [vt olim vulg.]. Est locus difficilis et obscurus, propter vocem ἐπιαλῶ, quam alii aliter scribunt et interpretantur: vt ex vett. Scholl. discimus. Ego in hoc interpretum dissensu dixerim, locum fore

---

r) Vertit Bergl.: *huius rei ego testis ero.*

s) R. L. C. Ib. [Elb.] ξαμφόρα. *Ern.*

t) ἄξεις int. *ss.* post ἐπεὶ ἁλῶ L. C. I. [Elb.] *Ern.* Scriptura cod. (Reg. quarti) ἄξεις. ἐπεὶ ἁλῶ. Gl. συντρίψω. *Brunck.* in Suppl. ἐπιαλῶ Fut. ab ἰάλλω *mitto, iacio.* Sed mallem cum Kust. emendare ἐπεὶ ἰλῶ *nam impellam te.* Intrat autem nunc Strepsiades ad conuiuium, vbi mox a filio verberatur. *Bergl.* ἄξεις; ἐπί σ' ἁλῶ cum Br. recentt. edd. dederunt.

clarum, si scribatur: ἐπεῖ ἐλῶ i. e. *nam agam*, vel *impellam te, equum funalem, stimulo podicem fodicans.* Obscoenitas autem aliqua in h. l. latere videtur. *Kust.* Primo ἄξεις scribi debuit: est enim ab ἄττω Attico pro ἀΐσσω. Deprauatissimum, quod sequitur, ἐπιαλῶ interpretes et vett. et nouos misere torsit; nec tamen eorum vllus boni quidquam adtulit *v*). In C. scriptum est ἐπί σ' ἀλῶ, cum gl. συντρίψω, vnde liquet verbum tenui spiritu notari debuisse, ἐπί σ' ἀλῶ, quae sincera est et optima lectio. In membr. inepte ἐπὶ ἅλω *x*). In B. et in meo ἐπεὶ ἁλῶ. Glossa: νικήσω, συντρίβεις. Vt textus, ita glossae deprauatae sunt. Referuntur ad genuinam lectionem ἐπί σ' ἀλῶ, quam vett. magistri interpretati sunt κινήσω, συντρίψω. ἀλεῖν verbum est nequam, *molere, subagitare y*). Lepidum exstat distichon, quod primus edidi Analect. III. p. 154.

Εὐφαμεῖτε, νέοι· τὸν Ἔρωτ' ἀλεῖ Ἀρκεσίλαος,
πορφυρέῃ δήσας Κύπριδος ἁρπεδόνῃ·

Gloriolam ex emendatione hexametri, cuius et numeri corrupti erant et sententia, captasset forte quis alius: angustiis spatii concluso satis mihi fuit, versum, vt legi debet, exhibuisse. Nunc quomodo legatur in membr. vnde descriptus fuit, dicam: εὐφ. ν. τὸν ἔρωτα λέγει Ἀρκεσίλαος. Est autem ἀλῶ futurum Atticorum more formatum: ἀλέω, ἀλέσω, ἀλῶ. v. not. ad Ran. 202. 298. *Brunck.*

1290. σειράφορον. Male interpres lat. *gestantem catenam.* Nam Graeci hac voce *equum funalem* (vt Latini vocant) designant. *Kust.*

1291. (v. 1304.) ἔμελλον σ' ἆρα κινήσειν ἐγώ. Sic tres codd. *z*) [etiam Rau.]. In B. vt vulgo ἔμελλον ἆρα [per-

---

v) Kusteri et Bergleri interpretationes repetiit Br.

x) ἐπὶ ἁλῶ Rau. eodem spectat.

y) v. Tho. M. in ἀλεῖν et ἀλεῖς ibique intpp. et Moer. p. 17. ibique Piers. *Harl.* Vertit Br. *non erumpes? contundam te.* — *Reiskii* mira est coniectura: „ἰσί. Str. νύξω σε πικρῶς. Forte tamen in vltima voce latet aliquis Ablat. vocis, quae *stimulum* notat. An ἐσπάλῳ *claua?*“

z) Cod. quart. Reg. ἔμελλον ἆρα σε κινήσειν ἐγώ, concinna vocum dispositione. Sed σε inter lineas a secunda manu additum.

peram v. ἆρα] κιν. σ' ἐγώ. Sic loqui ſolent, qui multo labore tandem id effecerunt, quod contendebant. Ran. 208. ἔμελλον ἄρα παύσειν ποθ' ὑμᾶς τοῦ κύκῳ. Vesp. 460. *a)* ἆρ' ἐμέλλομεν ποθ' ὑμᾶς ἀποσοβήσειν τῷ χρόνῳ. *Brunck.* Eum ſequuti ſunt recentt. edd. Poſt ἐγώ in marg. cod. Bau. ab alia manu additus eſt hic verſus, ſiue potius hoc interpretamentum: ἐπιβαλών σοι τὴν μάστιγα καὶ δέρων τὸν πρωκτόν.

1292. Brunk., vt auribus conſuleret, αὐτοῖσι [pro vulg. αὐτοῖς] ſcripſit [idque etiam Inu. recepit], quo non opus eſſe norunt, qui ſuas ad Graecorum aures conformarunt. *Herm.*

1293. (1305. H.) Hoc carmen chori vulgo e ſchol. metrici ſententia numeris legitur peruerſiſſimis. Brunk. *b)* paullo meliore vſus eſt verſuum deſcriptione, ſed id, quod ſummum eſt, non magis quam caeteri animaduertit, carmen hoc eſſe ſtrophicum, cuius antiſtropham incipere verbis: οἶμαι γὰρ αὐτὸν — (1301.) Inde nos emendationem in tam vitioſo loco aggreſſi, quaedam audacius mutauimus, quorum rationem deinceps reddemus. *Herm.* Deleto peſſimo interpretamento ἑρασθείς vel ἐρασθεὶς haec ita in ſtrophas redegeris:

Scriptum primo fuerat: ἆρα κινήσειν σ' ἐγώ. Litera σ eraſa fuit. *Brunck.* in Suppl. In ed. *Ern.* perperam editum: κινήσειν δ ἐγώ, et in Not. ille monet: „R. del. δ, bene. Caninius ſtellulam praefixit.“

a) Eum locum etiam Bergl. laudauit.

b) Vt Br. deſcripſit, ita etiam in ed. Inu. leguntur, ſed Sch. Herm. ſequutus eſt: Verſus quinque priores ita vulgo deſcripti:

Οἷον τὸ πρ. ἐρ. φλαύρων.
ὁ γὰρ γ. ὃσ' ἐρασὴς (l. ἐρασθεὶς)
ἀποσ. βουλ.
τὰ χρ. ᾧ 'δανείσατο·
κοὐκ ἔσθ' ὅπ. σὺ τήμ. λήψεται
πρᾶγμ' etc.

Herm. et Sch. ita:

Οἷον τ. πρ. ἐ. φλαύρων· ὁ γὰρ
γέρ. ὃσ', δύρασθείς,
ἀπ. βούλ.
τ. χρ. ἐ'δανείσ.
κοὐκ ἔσθ' ὅπ. σὺ τήμ.
1310. λήψεται etc.

Οἷον τὸ πρ. ἐρ. φλαύρων! ὁ γὰρ γέρων ὁδὶ στροφή
ἀποστερ. βούλεται τὰ χρήμαθ' ἃ δανείσ.
κοὐκ ἔσθ' ὅπως οὐ
τήμερον λήψεταί τι πρᾶγμ', ὃ τοῦτον ποιήσει
τὸν σοφιστὴν πανοῦργον
πανουργιῶν, ὧν ἤρξατ', ἐξαίφνης λαβεῖν κακόν τι.
Οἶμαι γὰρ εὑρήσειν νιν αὐτίχ', ὅπερ ποτ' ἐζήτει πάλαι ἀντιστρ.
εἶναι τ. υἱὸν δεινόν οἱ γν. ἐν. λέγειν
τοῖσιν δικ.
ὥστε νικ. ἅπ. οἷσπερ ἂν ξυγγ.
κἄν λ. παμπ.
ἴσως δ', ἴσως — αὐτὸν εἶναι.

De transpositionibus nonnullis, metri causa factis, nihil amplius monebo. Quod autem vulgo legitur extrema stropha τὸν σοφιστὴν ὧν πανουργεῖν ἤρξατ', et inconcinnum esse et mancum, dubitare non finit antistropha. πανουργιῶν mutatum in πανουργεῖν omittendae vocis similis πανοῦργον ansam praebuisse arbitror. Antistrophae primo νιν, quod versus expetit, glossemati cessisse, non est quod mireris. Versus harum stropharum quartus asynartetus est, constans ex duobus creticis dimetris hypercatalectis. Possis et diuisim scribere:

τήμερον λήψεταί τι
πρᾶγμ' ὃ τοῦτον ποιήσει

et similiter in antistr., nisi gratius est solenniusque, post longiores versus inferri eiusdem generis breuiores, tamquam clausulas, quales hic sunt illi, τὸν σοφ. παν. et κἄν λ. παμπ. v. ad Ran. 396. *Hotib.* — πραγμάτων ἐρᾷν φλαύρων. Infra 1449. πονηρῶν ὄντ' ἐρασὴν πραγμάτων. *Bergl.*

1294. ἐρασθεὶς — Sic IV. codd. et edd. vett. c). In recentt. nescio vnde, ἐρασὴς d). *Brunck.* Antistrophicus versus articulum excidisse ostendit, quem nos reposuimus ὑπ' ἐρασθεὶς. *Herm.*

1295. ἀποστερῆσαι. Infra 1453. οὐ γάρ μ' ἐχρῆν τὰ χρήματ', ἃ 'δανεισάμην, ἀποστερεῖν. *Bergl.*

---

c) Ald. Flor. Brub. Basil. etiam cod. Bau. *Harl.*

d) ἐρασὴς int. πραγμάτων φλαύρων. C. Ib. habent ἐρασθείς. *Erm.* ἐρασὴς Farr. Crat. Port. et recentt. *Harl.* f. ὑπ' ἐρασὴς *priuare creditores. Reisk.*

1296. (v. 1309.) ἃ δανείσατο. Sic edidi pro ἃ δανείσατο, vt 1260. idque metrum desiderabat, vt vidit et Duker. *Ern.* Ita etiam recentt.

1297. Versus esse debet iambicus trimeter catalecticus, vt docet Schol. sed non constat in edd. et scr. Vnus Reg. integrum habet, addito τι ante λήψεται *e)*, quem sequuti sumus. *Ern.* τήμερόν τι λήψεται. Sic A. C. recte. Senarius est, vt 1293. (1303. Br.), qui vulgo perperam distinctus erat. Hic in impressis vocula τι omissa. *Brunck.* Schol. τὸ πέμπτον χοριαμβικὸν ἐξ ἐπιτρίτων, ἢ ἰαμβικὸν τρίμετρον καταληκτικόν. Reizius ἀκαταληκτικὸν in Schol. scribendum putabat. Sed nihil mutandum. Nam hoc ipso quod pro tertia dipodia Creticum λήψεται inueniſſet Scholiastes, adductus fuit, vt versum censeret choriambicum esse. Eumdem autem versum quo pacto pro iambico trimetro catal. habere potuerit, non mirandum in homine tam rudi, qui etiam vv. πρᾶγμ᾽ ὃ τοῦτον ποιήσει trochaicum dimetrum catal. esse dicat aliosque pessimos errores in omni h. l. committat. Non igitur hic habuit τί, quod Br. ante λήψ. addidit. Nos hoc τὶ post λήψ. collocauimus, quod antistrophici versus exigebant. Transpositiones eiusmodi nullam habent temeritatis notam apud eos, qui meminerunt, quoties librarii in ipsis trimetris aliisque notissimis metris, nedum in liberioribus numeris, verborum ordinem male mutauerint. *Herm.*

1298. (1311. H.) Antistrophicus versus strophicum mutilatum esse ostendit *f)*; idque confirmat schol. metra explicans. Nam quum vulgo sic legatur:

πρᾶγμ᾽ ὃ τοῦτον ποιήσει
τὸν σοφιστήν, ὧν πανουργεῖν
ἤρξατ᾽, ἐξαίφνης τι κακὸν λαβεῖν,

---

e) Ms. Vat. U. rectius τήμερον τε [nam τι] λήψεται. Est enim iambicus trimeter acatalectus. *Kust.* Recepit et *Harl.*

f) Herm. ita edidit:

1310. λήψεταί τι πρᾶγμ᾽ ὃ τοῦτον ποιήσει . . .
τὸν σοφιστήν,
ὃν πανουργεῖν ἤρξατ᾽, ἐξαίφνης λαβεῖν κακόν τι.

Schol. de his versibus ita scribit: *τὸ ἕκτον, τροχαϊκὸν δίμετρον καταληκτικόν, ἤτοι ἐφθημιμερές. τὸ ἕβδομον ὅμοιον, τρίμετρον μέντοι. τὸ ὄγδοον, χοριαμβικὸν τρίμετρον βραχυκατάληκτον.* Ac nisi magnopere fallor, scripserat Arist.:

λήψ. τι πρᾶγμ', ὃ ταὐ-
τον ποιήσει τὸν σοφόν,
τὸν σοφ.

e quibus verba *τὸν σοφὸν* propter similitudinem litterarum cum seqq. exciderunt, vt 1301. *αὐτὸν* ante *αὐτίκα*. *Herm.*

1299. (v. 1312.) *ὧν παν. ἤρξ.* pro *ἀνθ' ὧν ἐπανούργησεν* pro *malefactis, quae male et fraudulenter facere instituit, conatus est*. *Ern.*

1300. (1314. H.) Peruersus in libris omnibus ordo verborum *ἐξαίφνης τι κακὸν λ.*, quem metro iubente mutauimus. *Herm.* v. not. ad 1298. Nunc Herm. corrigit: *κακὸν λαβεῖν τι.*

1301. (1311. Br.) *οἶμαι γὰρ αὐτὸν αὐτίχ' εὑρήσειν, ὅπερ* — Sic bene tres codd. [etiam Rau.]. Hic versus etiam senarius est. In B. vt in impressis, pronomen *αὐτὸν* perperam omissum est. *Brunck.* Sola ed. Ald. habuit *αὐτόν*, reliquae omnes omiserunt. *Harl.* Restituerunt recentt. omnes.

1304. *γνώμας ἐναντίας.* Sic recte A. B. omissa copula *g*), quae inepte vulgo inseritur [*τ' ἐναντ.*]. Sententia est: *εἶναι τὸν υἱὸν αὐτοῦ δεινὸν λέγειν γνώμας.* Nullus hic locus copulae, quam imperitus inserserit librarius, syntaxeos rationem non perspiciens. *Brunck.* Deleuerunt recentt.

1305. (1315. Br.) *h*) *τοῖσιν δικαίοις.* Sic A. C. bene. Versus est iambicus. Vulgo *τοῖσι* — *Brunck.* Sequuti sunt recentt.

---

g) *τ'* omittit R. recte. Nec enim video, quorsum addatur. *Ern.* Supra 1027. *ἅπαντα ταῦτ' ἐναντίαισι γνώμαισι συνταράξαι. Bergl.*

h) *Herm.* hunc et seqq. vv. ita distinxit:

τοῖσιν δικαίοις, ὥστε νι-
κᾶν ἅπαντας, οἷσπερ ἂν
ξυγγένηται, κἂν λέγῃ
παμπόνηρ'. ἕ-
ως δ' ἴσως βούλ.
κἀφ. α. ε.

1308. παμπόνηρα. R. παμπόνηρ', vt ῥ̓ sit verſus ſeq. ſic: ῥ̓ ἴσως δ' (ſic) ἴσως· ſed v. 1308. (v. 1321.) debet eſſe ſimilis duobus praecedentibus. Itaque vulgata recte ſe habet; ſed τὸ δ' non displicet. *Ern.* Brunk. retinuit παμπόνηρα non eliſa vltima, ſed παμπόνηρ' edidit *Herm.*

1309. (1319.) ἴσως δ', ἴσως *i)* — Sic tres codd. In B., vt in impreſſis, particula aduerſatiua perperam omiſſa. — βουλήσεται. Superſcripta gl. in C. ἐπεὶ (ſcr. ἐπεί) μείζω κακὰ πείσεται, ἢ φέρειν οἷός τε εἶναι. Gloſſam hanc in textum intulit librarius cod. B., in quo ſic ſcripti et diſtincti verſus:

οἷσπερ ἂν ξυγγένηται, ἐπεὶ μείζω κακὰ πείσεται
ἢ φέρειν οἷός τ' εἶναι κἂν λέγῃ παμπόνηρα
ἴσως ἴσως βουλήσεται κἀφωνον αὐτὸν εἶναι.

Rationem reddere voluit gloſſator, cur futurum eſſet, vt pater optaret filium ſuum mutuum eſſe, quam absque eo facile quiuis coniicere poteſt. Ineptus librarius gloſſam illam verſus eſſe et textus partem credidit, cui eam inſeruit, idque loco alieno. Gloſſarum in textum illatarum quae protuli documenta bene multa in ſpem me adducunt fore, vt optimi viri, cuius memini in not. ad Ran. 874. ſenſus acuatur, tandemque percipiat, quî factum fuerit, vt e gloſſis inter codd. lineas ſcriptis tot ortae ſint interpolationes et deprauationes. *Brunck.*

1311. (1324. v.) *k)* Lepida eſt fabulae conuerſio. Inter ea, vbi chorus in ſcena de iniuſtitia ſenis, creditores elufuri, et de iis, quae conſequutura ſint, dicit, poſt ſcenam pater et filius inter ſe litigant, et a verbis filius venit ad verbera. Prudenter poëta non coram ſpectatoribus filium induxit verberantem patrem, ne decorum et reuerentia, quam parentibus filii debent, nimis violarentur, animique ſpectatorum ad miſericordiam et iram vehementius commouerentur. Pater male tractatus in ſcenam exit de iniuria flebiliter conquerens. Filius ſequitur et illudere

---

i) Ita etiam Inu. Sch. Herm.

k) Conſtituitur hic Act. V. ſc. 1. — Strepſiades admodum perturbatus e domo, perſequente eum filio, procurrit. C. Ib. [etiam Elb.] quater habent ὤ, ſed Schol. teſtatur eſſe μονόμετρον ἰαμβικόν. *Ern.*

pergit patrem iis artibus, quas auctore patre a Socrate didiciſſet. Pater adeo ſtolidus eſt, vt a filio non excuſationem, ſed rationes, quibus ille recte ſe feciſſe putet, accipere ſuſtineat. Multum coloris infirmitas et ſtupor ſenis accipiunt inde, quod iniuria matri (quae tamen perdiderat rem familiarem) a filio inferenda, magis accenditur ad iram, quam ſuis plagis. *Harl.*

1312. (v. 1325.) Hunc v. cum ſeq. Suid. habet in μικρᾷ κεφαλῇ. *Ern.*

1313. (1323. Br.) E vulgaribus libris remanſit hic [in ed. Br. et Inu.] quod factum nollem, praua lectio ἀμύνατέ γ' ἐμοί *l)*, quam ex antiquis agnoſcit nullus, ſiue calamo ſiue typis deſcriptus. In membr. ſcriptum admodum perſpicue: ἀμυνάθετέ μοι. In meo leui cum menda ἀμυνάθατε. Sic etiam primo ſcriptum fuerat in cod. quarto Reg., ſed alterum α emendatrix manus in ε mutauit. Gloſſa βοηθήσατε. Sinceram lectionem primariae edd. exhibent, typothetarum ignorantia paullisper obſcuratam. Nempe vocem male diuiſerunt ἀμυνάθε τέ μοι *m)*. Recte tamen expreſſam eam video in minore Bataua a. 1624. quo magis miror Kuſterum inuexiſſe ἀμύνατέ γ' ἐμοί *n)*, quae ſane nauci non eſt emendatio. Id tamen, Farreano licet abnuente oraculo, retinuit Bergl.: ſed errorem Kuſt. in indice agnouit. v. Heſych. interpretem ad gl. ἀμυνάθειν, ἀμύνειν, βοηθεῖν. *Brunck.* ἀμυνάθετε *Herm.* et *Sch.* receperunt.

1314. τῆς γνάθου. Nimirum πατρὸς γνάθον ἐπάταξεν, vt eſt Ran. 149. *Bergl.*

1315. (1328. v.) τύπτ. τ. π. Quale ob facinus filius non generali ſolum κακώσεως lege tenebatur, iuxta Aeſchin. adu. Tim. p. 264. [p. 54. T. III. Reisk.] vt vidit iam Petitus de Legg. Att. p. 164. [240. ſs.] ſed alia inſuper magis ſpeciali περὶ τῶν χειρῶν dicta, cuius mentio haud ſemel legitur in graecis ad Hermog. commentariis, vt a Marcel-

---

l) ἀμύνατε. L. Ia. ἀμύνασθε contra metrum. Ad ἀμύν. refer πάσῃ τίχνῃ. *Ern.*

m) Ita et cod. Elb. ap. *Harl.*

n) Kuſt. et Bergl. edd. ἀμύνατέ γε μοι —

lino p. 100. 110. a Syriano p. 194. ſed quae iam occupauit Meurſius in Them. Att. c. 11. Ea iam pridem ad Aeſchylum meum notaueram, vt inde antiquae illius legis factam pridem ab eodem Tragico mentionem, vbi agit de matricida Oreſte, quod ibi non obſeruarunt viri docti, Meurſium etiam fugit, neque in Scholiis tangitur, continuo illuſtrarem. Nempe Eumen. 258. ſs. vbi de Oreſte dicitur: περὶ βρέτας Πλεχθεὶς θεᾶς ἀμβρότου Ὑπόδικος θέλει γενέσθαι χερῶν, *iudicio manuum ſe vult ſiſtere*, non, vt nouiſſimus interpres: *iudicio ſe ſiſtat ob manuum facinus.* Illud enim χερῶν non *manuum facinus* notat, ſed actionem ob illud commiſſum, iuxta quam manus (vt ex Heraclide Pont. et Quintil. monuit iam Meurſius) praecidebantur. Oreſtes proinde, quod in illis Marcellini et Syriani commentariis de eo, qui parentes verberauerat, locis ſupra indicatis dicitur, κινδυνεύει περὶ χειρῶν *de manibus periclitatur.* Erant praeterea aliae adhuc Athenis leges aduerſus filios, qui parentes verberibus vel contumeliis adfeciſſent aut iis alimenta vel ſepulturam negaſſent, vel laborantibus opem non tuliſſent; iuxta quas iidem filii fiebant continuo ἄτιμοι, aut quos ἀκρίτων νόμῳ licuit parentibus indemnatos occidere: prout id ex iisdem graecis in Hermog. commentariis p. 106. 107. 135. liquet, in quo poſtremo loco male ἀκροατῶν νόμῳ, vt obiter hoc dicam, pro ἀκρίτων legitur. *Spanh.*

1316. (1330. H.) Vulgo haec ὁρᾶθ' ὁμολ. ὅτι με τύπτει cum interrogationis ſigno edebantur, quod recte ſustulit Brunk. Imperatiuus enim mirantis eſt et ſtupentis ob facinus inauditum; interrogatio autem indicantis facto comprobari id, quod antea dixerat. Atqui nihil hic Strepſiades choro hac de re dixerat, nec dicere potuerat. *Herm.*

1317. (v. 1330.) πατραλοία. Ab ἀλοιῶ. In Ran. 149. μητέρ' ἠλοίησεν. *Bergl.* Cf. Tho. M. h. v. o) ibique intpp. qui iam laudarunt Albert. Obſs. phill. in libr. N. F. ad 1 Tim. 1, 9. p. 393. ſſ. *Harl.*

1319. (1329. Br.) Brunkius [et cum eo Inu.] ἆρ' ἴσθ' p) edidit cum interrogatione, quod falſum eſt. Re-

---

o) P. 695. ed. Bern. vbi h. l. laudatur.

p) Interrogatiuo hunc verſum habet C. εἶσθ' pro ἴσθ' I. vt ſupra

cte I. et edd. vett. ἆρ' οἶσθ' ὅτι χαίρω. *Herm.* — πόλλ' ἀκούων καὶ κακά. Sic membr. et meus [etiam Rau. et Bau.] optime. In duobus aliis: πόλλ' ἀκούων κακά. Quod in impreſſis fulciendo metro inſertum fuit δή, emendatori neſcio cui debetur. V. not. ad Thesm. 351. Ap. Suid. in μιαρὰ κεφαλή additum a Porto vel Kuſt. δή non agnoſcit princeps editio. Nusquam fere ſcias, quid Suidas in auctoribus quos citat legerit, niſi ed. illa Mediol. vtaris; Kuſterianae nulla habenda fides. *Brunck.* Sequuti eum ſunt recentt. edd.

1320. (v. 1333.) λακκόπρωκτε *q*). Gl. εὐρύπρωκτε. Iuuen. Sat. II, 10. Inter Socraticos notiſſima foſſa cinaedos. *Brunck.* Vt λακκοκαταπύγων Ach. 664. Eupolis ap. Athen. I. p. 17. πολλήν γε λακκοπρωκτίαν ἐπίσαθ' ἡμῖν εὑρών. *Bergl.* ῥόδοις. Supra 911. ῥόδα μ' εἴρηκας. Delectatur autem maledictis, quae in ipſum ingeruntur, perinde, vt loco iam dicto eius magiſter. *Bergl.*

1328. (v. 1341., Br. 1338.) *r*) διδάσκεσθαι ſenſu medio ſignificat, vel, *ſe ipſum*, vel *alterum alicui docendum tradere*. Priori ſignificatu accipitur ſupra 127. vbi Streps. dicit: διδάξομαι αὐτὸς βαδίζων κ. τ. λ. *ipſi me docendum praebebo, ſcholam philoſophorum frequentans.* Poſterior ſenſus hic locum habet, vbi Streps. pater de filio dicit: ἐδίδ. σε *te docendum curaui*, vel, *te docendum alteri commiſi.* Ammonius: Ἐδίδαξε καὶ ἐδιδάξατο διαφέρει. ἐδίδαξε μὲν γὰρ ὁ καθηγητής· ἐδιδάξατο δὲ ὁ πατὴρ συσήσας. Subiicit deinde hunc ipſum locum poëtae noſtri. Tho. M. Ἐδίδαξα αὐτός· ἐδιδαξάμην δ' ἑτέρου. Ἀριστοφάνης ἐν Νεφέλαις· Ἐδιδαξάμην ἄν σ' ὦ μέλεε *s*) etc. V. etiam quae nota-

---

1246. *Ern.* γὰρ oſt in plerisque recentt. edd., etiam Schütz. vbi poſt κακὰ punctum. Herm. οἶσθ' reſtituit. Cf. Fiorillo ad Herod. Att. Reliq. p. 85.

q) C. Ia. ap. Ern. et Elb. ap. Harl. λακόπρωκτε.

r) ἐδιδαξάμην. Gl. Ms. C. εἰς διδάσκαλον ἐπεμψα, recte: *te docendum curaui*, vt ſupra. In fin. I. μέλιε. *Ern.* De vſu et poteſtate medii διδάσκεσθαι v. Valcken. ad Ammon. p. 46. et ad Xen. Mem. S. p. 250. ed. Ern. Ruhnken. ad Tim. p. 84. ed. ſec. Tho. M. p. 225. et 265. ibique intpp. *Harl.*

s) Sic ibi p. 265. ed. Bern. legitur; ſed cf. ibi Oudend.

vimus ad v. 127. *Kuſt.* Subauditur vero h. l. aduerbium ὀρθῶς, καλῶς vel ſimile quid. *Brunck.*

1329. Supra 890. dicebat Streps. quidnam debeat Socrates docere ſibi filium: τοῦτο δ' οὖν μέμνησ' ὅπως πρὸς πάντα τἀ δίκαι' ἀντιλέγειν δυνήσεται. *Bergl.*

1330. (Br. 1340.) μέλλεις μ' ἀναπείθειν [vt Br. edidit]. Sic membr. In C. D. μέλλεις μ' ἀναπείσειν In B. vt vulgo [etiam Inu.] omiſſo pronomine μέλλεις ἀναπείσειν *t*). In meo ſuperſcripta verbo μέλλεις gloſſa ᾽μελλες. Male in recepta lectione. Bona eſſet interpretatio, ſi legeretur: ἐδιδαξάμην μέντ' ἄν σε — εἰ ταῦτά γε ᾽μελλες μ' ἀναπείσειν. Sed non eſt hic poëtae ſenſus: bona eſt noſtra lectio, ſubaudito, vt t. ox aiebam, ὀρθῶς. *Iſtuc me hercle ex ſententia pulchre mihi euenit, quod te doceri curaui, o perdite, iuri contradicere, ſi mihi perſuaſurus es.* — Sic vertere debebam, expreſſa viuidius ironia, quam in his obſeruarunt veteres magiſtri. At vero qui gloſſam illam ἔμελλες adpoſuit, longe aliud quid volebat, quod minus adhuc procedit. Scilicet figuram ἀποσιώπησιν hic ſtatuebat, poſt υἱέων poſita minima diſtinctione, ſeu virgula, et ſenſu hac gloſſa ſuppleto: οὐκ ἂν ἐδιδαξάμην· ita vt tota ſententia ea ſit: ἐδιδαξάμην μέντοι σε τοῖς δικαίοις ἀντιλέγειν· εἰ δὲ ταῦτα ἔμελλες μ' ἀναπείσειν ὡς δίκαιόν ἐστι τὸν πατέρα τύπτεσθαι ὑπὸ τῶν υἱέων, οὐκ ἂν ἐδιδαξάμην σε. Sed frigida eſt haec ſententia, quae ne verbis quidem textus accommodari poteſt. *Brunck.* Non voluit hoc Grammaticus, ſed praeſens adhibitum indicauit, vbi e ſua ſententia aoriſto vtendum eſſet; et maxime hic poetae ſenſus eſt, quem Br. ſupra negat eſſe; neque enim, quod Brunkio placet, ὀρθῶς vel καλῶς intelligendum eſt, ſed ἄν, vt ſaepe, v. c. Aeſch. Agam. 361. τὴν ὄψιν εἰλόμην. Quare non erat opus, vt Brunk. Ran. 866. librorum omnium lectionem ἐβουλόμην μὲν κ. τ. λ. addita poſt μὲν part. ἄν mutaret. Hoc igitur dicit Streps.: ſcilicet ego te magiſtro tradidiſſem, ſi hoc mihi perſuaſurus es. Ac ſic, arbitror, clarum erit, quid ille cogitauerit, qui ἔμελλες in Br. cod. adſcripſit. *Herm.*

---

t) R. ἀναπείθειν, melius. Fraudi fuit v. 1332. *Erm.* Infinitiuus futuri [qui eſt etiam in Rau.] quare mutandus ſit, non video. Itaque μέλλεις μ' ἀναπείσειν [cum cod. Borg.] edidi. *Herm.*

1331. τύπτεσθαι 'στιν. Vulgo τύπτεσθ' ἐστίν. *Brunck.* [Probauit hanc emendationem, ductam ex praecepto Dawes. M. Cr. p. 266., et sequutus est *Herm.* v. ad 546.]. Comicus Vesp. 1034. οἳ τοὺς πατέρας τ' ἤγχον νύκτωρ *qui patres noctu suffocant.* Quibus verbis adludi ibi in Scholl. dicitur ad filium, qui patrem in his Nubb. verberat, idque iuxta ἥττονα iure a se factum contendit, quemque πατραλοίαν ibidem vocat Schol. Quae quum ad v. 1317. respiciunt, vbi filius a patre πατραλοίας dicitur, tum vbi ille paullo post iure a se patrem verberatum, data patri optione κρείττονος vel ἥττονος λόγου defendere vult, v. 1327. Adde eumdem Auu. 1347. vbi ab Aue, quae Πατραλοίας vocatur, continuo dicitur: μάλιστα δ' ὅτι καλὸν νομίζεται τὸν πατέρα τοῖς ὄρνισιν ἄγχειν καὶ δάκνειν, et mox 1352. ἄγχειν ἐπιθυμῶ τὸν πατέρα. *Spanh.*

1334. Non probo, quod pro λέξεις, scriptura omnium aliorum codd., ex Rau. recepit Inu. λέγεις. Nam dicturus erat. In ed. Ern. vitiose legitur καὶ μὲν ν) — et ab eo κ. μὴν ex vno L. adfertur. Num in aliis eius libris μὲν fuit? Non opinor.

1335. (v. 1347.) x) Stropha haec est sex versuum, quorum vnumquodque distichon y) constat versu iambico trimetro acatalectico, et ordine dactylico duplici catalectico in bisyllabum, qui anacrusin iambicam habet. Antistrophe incipit v. 1381. (1395. H.) *Herm.*

1337. (v. 1350.) πεποίθειν. Vulgo πέποιθεν, neglecta temporum ratione. Certissimam Daweſii z) emendationem recepi. Glossa ἐθάρρει, quae fertur ad πεποίθειν. Nam πέποιθεν est θαρρεῖ. Peius adhuc ac vulgo cod. Reg. quartus: εἰ μή τῳ πέποιθ'. *Brunck.* Ex Rau. recepit πεποίθειν

ν) Idem vitium obtinet v. 1343. vbi item Ern. μὴν ex L. laudat.

x) Constituitur hic act. V. sc. 2.

y) Tertii numeros corrupit Inu., cod. Rau. sequutus. v. infra.

z) Misc. Crit. p. 230. vbi ostendit, πέποιθεν, quum sequantur οὐκ ἂν ἦν, respuere graeci sermonis indolem, et terminationem Atticam praeteriti perf. εν non esse primae fingul., sed tertiae personae, primae autem alteram η esse propriam. Add. Pierson. ad Moer. p. 174. et Koen. ad Greg. Cor. p. 50.

Inu. Recte ᾽πεποίθειν ſcripſit *Herm.* Cod. Elb. μήπω, ſed praeſtat μή τῳ i. e. τινι. *Harl.* Videtur imitatus Soph. Oed. Col. 1022. ὡς ἐξοιδά σε οὐ ψιλὸν οὔδ᾽ ἄσκευον εἰς τοσήνδ᾽ ὕβριν ἥκοντα τόλμης τῆς παρεστώσης τανῦν· ἀλλ᾽ ἔσθ᾽ ὅτῳ σὺ πιστὸς ὢν ἔδρας τάδε (ſed eſt aliquid, quo tu fretus haec feciſti). *Bergl.*

1339. (1353. H.) Vulgo ita leguntur hi verſus *a*):

ἀλλ᾽ ἔσθ᾽ ὅτῳ θρασύνεται *b*)· δῆλόν γε τὸ
λῆμ᾽ ἐστὶ τἀνθρώπου.

In qua lectione magna numeri et prosodiae peruerſitas eſt. Primum enim articulus τό, qui ipſa pronunciatione ita cum Subſt. ſuo coniungitur, vt vtrumque voc. propemodum pro vno habeatur, non poteſt ita in fine verſus collocari, vt non modo numeri interruptione a Subſt. ſuo disiungatur, cuiusmodi vitium v. 1027. (1021. Lips.) ſuſtulimus, ſed etiam longae ſyllabae vicem ſuſtineat. Deinde ſecundus verſus plane omni numero deſtitutus eſt, quem Brunk. *c*) putat dimidiatum trimetrum eſſe, foedum genus metri et inauditum. Neceſſario enim, ſi verſus hic eſſet dimeter brachycatalect., quo etiam nomine eum vocat Brunk., in vltima ſede purus iambus eſſe deberet. At enim hic verſus pariter vt 1336. et 1338. dactylicus eſt, catalecticus in biſyllabum cum anacruſi iambica. Itaque ſagaciter Bentleius *d*): λῆμ᾽ ἐστὶ τὸ τἀνδρός. Nihil enim frequentius permutatione verborum ἀνὴρ et ἄνθρωπος. Sed

---

a) Vt Inu. diſpoſuit eos:

ἀλλ᾽ ἔσθ᾽ ὅ. θρ.
δῆλον τὸ λῆμ᾽ ε. τ.

ne antiſtrophicis quidem (1385. f.) reſpondent.

b) ὅτῳ θρ. Potuiſſet etiam dicere: ἐφ᾽ ᾧ θρασύνεται. Ach. 329. ἢ 'πὶ τῷ θρασύνεται; *Bergl.*

c) v. infra ad 1386.

d) Verſus hic non reſpondet ſuo pari in antiſtr. ἀλλ᾽ εὖθ᾽ ἰρεβίνθους. Quare reſcribo: λῆμ᾽ ἐστὶ τὸ τ᾽ ἀνδρός. *Bentl.* Vitium, quod v. 1386. erat, non ſenſit Bentleius: verſus tamen antitheticos neutiquam congruere bene animaduertit. Integrum mutilo exaequare aggreſſus eſt, verſiculumque omnibus abſolutum numeris λῆμ᾽ ἐστὶ τἀνδρώπου, ſic emendare ſeu potius corrumpere non dubitauit: λ. ἐ. τὸ τἀνδρός. Illud eſt in codd. omnibus: hoc etiamſi omnes codd. exhiberent, non tamen ſic crederem a Comico ſcriptum fuiſſe. *Brunck.* (ad 1386.)

articulum etiam e fine ſuperioris v. ſubmouere debebat. Etenim Ariſtoph. ſcripſit:

ἀ. ἐ. ὁ. Θ. δῆλόν γέ τοι
λῆμ' ἐστὶ τὸ τἀνδρός.

Herm. [quocum Sch. ita edidit.]

1343. (1353. Br.) ὅθεν γε πρῶτον. Sic C. D. [Elb. Rau.]. In membr. ὅθεν πρῶτον. In B. vt vulgo ὅθεν γε τοπρῶτον. Articulus, qui hic inutilis eſt, e v. 1341. repetitus eſt. *Brunck.* Articulum, metri cauſa, recentt. edd. deleuerunt.

1344. φράσω. ἐπειδὴ e). — In vnam ſyllabam coalescunt ω ε. Excudi etiam potuit, vt in plurimis eſt edd. [Ald. Iuntt. etc.] φράσω. ἐπειδὴ — *Brunck.* in Suppl. Et ita Herm. atque Sch. dederunt.

1346. (v. 1359.) ᾆσαι Σιμων. μέλος. Iuxta veterum nempe in conuiuiis morem iuſſus fuerat a patre, dum vna epularentur, Phidippides filius, vt, quod in praeced. v. dicitur, ſumta lyra *carmen* ſ. *ſcolium Simonidis* de ariete detonſo *caneret*. Quomodo in Vesp. de coena agitur, ad quam plures conuiuae acceſſerant, et vbi inter alia dicitur v. 1217. τούτους ξυνὼν τὰ σκόλι' ὅπως δέξει καλῶς. Vbi Scholl. ἀρχαῖον ἔθος, ἑστιωμένους ᾄδειν. Mox: ἦδε Σιμωνίδου ἡ Στησιχόρου μέλη ἄχρις οὗ ἤθελε. Veterum nempe Lyricorum, Simonidis, Steſichori, adde Alcmanis et quorumdam aliorum carmina cantare tum ad lyram conſueuerant: vnde ap. Athen. XIV. p. 638. τὰ Στησιχόρου τε καὶ Ἀλκμᾶνος Σιμωνίδου τε τῶν ἀρχαίων ἀείδοντα Γνήσιππον ἐστὶν ἀκούειν. *Spanh.* Schol. ad Veſp. 1217. ἀρχαῖον ἔθος, ἑστιωμένους ᾄδειν ἀκολούθως τῷ πρώτῳ, εἰ παύσαιτο τῆς ᾠδῆς· καὶ γὰρ ὁ ἐξ ἀρχῆς, δάφνην ἢ μυρρίνην κατέχων, ἦδε Σιμωνίδου ἡ Στησιχόρου μέλη, ἄχρις οὗ ἤθελε· καὶ μετὰ ταῦτα, ᾧ ἐβούλετο, ἐδίδου. οὐχ ὡς ἡ τάξις ἀπήτει· καὶ ἔλεγεν ὁ δεξάμενος ἀπὸ τοῦ πρώτου τὰ ἑξῆς. Hic locus minus recte legitur in edd. *Bergl.* — τὸν κριόν. Subauditur ᾆσαι. Eſt autem ᾆσαι τὸν κριὸν pro, περὶ τοῦ κριοῦ f), vt Plut. 56. σαυτὸν φράσον. Videtur au-

---

e) L. Ia. ἴσμεν. Ib. ἐ. φράσω γ' ad tollendum hiatum. Pro ἐπειδὴ I. habent ἐπεὶ [etiam Elb. γ' ἐπεὶ], quod ſequuti ſumus, vt verſus conſtet. Nam alias deberet eſſe 'πειδή. Pro εἰσιώμ. R. [vt Rau. Borg.] ἐσιώμ. non bene. *Ern.*

f) τὸν κρ. ὡς ἐπ. Pro ὁ κριὸς ὡς ἐπ. Refertur ad ᾆσαι. *Ern.*

tem de eodem isto carmine loqui Synesius ep. 146. ἀλλ' ἐσιν ἡμῖν καλόν τι χρῆμα ᾠδῆς, ἔπαινος ἐνόρχου κριοῦ. Exstat eiusdem Simonidis griphus, quales etiam conuiuiis solebant proponi de Hirco ap. Athen. X. p. 456. *Bergl.* — ἐπέχθη. A πέκω. In Aun. 715. ἡνίκα πέκειν ὥρα προβάτων τόκον ἠρινόν. *Bergl.* Triplex fertur lectio *g*). In B. D. [et Bau.] ἐπαίχθη, quod Schol. etiam agnoscit. In B. C. tertia lectio adnotata: γρ. ἐπλέχθη. Quaenam earum vera sit, nemo internoscat, nisi Simonidis reperiat canticum. *Brunck.*

1347. (v. 1360.) ὡς abundat vt alibi post λέγειν vel εἰπεῖν. Sed alias cum Indicat. Ms. L. versum sic habet: ὅδ' εὐθὺς εἶν' ἔφασκε τὸ κιθαρίζειν ἀρχαῖον. Sic et Ib. nisi quod et habet εὐθέως, vt Ia. *h*). *Ern.* — ἀρχαῖον etc. Quod tamen ea huius Comici aetate Athenis adhuc obtinuisse, vt post Γραμματιστήν, seu legendi scribendique magistrum, mitterentur continuo ad κιθαριστὴν pueri, et quidam claro apud eos genere orti, Alcibiadis exemplo aliisque testimoniis, ad 961. et 969. (958. et 966. nost. ed.) abunde euicimus. Id vero notandum hic praeterea, quod quum v. 1345. λύραν λαβὼν s. sumta lyra canere aliquod Simonidis carmen iussus esset a patre filius Phidippides, id ille obsoletum dicat τὸ κιθαρίζειν, quod proinde pro *lyram* s. *citharam pulsare* ibi dicitur. Quum tamen aliunde constare videatur, aliquod exstitisse olim inter duo illa instrumenta musica, *lyram* et *citharam*, discrimen *i*), vnde a Platone de Rep. III. p. 399. dicitur: λύρα δέ σοι (ἦν δ' ἐγὼ) καὶ κιθάρα λείπεται. Quum tamen illas promiscue pro iisdem sumi saepenumero constet, non inferioribus solum sed antiquioribus etiam Graecorum temporibus, et κιθαρίζειν, vt h. l. de eo, qui *lyram* vel *citharam pulsat*, dici. Cuius rei illustre exemplum in Comici verbis cernimus, vbi λύραν λαβόντα κιθαρίζειν iussum legimus; tum plane geminum suppeditat Athen. VI. p. 624. vbi e Chamae-

g) Ia. ἐπήχθη, Ib. ἐπάχθη, vtrumque male. *Ern.*

h) Atque ita, εὐθέως pro εὐθὺς ὡς, e duobus illis codd. atque Elb. et Bau. ediderunt *Herm.* et *Sch.*

i) De hoc discrimine et permutatione vtriusque instrumenti, v. Fischer. Ind. Palaeph. V. κιθάρα, ed. sextae.

leonte Pontico de Clinia Pythagorico traditur, ἀναλαμβάνων τὴν λύραν ἐκιθάρισε. Vnde etiam Plato, vbi de puerorum agit institutione, qui, vt vidimus ad v. 958., a litterarum magistro eos ad κιθαριστὴν mittendos docet, non κιθάραν tamen, sed λύραν vocat de Legg. VII. p. 809. (ed. Steph.) in qua tum tredecennes pueros per triennium ab illo citharista erudiendos tradit. Idem alibi, nempe in Euthyd. p. 289. [c. 43. ed. Heind.] magnum discrimen esse ostendit inter eum, *qui lyram conficit* et qui *lyram* vel *citharam docet pulsare:* ἡ γὰρ λυροποιικὴ καὶ ἡ κιθαριστικὴ πολὺ διαφέρει. Sic Dionys. Halic. VII. p. 477. [c. 72. p. 1487. T. III. Reisk.] καὶ κιθαρισταὶ λύρας ἑπταχόρδους ἐλεφαντίνας καὶ τὰ λεγόμενα βάρβιτα κρέκοντες. Add. Clem. Alex. Strom. V. p. 693. ὡς γὰρ ἡ λύρα μόνου τοῦ κιθαριστοῦ καὶ ὁ αὐλὸς τοῦ αὐλητοῦ. E quibus vt alia nunc mittam, sicut, quod νήτη et ὑπάτη de certis *lyrae* iuxta et *citharae* fidibus et κρούματα de *lyrae* vel *citharae pulsibus* promiscue sint dicta; sat, vt opinor, liquet, haud magnum vtique inter duo illa instrumenta ἐντατὰ s. ἔγχορδα discrimen fuisse, tum κιθαρίζειν promiscue de iis, qui *lyram* vel *citharam pulsarent*, vulgo a Graecis dictum, et κιθαριστάς, qui artem illam edocerent, appellatos. *Spanh.* — εἶναι ᾽Φασκε pro vulg. εἶν᾽ ἔφασκε *Brunck. Herm.* et *Sch.* ediderunt. v. 1331.

1348. (Br. 1358.) κάχρυς. IV. codd. κάγχρυσκ), quod perinde est. Gl. πεφρυγμένας κριθάς. Mulieres in pistrino molentes cantu laborem fallebant, erantque iis peculiares quaedam cantilenae, ἐπιμύλιοι ᾠδαὶ dictae. Harum exemplum e Plut. enotat Casaub. ad Athen. XIV, 3. ᾽Άλει, μύλα, ἄλει· καὶ γὰρ Πιττακὸς ἀλεῖ, μεγάλας Μιτυλάνας βασιλεύων. *Brunck.* ἀλοῦσαν. Quae canit ἐπιμύλιον ᾠδήν, cantu solata laborem. *Bergl.* Francog. interpres putat haec ad notandum Euripidis odium in mulieres dicta esse.

1349. (v. 1362.) χρῆν σ᾽ ἄρα τύπτεσθαί τε καὶ πατεῖσθαι. Sic bene A. C. ad metri normam. Vulgo χρῆν σέ γ᾽ l)

---

k) R. I. [Elb. et Tho. M. in ἀλεῖν, vbi noster locus adducitur p. 51.] κάγχρυς. *Ern.* Laudat versum Suid. in Κάχρυς, τὰς κριθάς. *Harl.* Ob consensum codd. κάγχρυς praetulimus. *Herm.* Recte.

l) R. σ᾽ contra metrum. *Ern.* In Elb. σὲ et καὶ πατεῖσθαι desunt.

ἄρα τύπτεσθαι καὶ πατεῖσθαι, ſpondeo ſextam ſedem tenente, quod vitium ſenſit Bentleius *m)*. *Brunck.* Illam lectionem, Rau. etiam libri auctoritate firmatam, recepimus. Reiz., ne anapaeſtus in quarta ſede eſſet, Bentleii elegantem coniecturam probabat. De anapaeſto in quarta ſede dictum II. de metr. c. 17. p. 176. *Herm.* Bentleii emendationem praetulit etiam Porſon. praef. ad Eur. I. p. XLV.

1350. (v. 1363.) Citat Suidas V. Ἄιδειν κελεύοντα. *Kuſt.* Vbi Portus legendum et diſtinguendum locum putat, ſuffragante Kuſtero:

Ἄδειν κελεύονθ' ὥσπερεί τινα τέττιγ' ἑ-
στιῶντα. —

At praeter rem et neceſſitatem. *Harl.* Comeſtas olim revera cicadas ad excitandum appetitum notat Athen. IV. p. 133. ac firmat alio Ariſtoph. teſtimonio in deperdito dramate Anagyro. *Spanh. n)*. In conuiuio bibendum potius eſſe putat, quam canendum; nam canere et non bibere cicadarum eſt. Videtur autem alludere ad Simonidis epigramma [Iacobs Anth. Gr. I. p. 79. qui cf. in Comm. I. p. 268.]

Φημὶ τὸν οὐκ ἐθέλοντα φέρειν τέττιγος ἄεθλον,
Τῷ Πανοπηΐάδῃ δώσειν μέγα δεῖπνον Ἐπειῷ,

quod exſtat ap. Athen. X. p. 456. vbi etiam explicatur. *Bergl.*

1353. κἀγὼ μόλις — Soph. Oed. Tyr. 791. κἀγὼ βαρυνθεὶς (grauiter id ferens) τὴν μὲν οὖσαν ἡμέραν μόλις κατέσχον. Videtur autem hunc in animo habuiſſe Comicus; nam et ibi narratur res in conuiuio geſta et de patre eſt ſermo. *Bergl.*

---

m) Verſus hic vitioſus eſt: ſpondeus enim locum trochaei invaſit. Lege verbis inuerſis: οὐ γὰρ τόθ' οὕθως χρῆν σε τύπτεσθαί τε καὶ πατεῖσθαι. *Bentl.* Officit ἄρα verſui, intruſumque eſt haud dubie a neſcio quo, τὸ γὰρ explicante. Sane γὰρ nihil aliud eſt, quam γε ἄρ᾽ ſ. γε ἄρα, ſed ob id ipſum τὸ ἄρα eſt inutile. Scribendum: χρῆν σε τ. τε και π. vid. ad Eqq. 846. cf. et Ran. 1057. Eccl. 205. *Hotib.*

n) Spanhem. male τέττιγα refert ad ἑστιῶντα, quaſi cicadas comederint, idque illuſtrat. *Ern.* Recte quidem τεττ. Spanh. ad ἑστ. refert, ſed non cogitandum de cicadis appetitus commouendi cauſa appoſitis. Hoc enim dicit Philippides, riſus captandi cauſa: quidni verberandus erat, quod canere me iuſſeras, quaſi qui cicadas imitaſſes. *Herm.*

1354. (v. 1367.) Ordo: ἀλλὰ δ' ἔπειτα. v. ad 1359. *Ern.* Fallitur: ἀλλὰ eſt *certe*. *Herm.* — μυῤῥίνην. Quaſi Scolion caneret; nam qui in conuiuio ſcolion canebat, is myrti aut lauri ramum tenebat manu, vt patet ex illo Schol. loco, quem ante adduxi. Ibi autem Schol. de ſcoliis loquitur. Idem fere dicit in Ran. ad 1337. ex Ariſtoxeno et Phyllide: etiam ad praeſentem hunc in Nubb. locum ex Dicaearcho o). *Bergl.*

1356. ἐγὼ γὰρ — Iſtud γὰρ refertur ad id, quod reticuit et ſupplendum eſt. Gloſſa in C. οὐκ ᾄσω δηλαδή. Vide verſionem, vbi per ironiam melius haec redduntur p). Ironica affirmatione id negat ſe facturum, quod pater iusſerat. *Brunck.* Brunkius [et cum eo Inu.] hunc verſum cum ſequ. coniunxit, cui ſignum interrogationis appoſuit q), vt vterque verſus orationem contineret Phidippidae, ironice negantis, ſe quidquam ex Aeſchyli carminibus cantaturum eſſe. At vero id admodum inepte inſtituiſſet, ſi quidem per interrogationem haec proferret. Nam ſi ſic interrogat: *num ego hunc principem r) poetarum eſſe puto?* non poteſt haec interrogatio aliter, niſi ſerio, accipi. Inde autem ſequeretur, eius tantummodo carmina cani poſſe, qui eſſet omnium poetarum primus et ſummus. At vero recte Brunck. in verſione interrogationem omiſit. Ita filius clare oſtendit, tantum abeſſe, vt primum inter poetas Aeſchylum eſſe putet, eum vt potius vltimo loco numerandum cenſeat. Reizius Schützii rationem probabat, qui verſuum ordine mutato, ſic legi (poſt μυῤῥ. λαβ.) volebat s):

---

o) Schol. ex Dicaearcho: οἵ τε γὰρ ᾄδοντες ἐν τοῖς συμποσίοις ἐκ παλαιᾶς τινος παραδόσεως κλῶνα δάφνης ἢ μυῤῥίνης λαβόντες ᾄδουσιν. *Brunck.*

p) Vertit Br. ita: At ille continuo: *Recte enimuero iubes! namque ego Aeſchylo primum inter poëtas locum tribuo, ſtrepitus pleno, incompoſito, duro, confragoſo.*

q) Nam in al. edd., etiam Herm. poſt κρημνοποιὸν punctum ponitur.

r) Pro πρῶτον Ib. πάντων. *Ern.* Ita et Elb. *Harl.*

s) In ſecunda edit. Schützius hanc coniecturam ſuam ne memorauit quidem, ita vt improbaſſe ipſe eam videatur. Vertit au-

(Ἐγὼ γὰρ Αἰσχύλον ν. πρ. ἐ. π.,)
τῶν Αἰσχ. — εἶπεν etc.

In qua lectione tum illud displicet, quod haec parentheſis additur mentione Aeſchyli nondum facta, qui ante nominandus erat, quam parentheſis iſta recte poſſet procedere, tum vero hoc multo etiam peius eſt, quod hac ſententia nihil poteſt fingi languidius. Nam quatenus ſpectatorum intereſſe poteſt, quid de Aeſchylo ſentiat Strepſiades, eatenus id magna cum vrbanitate indicauit Ariſt. v. 1358. ſ. Hoc enim, tamquam de quo omnes idem ſentirent, leuiter tangere poterat Streps., non pleno ore, vt ſibi propriam ſententiam, profiteri: quo facto quum ipſa res omni pondere priuaretur, tum Ariſt. quoque inſigni ruſticitatis nota dignus eſſet. *Herm.*

1357. (v. 1370.) ψόφου πλέων, κ. τ. λ. Quae de Aeſchylo hic dicuntur, tamquam *ſtrepitus pleno, incompoſito, grandiloquo*, non paucis expendi poſſunt vel aliquatenus dilui; ac praeterea aliis verbis ei obiiciuntur ibidem in ſequ. dramate (Ran.), vbi opportunior erit de iis dicendi locus. Id ſolum hic monebo, σόμφακα *t*), quod adtinet, factum inde verbum σομφάζειν, quod inter peregrinas voces ſ. gloſſemata, quaeque perſpicuitatis cauſa ſint vitanda, notaui in graecis Anonymi ad Hermog. commentariis p. 358., vbi alio inſuper loco p. 391. traditur, σομφάζειν idem eſſe quod διὰ τοῦ σώματος βάζειν, τουτέστι τῷ πλατεῖ καὶ ὄγκον ἔχοντι σώματι λέγειν, adduciturque ibidem hic Comici verſus. Quo v. σομφάζειν vſus eſt Ariſt. Veſp. 716. ἐγχάσκειν σοι σομφάζοντες (illudent tibi ſuperbe inſultantes); et de qua inſuper voce σομφάζειν agit Anonymus in Ariſtot. Rhetoricam ab Aldo editus, p. 51. Quae quod commentarii illi ſint parum triti, addenda hic obiter, et ad maiorem Comici huius lucem, videbantur. *Spanh.* — ἀξύνε-

---

tem locum ita, ac ſi v. hic poſt 1358. βρεχθεῖν poſitus eſſet, et verba ἐγὼ γὰρ — patris eſſent. Wiland. autem, omiſſa part. γὰρ reddidit locum ex vulg. interpunctione et ironice accepit. Serio dictum πρῶτον eſſe, videtur Francog. interpres exiſtimaſſe.

t) Photius Lex. p. 398. σόμφακα, τὴν κομπακήν, καὶ σομφάσαι, τὸ ἀλαζονεύεσθαι.

τον ν). Sic Suidas x). ἀξύστατον καὶ ἄστατον περὶ Αἰσχύλου λέγει Ἀριστοφάνης, ἀντὶ τοῦ οὐ ξυνεστῶτα οὐδὲ πυκνόν· ἀλλ' ἀραιὸν ἐν τῇ ποιήσει καὶ κομπώδη· ἢ ἀδιάθετον, ἢ ἀπιθάνως συντιθέντα. Vulgo ἀσύστατον. *Brunck.* [Receperunt recentt. edd.] — κρημνοποιόν y). Infra Eqq. 625. de Cleone, κρημνοὺς ἐρεῖδων, quod explicat Schol. de eo, qui verba ſupra modum tumida et ampullata proiicit, additque: κρημνοὶ γὰρ μέρη τὰ ἀπὸ τῶν ὀρῶν ἀποσπώμενα· καὶ τὴν ὄκχθην δὲ κρημνὸν λέγουσιν, ἐπειδὴ πάντα τὰ ὑψηλὰ κρημνοί. Vnde κρημνοποιὸς hic Aeſchylus dicitur, quaſi *confragoſus*, ſ. *tumidorum verborum artifex*. Qualia Aeſchyli verba τῶν χαλαζῶν ſ. *grandinum* voce dicuntur, et a quibus vt abſtineat rogatur Ran. 876. *Spanh.* In Ran. 960. Euripides Aeſchylo tribuit ῥήματ' ἱππόκρημνα. *Bergl.*

1358. ὀρεχθεῖν z). Gl. κινηθῆναι πρὸς ὀργήν. Homericum eſt verbum. Euſtath. ad Il. ψ, 30. p. 1285, 60. τῶν δὲ Ὁμηρικῶν τὸ μὲν ὀρέχθεον μίμημά ἐστι τραχέος ἤχου γινομένου ἐν τῷ σφάζεσθαι βοῦν. Θεόκριτος δὲ (XI, 43.) ἐπὶ θαλάσσης τὴν λέξιν τίθησι καθ' ὁμοιότητα τοῦ (Od. ε, 402.) ῥύκθει δὲ μέγα κῦμα. δῆλον δὲ ὅτι καὶ ἐπὶ πατάγου καρδίας ἡ λέξις τίθεται, ὡς τό· κραδίη δέ οἱ ἔνδον ὀρέχθει. Simile eſt Homericum κραδίη δέ οἱ ἔνδον ὑλάκτει. *Brunck.*

1359. (1372. v.) θυμὸν δακών. Nempe erat αὐτοδιδάξ ὠργισμένος, vt loquitur Comicus Lyſiſtr. 690. In Vesp.

ν) Locum hunc citat et explicat Suidas V. Ἀξύστατον et V. Ἀσύστατον. *Kuſt.*

x) Sic, vt edidimus, in cod. (quarto Reg.) ſcriptum. *Brunck.* in Suppl. — R. ἀξύστατον. *Ern.* ἀξύστατον Suid. vbi ſcholion ad h. v. eſt exſcriptum. At in ἀσύστατον idem ſcholion repetitum eſt, licet nulla Aeſchyli mentione facta. Duplex igitur illa lectio iam antiqua eſt, et Suidas vel diuerſorum codd. aut grammaticorum lectiones ſequutus eſt compilauitque, vel particula poſterior Suidae panno adſuta eſt ab alio homine et librario ſiue docto ſiue indocto. *Harl.*

y) Schol. Hermog. p. 391. pro κρημνοποιὸν laudat κρυμνοποιεῖν, vitioſe. Gl. Ib. σκληρολέκτην. *Ern.*

z) Propr. hoc verbum de bobus iisque mactandis, *fremere*, translate de mari quod terram adlidit, ob ſoni horridi ſimilitudinem, tum de animo ita commoto, vt mare fluctibus agitatum. De πῶς οἴεσθε v. ad 883. *Harl.*

1078. ὑπ' ὀργῆς τὴν χελύνην ἐσθίων, vbi v. not. De illis qui affectum aliquem continere coguntur aut volunt *a)*. Soph. Trachin. 975. σίγα, τέκνον, μὴ κινήσεις ἀγρίαν ὀδύνην πατρὸς ὠμόφρονος — ἀλλ' ἴσχε δακὼν σόμα σόν (cohibe te, mordens os tuum). Sic et ille, qui risum continere non potest Ran. 42. καί τοι δάκνω γ' ἐμαυτόν, ἀλλ' ὅμως γελῶ. *Bergl.*

1361. (1371. Br.) ὁ δ' εὐθὺς ἦσ' Εὐριπίδου. Sic bene C. Quatuor alii [A. B. D. et quart. Reg.] ἧσεν Εὐριπίδου. Vulgo: ἦσ' ἐξ Εὐριπίδου *b)*. Vtrumque mendosissimum. V. not. ad Ran. 771. *Brunck.* [Cum Rau. ita vt Br. edidit Inu. et recentt. edd. sequuti sunt.] Vesp. 578. πρὶν ἂν ἡμῖν ἐκ τῆς Νιόβης εἴπῃ ῥῆσιν τὴν καλλίστην ἀπολέξας. *Bergl.* — ἐπίνει *subegit, compressit coitu*, vnde scorta masculina κινούμενοι, 1095. *Ern.* κινητιᾶν eodem sensu dixit Plato Comicus ap. Athen. X. p. 442. *Spanh.*

1362. (v. 1375.) ἀδελφός. Ia. ὁ 'δελφός, quod non improbem. De re v. Schol. *Ern.* Parum interest, vtrum sic dicas: frater aliquis germanam sororem suam compressit, an sic, germanam sororem frater eius compressit. Articulum tamen adiiciendum putauimus, qui, vbi cum nomine suo coalescit, plerumque a librariis omissus reperitur. *Herm.* [quocum Sch. etiam edidit ὦ 'δελφός.] — Connubia Athenis cum sorore ὁμοπατρίᾳ *c)*, non vero cum ὁμομητρίᾳ s. *vterina*, Solonis lege licita, viderunt iam Viri docti, qui de legibus Atticis scripserunt, vt Petitus p. 440.

---

a) Add. Klotz. ad Tyrtaeum p. 30. *Harl.*

b) Praepos. ἐξ in versu redundat: vnde in Ms. Vat. U. recte deest. *Kust.* Si versus recte se habet, corruit sententia Barnesii, qui (Vit. Eurip. n. 7.) ait, semper secundam syllabam in hoc nomine esse longam: nam hic in quarta sede est anapaestus. Sed opinor potius, eiiciendam esse praepos. ἐξ, quam contra aliorum auctoritatem syllabam longam hic corripiendam. *Duck.* ἐξ abest et Ia. Duker. etiam sic coniiciebat, versusque sic bene constat. Nam secunda in Εὐριπίδου produci potest [immo debet] vt 1367. v. et Barnes. Vit. Eurip. n. 7. nec est vsitatum, dicere ῥῆσιν ἔκ τινος, sed ῥῆσιν τινός. R. L. Ib. [et Bau.] ἧσεν Εὐριπ. quae lectio si probetur, apparet, vnde ἐξ ortum sit. Toup. Em. in Suid. p. 140. *Ern.* Toup. Em. in Suid. I. p. 179. vbi ipse quoque corrigit ἧσ' Εὐριπίδου. In cod. Elb. ἧσ' ἐν Εὐρ.

c) v. Corn. Nep. in Cimon. c. 1, 2. ibique Staueren.

[537. f. Weſſ.]. Reſpicit vero Comicus, vt monet Schol., ad Euripidis drama Aeolum *d)*, in quo Macareus Canacae ſorori vim inferre dicitur; et quo reſpexit itidem Ariſtoph. *e)* in cognomine fabula *Aeolo* ap. Athen. X. p. 444. Μακαρεὺς ἔρωτι τῶν ὁμοσπόρων μιᾶς Πλημεὶς — *Macareus vnius e congenitis amore correptus noctu*, quod mox additur, *ſurgens, quod cupiebat, abſtulit.* Euripidem vero eodem nomine, quo h. l. Strepſiades, ſugillat Aeſch. Ran. 874. γάμους δὲ ἀνοσίους εἰσφέρων εἰς τὴν τέχνην. *Spanh.* Macareus Aeoli filius Canacen ſororem ſuam vitiauit, quam ob rem a patre interfectus fuit. Erat hoc argumentum Aeoli Euripidei. Ouid. Triſt. II, 384. Nobilis eſt Canace fratris amore ſui. Fundus huius fabulae eſt Hom. Od. κ. init. *Brunck.*

1363. Perperam vulgo ἐγὼ δέ τ' οὐκ — vt etiam ſcriptum eſt in C. In membr. κἀγὼ δ' οὐκέτ' ἐξηνειχόμην *f)*. In meo κἀγὼ δ' οὐκέτ' ἠνεσχόμην. In B. κἀγὼ οὐκέτ' ἐξηνεσχόμην. Cod. quart. Reg. κἀγὼ δ' οὐκέτ' ἐξηνεσχόμην. *Brunck.* Br. ἐγὼ δ' ἔτ' οὐκ ἠνεσχ. repoſuit, quae Toupii emendatio eſt in Em. in Suid. I. p. 179. At haud dubie vera lectio ea eſt, quam cod. Reg. B. ſeruauit, et cuius manifeſta ſunt in maxima parte librorum veſtigia, κἀγὼ οὐκέτ' ἐξηνεσχόμην. Eamque etiam in duobus Mſs. Harleianis inuentam merito probatam videas in Append. ad Toup. Emm. in Suid. IV. p. 176. Vltima ſyllaba voc. κἀγὼ coaleſcit cum prima ſequentis part. οὐκέτι, quo nihil frequentius. Ἐξηνεσχόμην autem, vt in Pac. 702. οὐ γὰρ ἐξηνέσχετο *g)*. *Herm.* [Cum Herm. Schütz. edidit: κἀγὼ οὐκέτ' ἐξηνεσχ.]

---

d) Idem admonuit et locum ex Ran. 1110. (vbi Aeſchylus dicit de Eurip.: ποίων δὲ κακῶν οὐκ αἴτιος ἦν'; οὐ προαγωγοὺς κατέδειξ' οὗτος; καὶ τικτούσας ἐν τοῖς ἱεροῖς, καὶ μιγνυμένας τοῖσιν ἀδελφοῖς; vbi v. not.) laudauit *Bergl.* Add. Musgrau. ad init. fragm. Eurip. ex Aeolo.

e) Immo *Antiphanes*, T. IV. p. 128. Schweigh.

f) κἀγὼ δ' οὐκ ἔτ' ἐξηνειχόμην R. L. C. qui tamen habet ἠνεσχόμην, vt l. quod verſum perimit. Forte fuit: ἐγὼ δ' ἔτ' οὐκ etc. *ego vero amplius me continere non potui, non tolerare amplius potui filii amentiam. Ern.* κἀγὼ δ' οὐκέτ' ἐξηνεσχόμην etiam cod. Barocc. habet, commemoratus in append. ad Toup. Emm. in Suid. IV. p. 476.

g) De forma ἠνεσχόμην v. Moer. p. 176. ibique Pierſon. *Harl.*

Sine dubio imitatus eſt Soph. Philoct. 374. *κἀγὼ χολωθεὶς εὐθὺς ἤρασσον κακοῖς τοῖς πᾶσιν* (ſtatim eum verberabam maledictis omnibus. Idem Soph. Aiac. 731. *ὀνείδεσιν ἤρασσον* (proſcindebant) *ἔνθεν κἀνθεν*. *Bergl.*

1364. (B. 1374. H. 1378.) Pro *κἄτ' ἐντεῦθεν h)*, quod metrum flagitat, in quatuor codd. ſcriptum *κἀντεῦθεν*. In ſolo C. ſinceram lectionem reperi. *Brunck.* in Suppl. Tot librorum [etiam Rau. Borg. Elb. et nonnullorum ap. Ern.] conſenſus in voc. *κἀντεῦθεν*, quod ſane multo elegantius eſt, quam *κἄτ' ἐντεῦθεν*, permouit nos, vt poſt *κἀντεῦθεν* part. *μὲν* reponeremus: quae quum excidiſſet propter literarum ſimilitudinem cum vltima praeced. vocab. ſyllaba, ab aliis *οὖν* additum fuit, ab aliis iisque metri peritioribus *κἄτ' ἐντεῦθεν* ſcribi coepit. *Herm.* Is igitur et Sch. dederunt: *πολλοῖς κακοῖς καὶσχροῖσι. κἀντεῦθεν μέν, οἷον εἰκὸς* —

1365. (v. 1378.) *ἠριζόμεσθ' i)* quidem habent omnes edd. vulgatae, at *ἠρειδόμεσθα* legitur non ſolum in Ms. Vatic. U., ſed etiam ap. Suid. V. *Ἔπος πρὸς ἔπος* et Euſtath. ad Il. *φ*. p. 1327, 14. ed. Rom. vbi loci huius mentio fit. Hinc colligo *ἠρειδόμεσθα* eſſe veram et priſcam loci huius lectionem, cuius altera *ἠριζόμεσθα* ſit ſcholium et interpretatio, quae poſtea (vt ſaepe fieri ſolet) ex margine in textum irrepſerit. *Ἐρείδειν* autem vel *ἐρείδεσθαι* ap. Atticos dicitur, magno niſu, certatim et cum quadam contentione aliquid facere (proprie, *incumbere alicui rei*) *k)*, per metaphoram, ſumtam a remigibus, qui quum ſtrenue remigare volunt, remis incumbunt. Schol. Comici noſtri ad Pac. 25. *ἐρείδειν φασὶν οἱ Ἀττικοὶ πᾶν ὅτιοῦν συντόνως γινόμε-*

---

h) R. C. [vt Borg.] *κακοῖσι καὶσχροῖς κἀντεῦθεν οἷον*. Ita verſus non ſtat. C. et Ib. addunt *οὖν* [Elb. *κἀντεῦθεν οὖν*], L. et Ia. poſt *εἰκὸς* addunt *ἦν* per gloſſam. *κἀντεῦθεν* etiam habet Ia., ex quibus nihil extrico, quod melius ſit vulgato. *Ern.*

i) L. Ia. *ἐριζόμεθ'*. At R. cum Vat. etc. *ἠρειδόμεσθ'*. Dukerus improbat, quia *ἐρείδειν* modo in forma actiua habeat ſignificationem contendendi, quod mihi ſatis graue non videtur. Caet. verba reliqua, etiam *πνίγειν*, venerea putat Toup. in Add. ad Theocr. Wartoni II. p. 592. *Ern.*

k) Sic *ἔρειδε τὰν γνώμαν* firma animum Theocr. XXI, 62. *ἀμνὸν ἔρειδε depone agnum*, certaminis praemium, Theocr. V, 24. vbi v. Caſaub. et Warton. *Harl.*

γον. ἡ δὲ μεταφορὰ ἀπὸ τῶν ἐρεσσόντων καὶ ἐπερειδομένων ταῖς κώπαις. Hinc ἐρείδειν pro *auide edere* dicitur Noſtr. Pac. 31., pro *ſubigere* vel *ſubagitare feminam* Eccl. 612. et Thesm. 495. pro, *magno niſu aliquid iaculari* Eqq. 625. Non mirum ergo eſt, eamdem vocem hic accipi pro, *verbis contendere*, quoniam id magno cum niſu fieri ſolet. Euſtath. loco ante laud. τὸ δὲ ἐρείδεσθαι καὶ ἐν λόγοις γίνεται· ὡς δηλοῖ καὶ παρὰ τῷ Κωμικῷ τό· ἔπος πρὸς ἔπος ἠρειδόμεσθα· ὃ ταυτόν ἐστι τῷ, λόγοις ἀλλήλους ἠμειβόμεθα. *Kuſt.* Ad ea quae opportune Kuſt. de vſu vocis ἐρείδειν monuit Kuſt., addi poteſt huius Comici locus Ran. 945. vbi eodem ſenſu quo hic ἔπος ἠρειδόμεσθα dicitur: ὁ δὲ χορός γ' ἤρειδεν ὁρμαθοὺς Μελῶν ἐφεξῆς τέτταρας (chorus vero interea ordines pronunciaſſet verſuum quatuor continue). Sic Eqq. 623. ὁ δ' ἄρ' ἀναῤῥήγνυς ἔπη τερατενόμενος ἤρειδε κατὰ τῶν ἱππέων (mire inuectus eſt contra equites verba abrupta in eos eiaculans). Adde 558. πάντες ἐρείδουσιν εἰς Ὑπέρβολον. *Spanh.* ἠρειδόμεσθ'. Sic bene A. C. In meo ἠριδόμεσθ' *l)*. In B. ἐριδόμεσθ'. Quod vulgo legitur, ἠριζόμεσθ' e gloſſa ſuppoſitum fuit. Noſtram lectionem, in Vat. etiam cod. repertam, perite adſtruxit Kuſt. Suidae et Euſt. auctoritate. Nec aliter in eius edit. legeretur, niſi poſt excuſum iam textum Vat. cod. collationem primum nactus fuiſſet; ſed eam lectionem in indicem retulit. Illius ne meminit quidem Bergl., nedum eam in textum, vt par erat, repoſuerit. Sed ſtipes ille nihil ad Ariſt. emendationem contulit, praeter paucas aliquot lectiones e Farrei edit., mendoſas plerasque. *Brunck.* ἠρειδόμεσθ' etiam Rau. cod. auctoritate repoſitum ab Inu. et ſeqq.

1366. (v. 1379. H. 1380.) ἕφλα καὐσπόδει. Haec verba coniunxit etiam Pac. 1307. φλᾷν — καὶ σποδεῖν. *Bergl.* De v. φλᾷν egimus ad Plut. 694. Aeſch. Agam. 679. κακῶς σποδουμένου *male adfecti*, et Eurip. Andr. 1129. πάντοθεν σποδούμενος *vndique obrutus*. Hinc Aeſch. S. C. Th. 815. κατεσποδημένοι. Schol. πεπτωκότες *qui in bello ceciderant*, ſ. *occiſi*. Alias eo verbo σποδεῖν ſ. σποδοῦνται obſcoeno ſenſu vtitur Comicus Conc. 113. vbi Scholl. σποδοῦνται· βινοῦνται. *Spanh.* — Libri omnes καὐπέτριβεν, praeter Rau. in quo eſt καὐπέθλιβεν, quod non auſus ſum [cum Inu.]

l) Cod. quart. Reg. ἠριδόμεσθ'. Secundae ſyllabae ſuperſcriptum ab alia manu *ει*. *Brunck.* in Suppl.

reponere vnius libri auctoritate. Etiam Suid. vulgatam lectionem habet, qui ſic ſcribit: *ἐσπόδει κἀπέτριβεν. κονιορτοῦ ἐπλήρουν. συνέτριβεν. Herm.*

1367. Vulgo ſcribebatur male *Οὐκοῦν* — cum puncto poſt *σοφώτατον m).*

1368. C. *ἐκεῖνον*; quod verum eſt. Ironice enim dicit: *tu ſapientiſſimum illum vocas? Ern.* Nimirum olim poſt *ἐκεῖνον* comma erat.

1369. (v. 1382.) *τυπτήσομαι.* v. Tho. M. v. *Τυπτήσει* [p. 860.] *Ern. ἐνδίκως γάρ.* L. C. *n) ἐν δίκῃ γ᾽ ἄν.* Ib. pariter *ἐν δίκῃ o),* ſed ſine *γὰρ* aut *γ᾽ ἄν. ἐν δίκῃ* ſupra 1321. ſ. *Ern.* Poſtremo inſpectus cod. (quart. Reg.) vt et meus et B. *ἐν δίκῃ γ᾽ ἄν.* Non male *γ᾽ ἄν.* Subauditur enim *τυφθείης. Brunck.* in Suppl. Tam exquiſita lectio (*ἐν δίκῃ γ᾽ ἄν*) reuocanda nobis viſa eſt. *Herm.* quem ſequutus eſt *Schütz.*

1370. *ὅστις — σ᾽ ἐξέθρεψα.* Hoc etiam Clytaemneſtra Oreſti filio ſuo obiicit, quum eam eſt occiſurus, ap. Aeſch. Choëph. 908. *ἐγώ σ᾽ ἔθρεψα. Bergl.*

1371. (v. 1384.) *πάντα* omittit Ia. et *πᾶν* inſerit ante *ὅτι,* quod perdit verſum. *Ern.*

1372. *εἶποις.* Sic quinque codd. bene *p).* Vulgo ſoloece *εἶπῃς. Brunck. εἰ* cum Subiunct. ſoloecismum efficere, animaduertit Dawes. M. Crit. p. 324. Is. *βῦν* vel etiam *πῖν,* non autem *βρῦν,* in not. Scalig. affertur. *Harl.* Vna voce expreſſit hoc Eqq. 1121. *βρύλλων,* vbi Schol. *ἐκ μιμήσεως τῆς τῶν παίδων φωνῆς·* nimirum *βρῦ* eſt vox inarticulata infantium. Quemadmodum et *μαμμᾶν·* qua ta-

---

m) Venerationem Euripidis ex Socratica ſchola Phidippides hauſerat. *Wil.*

n) Ita etiam Bauar. cod. ap. *Harl.*

o) Ita etiam Elb. — *ἐνδίκως* tamen etiam vſitatum. v. Timaeus gl. Plat. p. 101. Ruhnk.

p) R. C. I. *εἴποις. Ern.* Etiam Elb. et Bau. — In his, quae ſequuntur, expreſſum eſſe locum Hom. Il. IX, 480. I. Dacieria obſeruat.

men voce pueruli matrem etiam appellant. In Lys. 880. οὐ καλεῖς τὴν μαμμίαν; *Bergl.* — ἐπέσχον *q)*. Cod. meus παρέσχον, e gloſſemate. *Brunck.*

1373. μαμμᾶν. Vox infantum, aliquid ad veſcendum petentium. Μάμμη alioquin Atticis de *auia* vulgo dicitur, iuxta Schol. ad Acharn. 49. Id vero negat Phrynichus p. 33. ac de *matre* ab Atticis antiquitus dictum tradit Pherecrates ap. Athen. IV. p. 430. Ὦ μάμμη. Eumoeris Ms. in dictionibus Att. [Moeris p. 258.] Μάμμην καὶ μαμμίαν, τὴν μητέρα, Ἀττικῶς [Ἀττικοί]. Ἕλληνες τὴν μάμμην *r)*. Μάμμη nempe vnde hic μαμμᾶν et μαμμία Atticis *mater*. Infra Lys. 886. *Spanh.*

1374. (1384. Br.) ναπκᾶν. Sic tres codd. *r)*. In B. vt vulgo [in ed. Ald. — nam al. καπᾶν] καπᾶν Noſter Pac. 162. ἀπὸ μὲν πάπκης τὴν ῥῖν' ἀπέχων. *Brunck.* οὐκ ἔφθης φράσαι vertendum eſt: *ſimulac* proloquutus eras, proloqui poteras. v. Markland. ad Eur. Suppl. 1219. *Harl.* Add. Wyttenbach. ad Iulian. Or. I. p. 181. ed. Schäfer.

1375. *t)* σὺ δ' ἐμὲ R. (pro vulg. σὺ δέ με). *Ern.* Ita etiam recte Brunk. edidit. *Herm.* Pro compoſito ἀπάγχων cod. quart. Reg. ſimplex habet ἄγχων. *Brunck.*

1376. In quinque codd. [vt et in Rau., Ia. ap. Ern.] omiſſa perperam copula καὶ ante κεκραγόθ', quam abſorpſit adfinis ſoni ſequens ſyllaba. *Brunck.*

1378. (Br. 1388.) ἔξω 'ξενεγκεῖν. Sic tres codd. [A. C. D., etiam R. ap. *Ern.* et Bau.]. In B. vt vulgo, ἔξω γ' ἐνεγκεῖν. *Brunck.* quem recentt. edd. ſequuti ſunt.

---

q) Ib. παρέσχον, male; proprium verbum eſt in infantibus. v. ad Callim. h. in Del. 51. *Ern.*

r) v. Pierſon. ad Moer. p. 259. Pauw. ad Phrynich. p. 55. Tho. M. p. 847. c. intpp. Photius Lex. p. 180. f. Mirum, non ſcriptum eſſe a nonnullis μαμμᾶν, quod Grammatici reddunt ἐσθίειν.

s) Ita etiam Elb. *Harl.* R. C. κακκᾶν (pro vulg. κακᾶν) vt eſt 1379. *Ern.*

t) προὐσχόμην eſt: *tenui ante me.* Formam προίχεσθαι, quamquam alio ſignificatu, illuſtrat Valcken. ad Call. Fragm. p. 227.

1379. ſ. Hi duo verſus olim vnum efficiebant 1392. Diſtinxit Brunk. et in Elb. etiam cod. ab αὐτοῦ nouus incipit verſus.

1380. Vulg. olim κακκᾷν v). L. C. κακᾷν *Ern.* Quum κακκᾷν infinitiuus eſſe putaretur, infelices coniecturae natae ſunt primum *Nagelii:* ἀποπνιγόμενον αὐτοῦ ᾽ποίησας x) κακκᾷν, quae nihil niſi metri imperitiam prodit; deinde Reizii, qui ἀλλ᾽ ἀποπνιγόμενον αὐτοῦ ᾽ποίησα κακκᾷν ſcribebat, eaque verba tribuebat Phidippidae. *Herm.*

1381. De metro et Hotib. coniecturis v. ad v. 1335. — τῶν νεωτ. etc. Notet hic lector ellipſin verbi alicuius, nempe προσδοκώντων vel βουλομένων εἰδέναι vel ſimilis alicuius. Senſus enim eſt: *credo adoleſcentum exſilire pectora* (exſpectantium) *quid dicturus* ſit. Similis ellipſis occurrit Acharn. 361. πόθος γὰρ πάνυ με, ὅτι φωνεῖς, ἔχει. Subintelligendum enim ibi eſt τοῦ ἀκοῦσαι vel εἰδέναι, vel ſimile quid. *Kuſt.*

1382. πηδᾷν. Suid. h. v. exponit ὑπερηφανεῖν, non accommodate ad ſententiam huius loci. Biſet. recte ἐπιφόβως προσδοκᾷν, et R. Conſtantinus *trepidare* y). Nam de animo exſpectatione et ſollicitudine ſuſpenſo quin ſit intelligendum, non dubium eſt. Timentium καρδίαν ὀρχεῖσθαι dixit Anaxandrides, χορεύειν Sophocles ap. Athen. XV. c. 11. [T. V. p. 510. Schw.] v. ibi Caſaub. *Duck.* Imitatus eſt Philoſtr. Vit. Apoll. I, 37., quod non vidit Olearius z). Non neceſſe eſt cum Kuſt. intelligere προσδοκώντων. Poſt L. Ia. habent λέξοι. *Ern.*

1383. ſs. Si, inquit, cauſam vicerit iſte, qui patrem verberauit, actum eſt de cute ſenum; nam omnes a filiis

---

v) κάκκαν retracto accentu ſcribi iuſſit *Reisk.*

x) Aut ποιήσας, vt *Harl.* ſcripſit, hoc ſenſu, filium iam adultum patrem praefocatum feciſſe, ſiue coëgiſſe in aedibus cacare.

y) *Palpitare* alii reddiderunt.

z) Erneſti Call. locum in h. in Cer. 89. κακὰ ἐξάλλετο γαστὴρ de *vehementi cupiditate ventriculi improbi* ſ. famis comparat cum noſtro loco, et docet ad Callim. p. 200. ex Ariſt. Philoſtratum V. A. I. p. 46. aliosque formam illam πηδᾷν duxiſſe. *Harl.*

aut iunioribus vapulabunt impune. Sine dubio respicit ad Aesch. Eumen. 493. vbi chorus de Oreste, qui matrem occiderat, causam dicturo, sic canit: *εἰ γὰρ κρατήσει δίκα καὶ βλάβα τοῦδε μητροκτόνου, πάντας ἤδη τόδ' ἔργον εὐχερείᾳ συναρμόσει βροτούς* (si enim huius matricidae causa et noxa vicerit, omnes iam homines haec res adducet, vt facile manum inferant parentibus.). *Bergl.* τοιαῦτα. Ib. ταῦτ' vitiose. *ἐξειργασμένος* est *excultus doctrina, arte dicendi.* Nam ita dicitur, in omni genere qui perfectus est. *Ern.*

1385. (v. 1397.) Schol. ad h. l. scribit: *οὕτως ἀφανισθήσεται πληγαῖς. ὡς νομίσαι ἡμᾶς* [*τὸ δέρμα* addit Herm.] *καὶ τοῦ δέρματος ἐρεβίνθου λεπτότερον αὐτοὺς ἔχειν* (eos tenuiorem cutem habere ciceris cute). Nempe λάβοιμεν sic expositum, quasi esset *ὑπολάβοιμεν*, nec absurde. Quodsi λάβοιμεν sic accipiatur, vt Ran. 1261. *λήψει γὰρ ὀβολοῦ πάνυ καλήν γε κἀγαθήν*, alius erit sensus, talis: *nec cicerem daremus pro cute senum a);* nam vitiosae pelles vili emuntur. Non ergo cupiunt senum cutem, quae ita plagis contunditur; contra Vesp. 1283. seruus quidam, verberibus caesus, testudines beatas iudicat, quae crassiorem et duriorem cutem habeant quam ipse, qualem se etiam habere cuperet: *ἰὼ κελῶναι τοῦ δέρματος τοῦ ἐπὶ ταῖς πλευραῖς ἐμαῖς· ὡς εὖ κατηρέψασθε καὶ νουβυσικῶς κεράμῳ τὸ νῶτον, ὥστε τὰς πλευρὰς σέγειν· ἐγὼ δ' ἀπόλωλα σιζόμενος βακτηρίᾳ.* *Bergl.*

1386. (Br. 1396.) *ἀλλ' οὐδ' ἂν ἐρεβίνθου b).* Vulgo omissa est part. *ἄν*, solita librariorum socordia, cuius tot iam obseruaui exempla. Claudicabat versus, qui dimidiatus est senarius iambicus, s. dimeter brachycatal., vt strophicus, cui congruere debet 1340. λῆμ' *ἐστὶ τἀνδρώπου* (s. *τὸ τἀνδρός*). In recentt. edd. sex istis versiculis praemissus est titulus: Ἐπίρρημα κώλων ἡ. Ii autem, quibus isti respon-

---

a) Varie interpretantur h. l., nec satisfaciunt. Bergl. explicat: *emerimus* (λάβ.) *corium senum ne crebintho quidem.* Sed quis emit senis vel hominis omnino corium? Simpliciſſimam puto interpretationem scholii. *Ern.*

b) Sic etiam est in Rau. vnde recepit *Inu.* — Cerit. ἐρεβίνθου regitur ab omissa praep. *ἀντί.* Theocr. XV, 20. ἑπτὰ δραχμῶν — ἑλκὰβ' *septem drachmis emit.* id. ib. 8. ἑλκὰβ' ἀλεῖν. Ad vtrumque locum v. not. *Harl.*

dent, titulo carent, editorum ſtoliditate. In Ald. ed. prioribus praefixus eſt titulus Στροφὴ κώλων ἡ, his vero Ἀντιστροφὴ κώλων ἡ. Recte quidem: ſi denominationem ſpectes: ſunt enim vere hi verſus antiſtrophici. Sed in numero eſt error; nam tetrametri ad ſtropham et antiſtr. non pertinent. Neminem autem ſanum arbitror crimini mihi daturum, quod ineptos omnes iſtos titulos eliminauerim. Certiſſima emendatione ἂν repoſui. Huius particulae ſic geminatae centena occurrunt apud Comicum exempla, vt in illo verſu, qui bis in hac fabula legitur [118. 1240.] οὐκ ἂν ἀποδοίην etc. Simillimus eſt locus in Pac. 1223. οὐκ ἂν πριαίμην οὐδ' ἂν ἰσχάδος. Voci ἐρεβίνθου inepta ſuperſcripta gloſſa, τοῦ αἰδοίου. Plautus Mil. II, 3, 45. — Non ego nunc emam vitam tuam vitioſa nuce. *Brunck.* Veram huius vers. lectionem certiſſima emendatione reſtitui. At in praeced. mallem λάβοιμ' ἂν οὐκ ἀλλ' οὐδ' ἂν ἐρεβ. Sic enim ſolet negatio geminari. *Idem* in Suppl. Sed quid ſibi vult ἀλλά c)? Omnia, quae Br. propoſuit, a vera elegantia abhorrent. Quare nos veriſſima emendatione repoſuimus: Τὸ δέρμα τῶν γεραιτέρων λάβοιμεν Οὐδ' ἂν οὐδ' ἐρεβίνθου. *Herm.* quem ſequutus eſt *Sch.*

1387. (v. 1399.) Vox ἐπῶν non absque dispendio ſenſus et verſus in prioribus edd. deeſt, quam proinde auctoritate Mſs. Vat. et Arund. poëtae reſtituimus. *Kuſt.* Huic verſui ſtellulam praefixit Caninius, vt vitioſo. Nempe in edd. tum deerat ἐπῶν, vnde Duk. coniiciebat καινῶν λόγων d). ἐπῶν etiam R. et ceteri noſtri. *Ern.*

1388. ὅπως δόξεις. Sic C. D. bene. Sic etiam emendatum in B. ab eadem manu. In membr. vt vulgo, δόξῃς. *Brunck.* L. δόξεις, melius. *Ern.* Ita et Bau. *Harl.*

---

c) ἀλλ' οὐδέ. Diphilus ap. Athen. VI. p. 236. ἔτι τοῦτό μοι τὸ δεῖπνον ἀλλ' οὐδ' αἷμ' ἔχει· *nimirum haec coena nec ſaltem ſanguinem habet. Bergl.*

d) Deficit hic integer pes. Difficile eſt diuinare, quid deſit. Interim non incommode videtur poſſe expleri λόγων. Σὸν ἔργον ὦ καινῶν λόγων etc. *Duck.* λόγων duo codd. ap. Porſon. ad Eurip. I. p. 495. qui obſeruat, Ariſt. reſpexiſſe ad Eurip. Mede. 1314. τί τούσδε κινεῖς κἀναμοχλεύεις λόγους (quod etiam eſt in Trag. Chriſt. Pat. 120. et 436. atque imitatur Heliodor. Aeth. I. p. 15.).

1389. (v. 1401.) *πράγμασιν* edidi propter metrum pro *πράγμασι*. *Ern.* Sic etiam Doru. Vann. Crit. p. 328. et Brunck. Harl.

1390. *καὶ τῶν* — Eurip. Oreſt. 471. *καὶ τῶν νόμων γε μὴ πρότερον εἶναι θέλειν*. *Bergl.*

1391. (1401. Br.) *ἱππικῇ τὸν νοῦν μόνῃ*. Sic recte Bentleius *e)* voces collocat. Perperam vulgo corruptis numeris: *ἱππικῇ μόνῃ τὸν νοῦν*. *Brunck.* Liber Rau. *μόνον προσεῖχον* quod nos [cum Inu. et Sch.] recepimus. Inde enim perturbatio ordinis verborum orta, quod *τὸν νοῦν μόνον* litteris ſimillima ſunt. *Herm.* Tamen *μόνον* gloſſemati ſimilius eſt.

1392. (1406. H.) R. *πρὶν ἢ ἐμμαρτεῖν*, quod non ſapit librarium. *Ern.* Hoc repoſuimus, licet vnius tantum cod. auctoritate. Saepiſſime enim librarii particulas omiſerunt mutaruntque, ſi metrum inde ipſis videretur aliquid detrimenti capere, aut ſi poſſent abeſſe. *Herm.* quem ſequutus eſt *Schütz.*

1393. R. *νῦν* (pro *νυνί*), poſt *ἐξέπαυσεν*, vtrumque vitioſe. *Ern.*

1394. (v. 1406.) *λεπταῖς* Alexis ap. Athen. IV. p. 161. *Πυθαγορισμοὶ καὶ λόγοι λεπτοί* (orationes ſubtiles) *διεσμιλευμέναι τε φροντίδες*. *Bergl.*

1396. *ὡς ἔμοιγε f)* *quippe* mihi ſalubrius eſt, vt *καθὼς* 2 Cor. IV, 1. *Ern.*

1397. *ἵππων τρ. τ.* Sic quatuor codd. *g)*. In C. vt vulgo *ἵππον*. Ad *τέθριππον* gloſſa *ἅρμα*. *Brunck.*

1398. (v. 1410.) *ἐκεῖσε*. Herodot. in Polymn. *ἄνειμι δ' ἐκεῖσε τοῦ λόγου, τῇ μοι πρότερον ἐξέλιπε*. [VII, 239.] *Bergl.*

---

e) Vides in vulg. ſpondeum loco iambi poſitum eſſe; quod ferri nequit. Verte igitur verba, quum ob verſum tum ob conſtructionis elegantiam: *ἱππ. τὸν νοῦν μόνῃ πρ. Bentl.*

f) Herm. *ἐμοί γε* recte ſcripſit.

g) C. *Ἵππων* et in *τέθριππον* gl. *ἅρμα*. Ia. *Ἵππον*, ſed ſupraſcr. *ω*. *Ern.* Etiam Elb. *Ἵππων*, quod recentt. edd. receperunt. *Ἵππων* quoque coniecerat *Reisk.*

1399. *ἐρήσομαί σε τουτί h)*. Sic tres codd. [B. C. D.]. In membr. omiſſo pronomine, *ἐρήσομαι τουτί*. Quod vulgo inſeritur *γε*, a mala emendatoris manu eſt. *Brunck.* Etiam Elb. *ἐρ. σε τ.* Receperunt recentt.

1402. (v. 1414.) Metri fulciendi gratia ſcribendum eſt: *τοῦτ' ἔστιν* [pro *ἐς'*] *εὐνοεῖν*, vt recte habet Ms. Vat. U. *i)*. *Kuſt.* Hic verſus in antt. edd. ſic legebatur: *τύπτειν τ'*; *ἐπειδήπερ τοῦτ' ἐς' εὐνοεῖν τὸ τύπτειν.* Metro optime conſuluiſſe ſibi viſus eſt Berglerus, reponens *ἐσίν* [vt etiam cod. Borg.], quo pacto nihil quidem deſideratur in ſyllabarum numero, ſed in numeris verſus immane quantum: nam ſpondeus eſt in quarta ſede. Suſpicor tamen, illud *ἐσὶν* in Bergl. textum caſu irrepſiſſe *k)*; alioqui praeclaram illam emendationem pro merito ſuo iactaſſet. Nihil pronius erat quam *τόδ' ἐσὶν* reponere. *τόδ'* et *τοῦτ'* infinitis in locis commutata fuiſſe notum eſt. Sed certiora dant codd. Optime eſt in B. *ἐπειδήπερ γε τοῦτ' ἐς'*. Sic etiam in C. niſi quod librarius metri rationem non habens plene *ἐσὶν* ſcripſit. Duo alii mendoſe: *ἐπειδήπερ τοῦτ' ἐσίν*. Etiam Reg. quart. (in Suppl.) *ἐπειδήπερ τοῦτ' ἐσιν* — Solus meus pro *τύπτειν τ'*, initio verſus habet *l)* *τύπτοντ'*, quod praefero *m)*. *Brunck.* Recte *Herm.* ita interpunxit: *τύπτοντ'*; *ἐπειδήτερ γε τοῦτ' ἐς' εὐν.*, *τὸ τύπτειν.*

1404. (v. 1416.) *γε*. R. *τε*. L. I. [etiam Elb.] delent; vtrumque perperam; nec magis bene v. ſ. R. *κλαίουσι*. *Ern.*

1405. (v. 1417.) *κλαίουσι* etc. Schol. recte obſeruauit, alludere hic poëtam ad Eurip. Alc. 691. [al. 702.] *χαίρεις*

---

h) Vulg. *ἐρ. γε τουτί. γε* delet R. et Ia. pro *γε* habet *σε*, vt etiam v. ſeq. non bene R. *ἔγωγε* in *εὖγε* mutat, Ia. *σ'* delet. *Ern.*

i) Pro *ἐπειδήπερ τοῦτ' ἐς'* aut cum Ia. et Ib. legendum, vt verſus conſtet: *ἐ. γε τοῦτ' ἐς'* aut cum Vat. *ἐσιν*. *Ern.* Mendoſus eſt verſus. Nam ſede quarta ſpondeus eſt, atque inſuper ſyllaba deficit. Poteſt varie corrigi, vel, *ἐπειδήπερ ἔστι τοῦτο εὐνοεῖν*, vel, *ἐπειδὴ τοῦτό πέρ ἐσιν εὖν. Duck.*

k) Quidni ex Kuſt. emendatione petitum fuerit?

l) Ita etiam cod. Bau. ap. Harl.

m) Probat etiam Porſon. Add. not. ad Eurip. Hec. T. I. p. 106.

δ' ἰδρῶν φῶς· πατέρα δ' οὐ χαίρειν δοκεῖς; Quo verſu vtitur Comicus infra Thesm. 201. *Kuſt.* Quibus hoc tantum addam, eſſe ap. Eurip. alium locum, qui ſimilior eſt Comici loco, ſaltem quod ad rem ipſam attinet, in Hec. 1256. ἀλγεῖς; τί δαί με παιδὸς οὐκ ἀλγεῖν δοκεῖς; *Bergl.* — τιὴ δή; Voces illae non comparent in primariis edd. nec ſunt in vllo cod., ſaltem a prima manu *n)*. In C. repoſitae fuerunt in margine. In membr. etiam minio adſcriptum: τιὴ τί δή, redundante ſyllaba *o)*. In neutro codice huic additamento adpoſita perſonae nota. Primus illas voces in textum intulit Ant. Fracinus, vnde in Paris. Wech. et in Froben. transierunt: reliquae veteres eas non habent. Eſt autem verſus hic parodia verſus Eurip., quem adhibuit Comicus Thesm. 194. *Brunck.* Cauſa, quare iſta verba omitterentur, fortaſſe fuit, quod ea, quae praecedunt, ad imitationem ficta ſunt ſenarii Eurip. in Alceſt. 694. *Herm.*

1406. (1420. H.) νομίζ. σὺ παιδὸς — Sic, vt vulgo, B. C. In membr. pronomen omiſſum; in meo νομίζεσθαί γε παιδός. τοῦτο τοὔργον. Gl. τὸ κλάειν. *Brunck.* In Elb. cod. hic verſus Strepſiadae tributus, ſequens Phidippidae. *Harl.*

1407. (v. 1419.) δὶς παῖδες οἱ γέροντες. Sophocles: Ἡλέα τ' Αἰάκειον οἰκουρὸς μόνη γερονταγωγῶ κἀναπαιδεύω· πάλιν γὰρ αὖθις παῖς ὁ γηράσκων ἀνήρ. (In quo loco ſi ante πάλιν deleas punctum et ponas poſt illam partic. et deinde ante γὰρ reſtituas ἐτεόν cum Kuſt., erunt tres iambi.) *p)*. Theopompus Comicus: Δὶς παῖδες οἱ γέροντες ὀρθῷ τῷ λόγῳ. Plato Comicus: ἆρ' ὡς ἔοικε, δὶς γένοιτ' ἂν παῖς γέρων. Antipho Comicus: γηροτροφία γὰρ προσέοικε παιδοτροφίᾳ. Haec omnia ex Scholl. *Bergl.* Add. Erasmus Adagg. p. 406. ed. Frf. 1670.

1408. (v. 1420.) *q)* Ms. Vat. U. rectius εἰκὸς δὲ μᾶλλον etc. Deinde pro ἢ τοὺς νέους ſcribendum eſt ἢ νέους, de-

---

n) Etiam in cod. Reg. quarto non comparent. *Brunck.* in Suppl. [Deſunt et in Bau. Elb. Rau. Elb.]

o) R. τίη τί δή. Delet autem C. Ia. et Ib. *Erm.*

p) Ex Clem. Alex. hos verſus emendatos attulit Brunck. Fragm. Soph. Pelei n. 1. T. III. p. 438.

q) Vulgatum fuit: εἰκὸς δὲ μάλιστα τοὺς γέροντας ἢ τοὺς νέους τι κλάειν.

leto articulo τούς, qui in verſu redundat. *Kuſt.* εἰκὸς δὲ μᾶλλον. Sic optime A. C. Vulgo εἰκὸς δὲ μάλιστα. Codd. omnes, vt edd., articulum τοὺς inſerunt, quem metrum non admittit: immo in B. D. ſcriptum ἢ τοὺς νεωτέρους. Kuſtero monenti in not. articulum delendum eſſe, hic obſequutus eſt Berglerus. *Brunck.* Scriptura cod. [Reg. quarti]: εἰκὸς δὲ μάλιστα τοὺς γέροντας ἢ τοὺς νεωτέρους τι κλάειν. *Idem* in Suppl. r). Ex hac librorum varietate veram mihi videor lectionem extricaſſe. Nam primum μάλιστα vel μᾶλλον, vt incertae ſcripturae vocabulum non videtur ab Ariſt. ſed ab interprete profectum, qui tritiſſimam ellipſin explicare volebat. Deinde non placet τοὺς γέροντας ἢ νέους, ſed aut τοὺς γέροντας ἢ τοὺς νέους aut γέροντας ἢ νέους dictum oportebat. Tum etiam τι in priore parte verſus ortum eſt e part. τοί. Quae vbi ſemel in τι abiiſſet, in fine verſus τι omitti coepit. Denique νεωτέρους, quod bona huius loci ſortuna tres codd. ſeruarunt, propterea mutatum fuit, quod librarii ſentirent, verſum iuſto longiorem eſſe. Itaque ſic edidimus: εἰκὸς δὲ τοι γέροντας ἢ νεωτέρους τι κλάειν. *Herm.* Hunc quamquam ſe eſſe ſequutum Schütz. dicit, conflauit tamen ex Br. et Herm. lectione hunc pede integro abundantem verſum: εἰκὸς δὲ μᾶλλον τοὺς γέροντας ἢ νεωτέρους τι κλάειν.

1409. (v. 1421.) Male R. ἐξαμαρτεῖν. *Ern.*

